E. d. 11. E
d : 11

B.B d 8

PROPVGNACVLVM LVSITANO-GALLICVM.



PROPVGNACVLVM LVSITANO GALLICVM

Contra calumnias Hiſpano: Belgicas.

In quo fermè omnia vtriuſque Regni tum domi, tum foris præclare geſta continentur.

Autore P. F. Franciſco a S. Auguſtino Macedo Minoris obſeruantiæ Portugalliæ Prouinciæ Luſitano Conimbricenſi Magiſtro Artium, et Theologiæ Profeſſore.

PARISIIS
Opera Antonij Bertier, via Iacobæa ſub ſigno Fortunæ.
M. DC XLVII
Cum priuilegio Regis

ICONIS LIMINARIS
RATIO.

REgnorum par in orbe nullum Gallico & Portugallico coniunctius inuenitur. Quippe quæ & nomine conueniunt, & origine conſentiunt. Portugalliam à Gallia deduci, multi nobiles Authores ſunt: Et qua parte habitari frequentius cæptum Gallos ſedem habuiſſe veriſimile creditur. Illud conſtat: Regum originem vnam & eandem eſſe ab Hugone Capeto tractam. Nam Robertus Dux Burgundiæ, Roberti II. Franciæ Regis filius, Henrici I. Frater, nepos Hugonis Capeti, Henrici Ducis item Burgundiæ Pater fuit, qui Henricum genuit Portugalliæ poſteà Comitem, & Regni Portugallici Fontem. Itaque Henricus nepos Roberti Primi Ducis Burgundiæ, Pronepos Roberti, Regis Hugonis Capeti pronepos. Vnde apparet, ex eodem Capetino fonte Regium ſanguinem, & Portugallicum, & Gallicum fluxiſſe. Nécminus Amore, quam neceſſitudine copulata. Iam enim ab vſque inſtituto Regno Luſitaniæ, ad hæc tempora, numquam inter Portugallicos, Gallicoſque Reges bella extiterunt. Imo tanta pax eorum inter ſe fuit, vt conſpirante ſæpè reliquâ in Gallos Europâ, quemadmodum & Carolo VIII. & Ludouico XII. Regibus accidiſſe legimus, numquam Portugallia contra Galliam arma ſumpſerit, imò & Galliæ partibus adhæſerit, vti nos poſteà in Ioanne Secundo Rege, dicemus. Strinxit hos Cælum nodos, Priuilegiorum vinculis: vt quæ Amore & ſanguine Regna copulabantur, Cæleſti quodam prærogatiuæ nexu vincirentur. Igitur & Clodoueo à ſuperis (vti vulgo creditur) & Alphonſo Henricio, (vti conſtat) ſtemmata donata, vtrique Regum Parenti & Authori, eaque ſimilia arcano myſterio lilia Clodoueo, Alphonſo vulnera, id-eſt, Roſæ ſanguine Chriſti vernantes: vt inter ſe floreo titulo conuenirent. Id nos docemus, cum vtrumque Regem inducimus, ſtemmata clypeo depicta, è manu Angeli accipientem, lemmate addito,

Theod. Godefroy de orig. Reg. Luſit.
Sammarth. l. xix. rom. 2. & 1. lib. 12.
Monarch. Luſit. 3. p. l. 8. c. 7.
Faria de Souſa in epitome.
Chriſtophor. Suarez de Abreu. in ſua arbore genealog.
Vaſconcel. in Anaceph.
Sueiro. tomo I. Annal. Flandr.

Vtraque de Cælo.

Addimus diſtichon:

Quinque Roſas Luſus, Gallus tria lilia geſtat,
Vt vigeant rubris lilia miſta Roſis.

Qui deinde ſequuntur Heroes ſuis ſatis nominibus noti, & famâ celebres, Regnum ſinguli partim aſſeruerunt, partim illuſtrarunt, & propa-

garunt: Carolo Martello inuicto Imperatori reſpõdet Nonnius Pereira Luſitanus Hector: ille Saracenos, hic Caſtellanos Regno expulerunt. Ille author Regiæ Carolinæ familiæ, hic in Regiam Brigantinam domum ſanguinem induxit.

Et quis non norit, ſummum illum Imperatorem, antè quàm militem, Gaſtonem Foiſſeum, Regium iuuenem, armorum fulmen indomitum, & velociſſimum, quod corripuit bellico igne Italiam, & ſeipſum clariſſimâ partæ Rauennatis victoriæ luce extinxit? Quem è Regione locamus, Heros eſt ille incomparabilis virtutis Vaſcus Gama, aperti Oriẽtis gloriâ inclytus, Indici maris Archithalaſſus, Primus Vidigueiræ Comes, Prorex Indiarum Secundus, Iaſon ne, an Hercules Luſitanus?

Duo Reges Ludouicus XIII Galliæ, & Ioannes IV. Portugalliæ auſpice Fide, mutuo ſe fœdere coniungunt; quemadmodum annos ab hinc ſeptem, miſſis vltro citròque legatis factum vidimus; promittuntque fore firmam & perpetuam ſocietatem. Cui nos hoc diſticho litamus.

Ioannes, Ludouicus, amant hæc fœdera: firmat
Quæ videt ex alto mutua verba Fides.

Emblemata, ſeu malis ſymbola, tria, poſui. Primum à duabus ſtellis Caſtore & Polluce Tyndaridis petitum, in rem credo aptum. Nam ſicut hi vt immortalitatem conſequerentur ex amore vitam diuiſerunt, ita Reges Galliæ & Portugalliæ, vt æternùm ſplendeant lucem inter ſe communicant. Id præter lemma declarant verſus.

Tyndaridas geminos lux reddidit vna Beatos:
Felices Reges lux dabit vna duos.

Liberatum à ſeruitute Regnum Luſitaniæ Superum auſpicijs eo explicauimus, quod Leo, ſtemma Caſtellanum, Serpentem Portugalliæ ſymbolum, volantem, vnguibus tenere non potuit, carmine expreſſimus.

Dum Leo deijcitur, ſerpens ſupereminet alis,
Non hic Hiſpanus ſurgit in Aſtra leo.

Vltimum ſymbolum illud continet: Ludouicum Regem XIII. Arbitrium ſibi Orbis armis vendicaſſe, & vbique inductâ æquitate ius ſtatuiſſe. In quam rem diſtichon fecimus.

Arbitrium gladio Iuſtus ſibi vendicat orbis:
Ponderet vt iuſtis lancibus Imperia.

Iconem, in illicem oculorum poſui, vt traherem, rationem explicaui, ne mentis intentionem frangerem. Et cum operis dignitati, tum legentium voluptati conſulerem.

EXCELLENTISSIMO
D. D.
VASCO LVDOVICO A GAMA,

MARCHIONI NISÆ, COMITI VIDIGVEIRÆ, Orientis Archithalaſſo, Sereniſſimi Regis Luſitaniæ Ioannis IV. à Conſiliis Status, & Belli: Ficagli, & Villæ fratrum Domino, Pacis Iuliæ D. Iacobi Commendatario, & apud Regem Chriſtianiſſimum Extraordinario Legato.

NVNCVPATORIA EPISTOLA.

DE quo alij deliberare diu, ac plurimùm ſolent: tum quòd liberum ſit opus dicare: tum quòd difficile idoneum Patronum eligere, id ne conſultare quidem licuit: cum & liberam mihi optionem neceſſitas abſtuliſſet, & operi ius tuum, manum, Marchio Excellentiſſime, inieciſſet. Nam & mihi omnibus nominibus tuo liberum non erat alium adoptare; & neceſſe admodum erat, illuſtrem, & validum Patronum quærere: nec ius ſinebat aliò reſpicere, cùm opus & dignitate, & argumento ad te omninò pertineret. Et quidem tua in me beneficia conſtant. Neceſſitas apparet, cùm erecto huiuſmodi Propugnaculo magnam mihi concitem pugnam, non modo ab aduerſariis ob rerum veritatem, & partium ſtudia, ſed

etiam à domeſticis, & amicis, propter animorum contentiones, & opinionum diſſidia. Ita mihi propugnanti idoneo propugnatore opus eſt; qui me non tam vi, quàm ſplendore, & authoritate defendat. Iam verò operis argumentum dignitaſque iure te ſuo Patronum vendicat. Cum enim verſetur in vtriuſque Regni, tum Gallici, tum Portugallici gloria aſſerenda, quod mixtum ex vtroque componitur, ad te ſpectat: qui inter vtrumque velut quidam arbiter, & ſequeſter verſaris; & vtrobique tum amplitudine, tum gratiâ plurimùm vales. Non minori iure dignitas operis te vendicat, cùm illud, Panegyris Regum tum Luſitaniæ, tum Galliæ, & vtriuſque Regni, Heroum ſit; atque adeò hiſtoriarum quoddam compendium; vt nihil fermè vel ob antiquitatem venerandum, vel ob pietatem Religioſum, vel ob virtutem ſanctum, vel ob liberalitatem magnificum, vel ob opulentiam ſplendidum, vel ob magnanimitatem mirabile, vel ob fortitudinem glorioſum fuerit, quod hîc aut ex propoſito non tractetur, aut obiter non perſtringatur. Quo certè nomine dignitatis, maximè tuum eſt opus, Marchio Excellentiſſime: cuius maiores Heroum nomen præclaris admodum facinoribus meruerunt: cuius familiæ ſtemmata regium ſibi decus vendicarunt, cùm Reges noſtri gentilitio Gamarum ſtemmati, ſtemma ipſum regium inſeri imperarint, vt regia eo nomine Gamarum familia cenſeretur. Quare, quod de Regibus Regniſque opus inſtituitur, ad te regij ſtemmatis & ſplendoris virum haud dubiè pertinebit.

Huius tu Excellentiſſime Princeps clypei pondus ſuſtines, expectationem imples, ſtemmata repræſentas, vera Auorum ſoboles, viua Regum effigies: non fictis adumbrata, ſed veris expreſſa coloribus: Famæ par, Inuidiâ maior, imitatione ſuperior: tuis quippe virtutibus effeciſti, vt cùm nemo te æmulari auderet, nemo poſſet inuidere,

dere, quod extra omnem virtutis aleam poſitus admirandus omnibus videaris. Ecquis enim, quæſo, eſt aut familiæ claritate nobilior, aut nominis gloriâ illuſtrior, aut munerum dignitate ſublimior, aut familiæ cultu nitidior, aut domus amplitudine celebrior, aut donorum largitione magnificentior, aut nobilitate virtutum ſplendidior? Quæne aut amore, aut ſtudio, aut ambitione dicta videantur, propiùs te Marchio Excellentiſſime in tuorum primùm, dein tui imagine intueamur.

Tu Gamarum familiæ Princeps, quæ inter Luſitanicas, tum ſplendore ſanguinis, tum rerum geſtarum magnitudine, tum opum affluentia, tum nominis gloria eminet. Cuius egregius illuſtrator extitit, Vir ille ſummus virtute, magnificentia, dignitate, Stephanus à Gama Sinenſis Arcis cum Imperio Præfectus, Ferdinandi Infantis Purpuratus, quem & ab eo in Africanam expeditionem præmiſſum, & à Ioanne Rege II. ad Indicam deſtinatum accepimus. Cui, neſcio an maior parente, filius Abauus tuus Vaſcus à Gama Luſitanæ virtutis Heros, apertæ Indiæ Iaſon, nouus in mari Hercules, ſingularis familiæ amplificator, & propagator ſucceſſit, qui primus & Archithalaſſi Orientis, & Comitis Vidigueriæ titulo donatus: quem pelagus arcano timore correptum, præter morem contremiſcens exhorruit: ex quo à Gamis in omnia maria acceptum imperium. Ab illo nulli niſi Heroes procreati. Qui è tranſuerſo veniunt, non omitto. Stephanum Gamam Indiarum Moderatorem, Rubri maris domitorem: Paulum Gamam, Imperatorem Malacenſem, belli fulmen propriæ virtutis igne conſumptum: Chriſtophorum à Gama clariſſimum, & apud Indos, & apud Æthiopas Ducem, qui Laureatum Victoriis caput pro Chriſti fide ſecuri Martir Illuſtriſſimus ſubiecit, & Gamarum ſanguinem dignum

qui redderetur ſuperis ſignificauit; vt non modò illuſtris ille, ſed & Religioſus haberetur. Hinc ad rectam familiæ lineam reuerſis, occurrit Proauus tuus Franciſcus Gama, Togæ decus eximium, Vidigueriæ Comes, Ioannis Tertij Hipparchus: quem maiore gloria excepit Vaſcus Gama huius Franciſci filius, Auus tuus, Comes Vidigueriæ Tertius, qui adoleſcens eodem Hipparchi *munere functus, & adultior ſupremi de Regni ſummà Conſilii Senator (Status appellant) Sebaſtiano Regi cùm adeſſet, eum eſt in Africam ſequutus, & in fatali illo Punico prælio glorioſe occubuit. Quibus ſanè par extitit Franciſcus Gama, Clariſſimus Pater tuus, Quartus Vidigueriæ Comes,* Hiſpaniarum *Regis clauiger aureus Regij quod ſummum eſt Concilij non modo Senator, ſed Princeps etiam, ac Præſes de rebus Indicis Senatus; & in conſultationem totius Reipubl. à Regni Moderatoribus adhibitus: bis Indiarum Prorex; duplicantibus ſeſe honorum titulis, vt tantæ perſonæ dignitatem æquarent. Omnes Orientis Archithalaſſi.*

Hi te maiores Indici maris Imperij, & Comitatus ampliſſimi, & gloriæ incredibilis hæredem reliquerunt. Nec ego eos commemorarem, ne viderer aliena laudare, niſi tu iiſdem virtutibus acceptum ſanguinis ſplendorem proprium effeciſſes: quippe qui tempore ſubſequutus, dotibus haud dubiè prægreſſus, adhuc in flore ætatis ſummæ Reipublicæ præpoſitus, & Regiis maioribus curis admiſſus, & ad præcipuas Legationes expeditus, nouum familiæ tuæ decus, Marchio à Rege inſtitutus Niſenſis, addidiſti. Ad quod honoris faſtigium propriarum virtutum gradibus aſcendiſti, quæ cuiuſmodi fuerint, memoremus. Ac primùm in ampliſſima domo, ſplendidiſſimis Parentibus natus, feliciſſima in genituram ſydera prouocaſti: mox ſinu Matris exceptus

gratiarum vbera labris expreſſiſti: vix dum crepundiis poſitis reptaſti per ſcuta, & roſtra per gemmas, & vniones quin hæ pedes illaquearent: imo pedibus conculcaſti, vt per illarum ruinas greſſus ad victoriam erudires. Adultior, ipſa vultus Elegantia, oculorum acie, habitudine corporis ad imperium compoſita, eam expectationem commouiſti, vt nemo te non ad omnia ſumma natum intellexerit. Excelſa indoles, acre ingenium, mens ſubtilis, conſtans, rectumque iudicium, foras per ſigna emanabant, quæ cum magnitudine animi, comitate, gratia, humanitate, coniuncta, admirabilem te iuxtà, & amabilem omnibus reddiderunt. Quid? quòd diſcordes inter ſe, diſcrepanteſque dotes in te, tui ambitione, miro conſenſu vinciuntur. Grauitas cum acumine: cum prudentia candor: cum humanitate maieſtas, lepos cum ſeueritate: temperatio cum magnificentia, cum modeſtia ſplendor copulatur. Parum eſt vinciri dotes: certant, dum eminere ſingulæ ſtudent, vtqua in te Principem locum habeat, ea cæteris præſtare videatur. Non enim tàm tu dotibus, quam tecum dotes nobilitantur. Omnes in te, quaſi ex compoſito confluxerunt: nulla deſiderata eſt; ne ſi qua deeſſet: ea opinionem virtutis amitteret. Non illæ per gradus quoſdam, vti in aliis ſolet fieri, progreſſæ paulatim adoleuerunt: ſed impetu ipſo naturæ erumpentes, leges, & carceres temporis perfregerunt, ætatem praueniente acerbam genij maturitate. Puduit morarum, momento ſeſe effuderunt. Canæ Conſilia in annis puerilibus meditabaris: te quicumque vidit, cum necdum dignitatum aliquod limen intraſſes, omnia tranſiſſe credidit, quæ ſequebantur inſignia. *Itaque vix in iuſtam adultus ætatem Rempublicam geſſiſti. Regio, quod palmarium eſt, iudicio, iis dignus muneribus, quæ annos, & canos exigunt. Quare aſſerto Regno: Tribunali inſtituto, penes quod Trium ordinum adminiſtratio erat: Vnus ex cooptatis*

Magnus Felix in vita Epiphanij.

ad id Collegium ab eo Rege fuiſti, qui fundamenta libertatis iaciebat, ſuumque ius iuſtâ Regni adminiſtratione tueri volebat: atque adeò in eligendis Magiſtratibus multùm operæ ſtudiique locabat. Eo tu tam incorruptè, tamque vtiliter functus, vt natus ad clauum Reipuplicæ moderandum viderere. Itaque ad arcana Principis Senatus Conſilia Patricius inſtitutus, Status vocant, adhibitus, Regio lateri, qui cum Regias curas partiretur adſtitiſti, & qui vltimus aliorum vitæ actus eſſe ſolet, eum tu quaſi prologium effeciſti. Sedebas inter trabeatos ſenes adoleſcens pene Prætextatus: nullo diſcrimine præter ætatem: nemo ingenio ſubtilior, nemo iudicio certior, nemo conſilio maturior, nemo ſilentij obſeruantior; intra ætatem prouidus: præter ætatem experiens: gradus omnes ætatis mente prægreſſus ſenectutem tarditatis inſimulaſti: & quod in ea præſidii vulgo creditur, non neceſſitatis, ſed infirmitatis humanæ, iudicio, ac prudentia tua eſſe declaraſti. Eamque noſtri Animi naturam eſſe, quæ vi ſua citra annorum adminicula ad rerum omnium intelligentiam nitatur, exemplo tuo docuiſti. Miraculo daretur aliis, quod tibi natura videtur contigiſſe. Politicen, Clemente Alexandrino teſte. Artium omnium Artem *ſine doctrina ope, ſine experientia, excellentis virtute ingenij, quod cæteris longo annorum vſu vix conceditur, comparaſſe. Literarum tam tibi ſtudia placuerunt, vt Doctorum hominum patrocinium ſuſceperis, ac eos vbique non modo beneuolentiâ protegas, ſed opibus quoque iuues, ſtimuloſque eorum ingeniis addas, & magnis ſtipendiis inuitatos in altum eleues, ne iniuſto paupertatis pondere degrauentur. Itaque tantam apud eos gratiam collegiſti, vt de te adoptando Patrono nemo non contendat, ac pro Mæcenate Gamam, hiſce temporibus, maiore litterarum vſura, è ſuperis delapſum affirmet.*

Et verò huic magnæ cùm domeſticæ famæ, tum expectationi egregiam reapſe fidem feciſti, legatione maximâ functus apud eos, qui ingenio, & iudicio, & ſcientia plurimùm valere ſolent, Gallos: & ibi, vbi omnia maximaque totius Europæ reperiuntur, & probantur ingenia, Pariſiis, & tum, cùm ad tranſigenda reſtituti Regni Luſitanici negotia, quæ ex re Gallica magna ex parte pendebant, gnauo, & ſtrenuo Autore opus erat. In tam amplo igitur theatro, in tanta luce Ingeniorum, in tanta rerum, & negotiorum turba, eam egiſti perſonam, vt omnium admirationem concitares, Regi, Regnoque Luſitano *non mediocrem exiſtimationem conciliares: cumqui ſplendidi more* Dynaſtæ *in Patria vixiſſes, foris etiam Principem ageres: vnde apparebat quantus Rex eſſet, qui ſubditos Principes haberet: quantum Regnum, in quo qui parerent, alibi poſſent imperare. Perfecti, abſolutique legati numeros omnes expleſti: Religionis, ac Pietatis in* Deum, *Amoris, & obſeruantiæ in Regem, curæ, ſtudiique in patriam, rectæ adminiſtrationis domi apud tuos ſplendoris, ac magnificentiæ foris apud externos, prudentiæ in conſiliis, comitatis in confabulationibus, hilaritatis in conuiuiis, alacritatis in ſuſcipiendis, dexteritatis in agendis, perſeuerantiæ in conficiendis negotiis, ſingulare ſpecimen præbuiſti. His apud Regni proceres exiſtimationem, apud populos plauſum, apud æmulos inuidiam, (quæ non mediocris pars eſt gloriæ) conſecutus. His vt omnia ex te, quæ in aliis Prouinciis, ab aliis agebantur negotia penderent effeciſti: adeò, vt nihil eorum, quæ ad Luſitanici Regni adminiſtrationem magnopere conduxerint, ſine tuo, aut monitu, aut conſilio his annis ſex geſtum fuerit. Nam cùm ea penè omnia, quòd multùm Gallica ſocietate nitantur, cumque re Gallica vinciantur, Regis ad te ſint mandatu delata, & tuo iudicio commiſſa, tuo conſilio adminiſtrata: quicquid vbique effectum, tua opera præſtitiſti. Quare rei*

ab omnibus aliis Legatis bene geſtæ gloriæ partem vendicas: quin iĳ tamen de tua tibi quicquam poſſint decerpere. Plurima quippe à te ſunt ſuſcepta, confectaque negotia, quæ cùm ad alios non ſpectarint, cum iis communicata non ſunt: nullum vero ab iis eſt geſtum, in cuius tu ſocietatem non veneris. Tu Clariſſimos in Hollandia, Sueciaque Legatos in ſanciendis, firmandiſque fœderibus ſtrenuè adiuuiſti. Tu miſſos in Germaniam de ineunda Monaſterium cum cæteris Principibus ſocietate Legatos, non modo Lutetiæ Pariſiorum monitis, & conſiliis impleſti, ſed iſthìc verſantes per litteras direxiſti, & gratia tuâ fouiſti: iiſque Legatos aliorum Principum non paucos tua induſtria conciliaſti. Tu rem catholicam, & Regiam in Anglia maximè oppreſſam, & labefactatam, collatis cùm eo, qui Regis noſtri ſtrenue ibi partes agit, ſtudiis recreaſti. Tu illuſtriſſimo Marchioni Caſcalenſi extraordinario, ſuper Chriſtianiſſimi Regis Ludouici Iuſti funere, miſſo Legato, impiger adfuiſti, & omnia humanitatis, & comitatis officia exhibuiſti. Tu Romæ apud Pontificem, tu Venetiis apud Senatum, tu Sabaudiæ, & Florentiæ apud Duces, tu Parmæ apud Principem, Regis noſtri Sereniſſimi egregia in eos ſtudia declaraſti, quo eorum nobis animos deuincires. Tu arma Gallica in communem Caſtellanum hoſtem concitata, vehementiùs impuliſti, iiſque noſtra auxilia ſollicitaſti, vt ille ancipiti diſtractus bello laboraret. Vbique actuum tuorum comitem prudentiam aduocaſti. *Tu quicquid ad Regni tutelam, famam, ſplendorem, opes augendas aliqua ex parte conducit, omni conatu, induſtriaque procuras, nullis parcens ſumptibus, nullis vigiliis, nullis laboribus, vt vnus tu omnia Regni Luſitanici negotia, & ſuſtinueris, & confeceris. Acto iuſto Legationis curriculo, vix in Regnum receptus: cum à Rege in Galliam Extraordinarius Legatus remiſſus, additâ Marchionis*

Ennod. Theodor.

dignitate: quòd tibi, inquiete adhuc rerum ſummâ, quies eſſe non poterat, & in tanta tempeſtate negotiorum, tuo opus erat, & iudicio, & prudentia, & gratia, vt Reipublicæ nauis, curſu ad optatum felicitatis portum ſecundo, velificaret. Hodieque *Pariſiis moraris; & fama vniuerſitatem orbis peruagatus, tanta de te omnium eſt opinio, vt nemo non exiſtimet ſalutem in te Reipublicæ conſtitutam.*

Macte ingenio, ob acumen. Macte indole, ob magnanimitatem. Macte iudicio, ob grauitatem. Macte animo ob virtutem. Macte fortuna, ob felicitatem. Cui vni plane contigit, vt quod re nemo, voto vix quiſquam auſus ſit præſumere, Heroicarum ornamenta virtutum, diſperſa per ſingulos, coniuncta complectereris. Amplitudinem Cyri, Magnificentiam Artaxerxis, celſitudinem Alexandri, Magnanimitatem Cæſaris, integritatem Catonis, Gratiam Pompeii, Fortunam Auguſti, Iuſtitiam Traiani. Adeò, vt parum ſit exprimi à te virtutes, cum omnem virtutis imaginem conſumpſeris. Qui te vnum imitetur, omnes aſſequatur. Et quamquam Togæ hactenus ſtudiis deditus, manſueta Politices munera obieris, nondum aleam Martis expertus, præterquam quòd, non tu bellicis muneribus, ſed ea tibi defuerunt; per quæ animus tuus, domi argumenta ſe prodit, ea Martialem in te ſpiritum, bellicumque vigorem ineſſe teſtantur, qui ſi militare tibi imperium mandetur, ſummum haud dubie Imperatorem fore ſignificant. Quamquam ego, quæ multa, & grauia, & ante hic apud noſtrates, & iſthic nunc apud alienos togatus negotia Regni egiſti, expendens: non dubitem maiori de te, quàm Rhodii de ſuo Tiberio, iure dicere. Otium huiuſmodi tuum, quolibet militari Imperio honoratius fuiſſe. *Non licuit tibi per ætatem, non licuit per* Regni *primordia, Bellicis rebus exerceri, & ſi multò fuerit glorioſius, ea te adoleſcentem*

Tacitus in Tiber.

obiiſſe, quæ duces emeriti præſtare ſolent, & belli pericula experiri: tempus erit, cum te nec Luſitania, nec Europa capiat, & iuſto in magnam orbis partem accepto Imperio, de quolibet Chriſtiani, & Luſitani nominis hoſte trophæa erigas, & vtraque tum Terreſtris tum naualis Victoriæ Laurea decoratus, & barbararum gentium ſpolis onuſtus, tibi famam, poſteris gloriam, Patriæ lætitiam, Regi gaudium, æmulis inuidiam, externis admirationem afferas, & pene hominis fortunam egreſſus, in altiſſimo gloriæ faſtigio colloceris. Vale Ex^me^ *Marchio, teque fruere, noſque tuæ virtutis fructu perfruamur.*

Seruus tibi addictiſſimus,

Fr. FRANCISCVS A S. AVGVSTINO MACEDO.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

BENEVOLVM hic te, mi Lector, attentumque deſidero. Quod legis opus, eo animo in Luſitania inchoaram, vt primam partem Luſitanicam Apologiæ inſtar aduerſario ſolitariam offerrem: nec dum de Gallica quicquam cogitabam. Cum procul à Curia verſanti, qui in ea erant Galli, mihi arcto neceſſitudinis vinculo coniuncti, recens editum à Chiffletio librum miſerunt, ac enixè litteris, vt refutarem, poſtularunt, & quanquam in ſolitudine libris prorſus deſtitutus, & nullo pręter otium adiutus ſubſidio, non potui tamen amiciſſimorum hominum præceptis non parere. Cumque animo præuidiſſem non defore in Gallia, quæ & ingeniorum, & doctrinarum ferax eſt, qui par pari Chiffletio, quod eum morderet, reponerent: & ſingula capita, vti rogabat, ipſi ſingulis obiectis capitibus refutarent: nec mihi eſſent ad manum Genealogici, quorum maximè vſus erat, libri, aliter reſpondere inſtitui, & collectis mente quæ Chiffletius dixerat, & ad capita reductis, ac quid ipſe agitaſſet perſpecto, inueni eum & dignitati Regum, & Iuri Salico, detrahere ſtuduiſſe. Itaque menti ſtatui, & propoſito reſpondere, & dignitatem Francici nominis ea ratione aſſerere, vt cum eam maximè extollerem, à calumniis vendicarem; & ius Salicum ita defendere, vt cum illud vndique munirem, emiſſa in illud tela refutarem: neque tam gladiatoris more in arena, quam Propugnatoris ex arce pugnarem: hoſtemque non collato pede impeterem, ſed è ſuperiore loco dejicerem. Hæc mecum cogitans euocatus in Galliam fui. Cumque veniſſem Pariſios ac de Regis mandatu, operam dante Excellentiſſimo D. D. Vaſco Ludouico à Gama, Marchione Niſenſi, Legato Extraordinario Regni Luſitanici defenſionē, ſuſciperem, viſum mihi operæ pretiū fuit, quod in Luſitania inchoaram, de rebus Gallicis opus conficere, ac ex vtraque, tum Franciæ, tum Luſitaniæ, Apologia, vnum veluti corpus efficere. Vt quæ regna origine, amore, ſocietate, fædereque iunguntur, eorū, cōmunis, eadēque foret & illuſtratio, & defenſio. Itaque & opus confeci, & Propugnaculum Luſitano Gallicum, ab eo argumento inſcripſi. Quoniam verò contra Luſitaniam Hiſpanus author, contra Franciam Belga prodierat, calumnias Hiſpanico Belgicas appellaui. Cumque conſtaret vtrumque aduerſarium inuidiæ potiùs ſtimulo actum, quam veritatis amore ductum, illas excogitaſſe calumnias, volui laudando, & ornando noſtra, eorum ſcripta refellere, & ſuo inuidos dolore torquere. At ita me tamen geſſi, vt in parte Luſitaniæ refutando magis, quàm extollendo, in parte Gallicā contra proceſſerim: nam quæ Luſitaniæ obiecta, quòd noua & occul-

tiora, poterant cuiquam vera videri; nec erat author qui refutaret: cum & alii, & ego qui in Luſitania ſcripſimus, familiari linguâ ſcripſerimus, ac opus eſſet latinè, quòd omnibus notum eſſet, refellere. Quæ verò contra Franciam dicta, ea nullam omnino mouere ſuſpicionem poſſent, quod in tanta luce rerum tenebræ non conſiſterēt: nec defecturi eſſent, qui exactiùs refutarent. Itaque defenſionis in Luſitanica, commendationis in Gallica parte rationem habui. Ac idcirco libellum Hiſpanicæ calumniæ, qui vernaculè ab Authore ſcriptus, latinum feci, ſeruato integro ſenſu, & in capita Secui, & ſingulis initio articulis ſingulas breuiſſimas antilogias obtuli, vt poſteà latiore ſtylo reſponderem. Sicubi acriùs; danda eſt venia homini Luſitano amanti Patriæ, cui aduerſarius infenſum ſe maximè præbuit, ac ſua audaciâ ne? an impudentiâ? effecit, vt non ſine animi commotione reſponſum afferrem. Nec mirum eſt, eodem nos animo ſcribere, quo bellamus. Quod ſi reſpondendo illuſtrandæ Patriæ occaſiones quæro, & aliquando latiùs effundor, ea cauſa eſt, quod non vni me tantùm aduerſario, ſed & aliis, à quibus hodie impugnamur, oppoſui, ac in vno omnes & agnoui, & profligaui. De Luſitanis ita ſcripſi, vt nihil penè ab iis præclarè, aut domi, aut militiæ geſtum, quod à me vel non commemoretur, vel perſtringatur. Lectores ego etiam atque etiam rogo, vt Luſitanæ à me allata, & Religionis, & Magnitudinis, & Virtutis exempla accuratè expendant, vt norint, ſi minùs apud externos celebramur, id non rerum defectu, ſed ſcriptorum Latinorum inopiâ accidiſſe.

In parte Gallica, illud mihi propoſui, Regum, & Populi Francorum originem inquirere, antiquitatem prodere, ſplendorem afferre, lumina euulgare. Deinde ius Salicum aſſerere, exponere, illuſtrare: Regiam ditionem confirmare, vendicare, extendere, propagare. Tandem Maieſtatem Regii ſanguinis, & dignitatem Francici nominis, ſtatuere, extollere, amplificare. Quid ſim conſecutus, alii iudicent: nemo certè ſi, aut ingenium, aut eruditionem deſideret, ſtudium & affectum deſiderabit. Mihi magis à Gallis, quos amo, quàm ab aduerſariis timeo, nam his quod externi ſint, ſpero me parem in refutando fore: Gallis vereor ne diſpliceam, tum quòd ego huiuſmodi Prouinciam peregrinus, & indoctus fortaſſe ſuſceperim, cum Defenſoribus, & quidem doctiſſimis abundet Gallia, tum quòd quæ affero, parua ijs, & tenuia pro rerum amplitudine, pro ingeniorum acumine videātur. Alterius ego veniam peto, atque ab eorum iudicio, ad Amorem prouoco; oroque vt non tam ingenii mei, quàm affectus rationem habeant, neque me Pygmæum Herculeis viribus ſuis metiantur. Alterum ipſi excuſent, quòd Galli qui in Luſitania ſunt, hoc mihi munus mandarunt; quòd noſſent Gallicæ me gentis ſtudioſiſſimum, atque hoc nomine, & in Hiſpania Madriti, & in Italia Romæ, & vbique celebratum; atque adeò mihi ſem-

per ab hinc annos fermè viginti, quæcumque ad defenſionem, & laudes Gallorum ſpectabant, ab iis commendata.

Quare non me exiſtiment alienum intraſſe, ſed iam beneuolentia inſertum acceſſiſſe. Quin & id reputent, Luſitanos Gallis, & origine, & neceſſitudine, & amore, & fœdere eſſe coniunctos, vt nemo in Gallia Luſitanus, exrernus eſſe videatur. Styli genus id ſum ſecutus, quod non tam ieiunum, & tenue ad diſceptationem, quàm copioſum, & amplum ad pompam comparatum: nec enim volui exiliter ad calculos reuocare, quæ mihi eranr ad laudem Gallici nominis amplificanda. Itaque & ſi manum aliquando Dialectico contraxerim, plerumque Rhethorico, more dilato, & ex ſpinoſarum argumentationũ carceribus, ad amœna & florida Eloquentiæ prata egredior. Doceoque aliquot ieiunos, ac exiles Belgarum, etſi bene latinos, ſcriptores, curtum illud ſuum, & tenue dicendi genus, quod Lipſianum appellant, non induſtriâ electum, ſed neceſſitate inductum; cum non poſſent generoſum dicendi latius impetum capere, & vberiùs in orationem effundi, vnde ſemper ad metas hærent, & eodem ſe veſtigio contorquent. Quos moneo animaduertant, qui in Ciceronis ſchola verſamur, poſſe nos ſubtiliter, cum ſit opus diſceptare, & copioſe plerumque ac ornatè dicere. Cum ad illius nos genium formemus, qui in omni ſtyli genere dominetur. Ad quem cum ego me in Societate IESV, cui multum debeo, componerem, rationem hanc floridiùs & vberiùs diſputandi, illi ſpinoſæ, & exili omnino antepoſui. Ideo authores plerumque ad marginem reiicio, nec eorum locos minutè cito; nec id à me magnoperè exigendum, cùm & dicenti habenda ſit fides, & qui citantur, cum de iis rebus quas confirmo egerint, facilè vbi id dixerint deprehendi quear, cùm præſertim recentiores afferam, apud quos exactiſſimè loci notantur. Cæterum *is ſum qui mirer antiquos: non tamen vt temporum noſtrorum ingenia deſpiciam.* Quare & recentiorũ teſtimoniis vtor, & eruditionẽ laudo; non ideo tamen, quod & ſunr, & ſibi videntur docti iraſci debent, quod ab iis interdum diſſentio, cum nec ipſi inter ſe Galli conſentiant, imo & alii aliis ſuſcepro ſtudio contradicant. nec ego cuiquam eorum, vti opinione ingenij concedo, ita & iudicium ſubiecerim, quod vni tantum veritati addixi. Et vero quoniam non paucos mihi aduerſarios, Lector beneuole, fore præuideo, Diui me Ambroſii ſententiæ clypeo muniam: *Incautius plerumque aliquid promitur, aliquando accipitur maleuolentius, aliquid exit ambiguum, quia alieno examinanda iudicio, non pro noſtra debemus magis, quam pro aliena opinione tractare, & euitare omnes ſcrupulos maleuolentiæ.* Nec de fore puto, qui obiiciant, me externum aliena tractare, & *in ſyluam ligna*, vt aiunt, *ferre*. Nec noui quicquam allatum iri, cum omnia ſint occupata. Quibus ego moderatè reſpondeam: externum non eſſe, qui in libris habitat, imo ciuem litterarium

Plin l. 5. epiſtol. ad Canl.

D Ambr l. 4.

In Paræmiis.

habendum, à quo culta ſint monumenta antiquitatis: ac vt ſit externus, modò ne imperitus, fidei addit, quod ſuſpicioni detrahit: cum quæ ſcribit ſtudio veritatis, non adulationis, indulgentiæuè ſcripta videantur. Deinde, ſi quòd alii ante dixerint, abſtinendum poſteris, iam inde à multis ſeculis ſcriptoribus interdictum. Sicut *arboribus vetus interit ætas.* Ita & libris ſua tempora intereunt. Renouanda memoria antiquitatis, & ſitus excutiendus, nec tam ferimus in ſyluam ligna, quàm & vetera putamus, vt nouo germine effloreſcant, & noua addimus quæ ſuccedant, & vetuſtati auxilientur. Noui quicquam afferri, id iniuſtum eſt poſtulari: cùm hiſtoriarū fidei nihil addi, adimiue poſſit: nec nos Poëtas agimus, ſed hiſtoricos: niſi fortè fingi velint, quæ afferantur. Satis eſt ornare verbis, amplificare oratione, condire ſententiis, & nudam rerum narrationem Rhethoricâ pompâ veſtire. Ipſi certè, qui obiiciunt, quod afferunt, non aut excogitarunt, aut finxerunt, ſed inueſtigarunt, & inuenerunt. Quòd ſi noua dicunt, quæ abſtruſa, & recondita latebant, videant ne ſe imperitiæ arguant, quòd noua iudicent, quæ aliis fortaſſe nota erant, ac putidè argumententur: nam quæ vetera eſſe putant, quòd ſibi cognita ſint, plerique noua quòd ea ignorent exiſtimant: atque adeo poſſit contingere, vt quod occultum credunt multis ſit perſpectum, quod manifeſtum pleriſque aliis ſit incognitū. Quod ſi ire maledicendo pergant, ea me Hieronymi ſententia conſolabor. *Os barbarum, & procax, & in conuitia ſemper armatū, quicquid nouum inſonuerit author, aut exaggerator eſt famæ.* Ego huiuſmodi Ariſtarchos nihil moret, quippe qui ſciam Epicuró eos, & Vallæ ſimiles fore, quibus propoſitum omnes maledictis configere. Ad Lectores prouoco, qui Candore Tulliano, & Lipſiano maluerint commendari. Cæterùm *ſit ne poſteris aliqua cura noſtri, neſcio; nos certè meremur vt ſit aliqua, non dicam ingenio, id enim ſuperbum; ſed ſtudio, & labore, & memoriâ poſterorum.*

Horat. de Arte.

D. Hieron. epiſt. 22.

Plin. epiſt. ad Tacit.

PROPVGNACVLVM.

PROPVGNACVLVM LVSITANO-GALLICVM.

PARS PRIMA LVSITANA.

PROLOQVIVM.

EA demùm in hac primâ Propugnaculi mei parte, ineunda mihi ratio eſt, quam tum in refellendo Fauſto, & Petiliano Auguſtinus, tum in refutando Ruffino Hieronymus, tum in redarguendo Eunomio Baſilius tenuerunt. Horum quippe inſtitutum fuit, aduerſariorum libellos, ſectos in capita, diuiſoſque proponere, ſingulisque ſuas reſponſiones ſubiicere; vt collatis locis, & de inimicorum calumnijs, & de veritatis ratione conſtaret. Quod à Marco Tullio fuerat antè excogitatum: à quo integra Marci Antonij Epiſtola, ſoluta in partes, & diſſipata; vt ſeorſim ſumptæ ſententiæ, cùm refellerentur aptiùs, tùm fortiùs eliderentur.

D. Aug. contra Fauſt & aduerſ. Litter. Petil. D. Hieronym. in Apolog. contra Ruffin D. Baſil. aduerſ. Eunom.

Marc. Tull. Cic. Philipp. 13.

Antequam tamen in membra ſecemus, operæ pretium erit, è toto iſtud opus, & quaſi trunco ſpectare. Monſtroſum quin ſit, dubitari non poteſt. Nec enim poſſunt cum fine, inſtitutæ rationes, nec cum iuſtitiâ, adhibitæ artes: nec cum pietate, tradita documenta: nec cum rerum veritate, narratio; nec cum politicâ doctrinâ, inſtitutio: nec cum ſalute, remedia: nec cum rectâ religione, ſenſus: nec cum purâ fide, dicta congruere. Finis propoſitus eſt, Luſitanici Regni (vti vocat) recuperatio. Artes repræſentat eas, quæ ab iniuſtitiâ, & tyrannide proficiſcuntur: irruptiones, direptiones, proditiones, largitiones, vim, corruptelam: quibus imperia euerti, non conſtitui ſolent. Vnde regnis ruina paratur, inde recuperationem molitur. Hanc nemo, niſi contrarijs artibus conſequatur: amore, fide, iuſtitiâ, beneficentiâ, pietate. Ad quam doctrinam politici nos Magiſtri, Plato, Ariſtoteles, Cicero, Auguſtinus, Thomas, & (quod caput eſt) ſacræ Scripturæ auctor, Deus inſtituit. Quibus perſuadere nititur argumentis, ea ſunt odio, inuidiæ, ambitioni, cupiditati, & alijs prauis animi affectionibus aſſignanda. His iuſtitiæ acies obtunditur, quæ in arce ſummâ rerum, intentiſſimè cuncta ſpeculatur; & quòd regia protſus virtus ſit, ſceptrum ſibi, oculo in faſtigio vigilanti coronatum, in ſymbolum vendicauit. Exempla tetra, & horrida, ceu nulla alia in

A cap. 15. ad 30.

Plat. & Cic de legib Ariſt in Polit. Auguſt. lib decimt. D. Thom l. de reg. Princip.

Pier. Valerian.

Sacris Biblijs eſſent, Regum impiorum, & ſceleſtiſſimorum producit: quæ cùm deteſtanda maximè ſint, imitanda tamen proponit. Qua in re animaduertere oportet: cùm tot, & tam præclara in diuinis monumentis ſanctiſſimorum Regum exempla ſuppeterent, aut nullius ei in mentem veniſſe: aut ſi qua venerint, nullius eorum rationem habere voluiſſe.

Iuſt Lipſ.

Vide huius inuect. Caſtellan. c. 5. ad 12.

Et quidem homini iniuſtitiam, impietatem, immanitatem cogitanti, non facta Dauidis honeſta, ſed Salmanaſaris immania; non Ezechiæ religioſa, ſed Nabuchodonoſoris crudelia; non Ioſaphati pia, ſed Athaliæ impia; non Ioſiæ iuſta, ſed Iehu fraudulenta congruebant. Quid? quod è tot tantorumque Imperatorum numero, qui ſuarum fama virtutum Orbem impleuerunt, vnum inuenit Iulianum Apoſtatam, cuius laudaret ſententiam, & oraculi inſtar, Regi ſuo, veluti de machina, dictaret. Litterarum, cum primis ſacrarum, ignarum ſe, ac imperitum oſtendit. Vnus ex ijs, quos adducit è Biblijs locus, ab eo turpiter adulteratur: tres ab eodem fœdè torquentur: omnes demùm corrumpuntur. Quæ de Luſitanici Regni inſtitutione, de Indica expeditione, deque fidei in remotiſſimas Regiones, barbaraſque gentes propagatione ſcribit, meræ ſunt calumniæ, & impoſturæ. Nec in externis ſolum rebus, in domeſticis quoque peregrinatur. Tanta in eo eſt de his rebus ſermonis inſolentia, quanta major eſſe non poſſet, ſi de Regni Martauani, & Auæ, & Tibethis rebus diſſereret. Minus, opinor, erraret, ſi de iure, & legibus Crotoniatarum, aut Meſſeniorum, quàm cum de noſtris inſtitutis & moribus agit, diſputaret. Rudia tantùm quædam in tabula crudelitatis lineamenta extant, quæ Draconis Legiſlatoris cruenti luridam faciem reddunt: Politicis in præceptis exuit humanitatem, induit Barbariem. Quid quæſo excogitari poteſt abſurdiùs, quam hortantem ad deditionem populos, iugum producere, catenas afferre, intentare gladios, virgas expedire? quâ ratione Regna diſſiliunt, eâ vult conglutinari. Conceptum diu in viſceribus virus palàm promit, & temerè propinat, ſonitu tamen per imprudentiam reddito, quò nos à bibendo deterreat. Incitare nos ijs ſtudet, quibus alij retinerent. Quà ad ruinam ijt Rex Roboamus, hàc ille ad culmen Philippum ducit. Veſpillonem, non chirurgum agit. Vulnera refricat, vt recrudeſcant; non fouet vt callum obducant. Vt ſanet, quâ nos haſtâ vulnerat, Achilles certè non eſt. Quis remedia ſibi ab eo oblata adhiberi velit, cùm ea necis ſint inſtrumenta? Regno mortem machinatur, ac reſurrecturum fore ſperat. Si, quòd incendiarius eſſe vult, Regno ignes iniiciat, non tantus eius in nos eſt amor, vt è medio incendio eripiat, ac è cineribus incubanti ſimilis, in vitam reſtituat. Procul eſt à Troiæ fortuna Luſitania: huic Sinoni minimè credet; nec quod non ab eo perierit, *Campos vbi Troia fuit*, ſibi gratulabitur. Non aliter, quàm ille, de ineundo Regno, de adminiſtrandis magiſtratibus, de gerenda Republica Machiauellus diſſereret. Licere Principi iura perturbare, leges abrogare, Sacra profanis miſcere, diuina humanis ſubiicere impudenter aſſeuerat. Quin, & obtentu ſacro-ſanctæ poteſtatis, manum coronis, ſceptriſque iniicit; nouâ quadam libidine doctrinæ, quam ne ipſe quidem vel Machiauelus, vel Bodinus Barclaius-ve excogitauit. Vltra honeſti fines regiam poteſtatem audaciſſimè extendit. Minor Iulio Cæſari, cùm Rubiconis ripas tranſiit, audacia fuit.

Cap. 42.

Vide reſponſ. ad c. 5. 8. 9. 10. 11. & 20.

Cap. 20.

Plutarchus in Solon.

Ouid. Mythologi.

Æneid 2.

Æneid. 3.

a. Cap. 34 ad 40

Sueton.

Plutarch. Lucan.

Verùm quid mirer ab eo illatam iuſtitiæ iniuriam, à quo, & ſacra violata religio eſt? ſunt quæ fidei hoc in opere aduerſentur ſententiæ, cenſoriâ ſacroſanctæ inquiſitionis virgâ digniſſimæ. Nec excuſet Author imperitiam Theologiæ. Nouum in ſe crimen congerit; audere inſipientem; vbique enim eius inſcitiam deprehendimus. Teſtimonia litterarum ſacratum deprauat: ſenſus detorquet: pernicioſa ex iis documenta elicit: & doctrinam ad rectè inſtituendam vitam à Spiritu ſancto traditam, ad morum corruptionem, præpoſterâ interpretandi ratione deflectit. Cuius quæſo capitis illud conſilium eſt, hortari Catholicos Principes ad bellum Luſitanicum, tamquam ſacrum, quaſi nos Eccleſiæ hoſtes ſimus? Egregium hîc concionatorem ad denunciandum fidei hoſtibus bellum habemus: ſed taceat interim ille, nec nobis Regique noſtro obganniat. Monuit iam pridem Chriſtus Dominus, cùm ad Diui Antonij, è Cruce in pompam prolata, clauum excuſſit, & manum intendit, quaſi ſilentium indicens, ne quis obloqui inſtituto Regi, Regnoque inſtaurato auderet. Nec temerè in Ioannis Regis noſtri gratiam, brachium extendit ipſe Ieſus Patris Verbum: vt Verbi diuini approbatio, factum Ioannis, qui vocem; *Ego vox*, nomine referr, ſequeretur: vocique verbum aptiſſimè reſponderet. Quid? quòd promiſſa olim primo Regum noſtrorum Authori, & parenti Alphonſo Henricio, qui fidem ſuam de reſtituendo, quòd tunc inſtituebat, Regno dederat, in Ioannis Regis inauguratione compleuit: atque adeo exerto brachio, *Brachium Domini*, fidem datam ei, *Cui reuelatum eſt* repreſentauit. Tum cùm maximè fieri oportebat, voluente ſe annorum curriculo, qui *ad ſextam decimam generationem* ſpectabat. In qua Dominus reſpecturum ſe in attritum, oppreſſumque Regnum, recepit. Ac ne promiſsioni quidquam deeſſet, non vnâ tantum ratione, *ſexta decima proles* Sereniſſimus Rex noſter Ioannes appellatur. Siue enim à Rege Alphonſo, per Reges Luſitanos: ſiue ab eodem modico flexu, per Duces Brigantinos ad Ioannem peruenias, in illum *ſexta decima* generatio finietur, cui Luſitanicum ſceptrum iure propemodum diuino debeatur. Nec ſine diuini numinis conſilio factum eſt, vt vterque Rex, & Author Alphonſus, & Inſtaurator Ioannes, ope Crucifixi Chriſti Regnum obtinerent, vt eorum demum operâ, eiuſdem Chriſti Crux, ceu trophæum, in turritis Mauritaniæ, & remotiſſimæ Barbariæ apicibus locaretur.

Cap. 39. & 40.

Cap. 35.

Hiſt. Luſitana, recens Anonym. Pariſ.

Manifeſta Luſit.

Matth. 3.

Monarch. Luſit. Brit. & Brand. Catam. omnes Auth. Luſit.

Iſai. 50.

Vide Anonym. Pariſ. in append.

At non è trunco iam opus, ſed è membris pendamus, & ſingulas partes ſpectemus. Id moneo: libellum Authoris Hiſpanicâ linguâ editum à me latinâ donatum, & ne quis meam in eo reddendo fidem deſideraret, Autographi Hiſpanici verba margini adſcripſiſſe.

INVECTIVA CASTELLANA
BREVITER CONFVTATA.

Articulus primus Caſtellanus.

Por carta que V. Mageſtad me ha hecho merced eſcriuir, me manda V. Mageſtad le diga mi parecer ſobre lo que ſerà mas conueniente a ſu Real ſeruicio, para la recuperació del Reyno de Portugal.

QVAM mihi Prouinciam, litteris ad me datis, Majeſtas veſtra impoſuit, circa recuperationem Luſitanici Regni, dicendi quæ ſentio: ſummo, quo teneor, obtemperandi Majeſtati veſtræ ſtudio ſuſcipiam; cui ſi, vt votis ego, ita & res euentū reſpondeat; tum quòd meum eſt, tum quòd è re tua efficiam.

Antilogia Luſitana. Antil. 1.

Por la merced que .V. Mageſtad en eſto me haze, beſo ſu Real mano. y ſi mis propoſiciones fueren tan acertadas, como es mi zelo, muy ſeguros ſeran los effetos dellas.

Conſiliari Diuinum quiddam Plato eſſe cenſuit. Regiam Tonantis Domum Curiam Homerus reddidit; nec officere immortalitati credidit, cùm Senatui Deos addixit. Itaque conſuli à Rege Philippo ſuos, vehementer laudo. Id deſidero, vt & in tempore conſulat, & idonei Conſiliarij contingant: Quorum alterum procurandum, optandum alterum. At vereor vt vtroque deſtituatur Conſilium. Quod ad tempus attinet, ſerò ſapiunt Phryges. Agitur de recuperanda Luſitania, ſexto, quàm illa vindicata eſt, anno. Elapſa è manibus occaſio: nullo non ad apprebendendum modò pilo, ſed ne ad ſequendum quidem veſtigio relicto. Egregii cunctatores Hiſpani, rem morando corruperunt: Hadriano ſuo, quam Fabio ſimiliores, quorum hic cunctando Rempub. ſeruauit, ille perdidit. Itaque Romanus ſedendo vicit; Hiſpanus ſedendo victus; Luſitani ſuæ fortunæ fabri, nacti occaſionem, pronâ ſunt vſi, eâque benignâ fruuntur. Rege creato, ſtabilito Regno, fœdere cum potentiſſimis Regibus icto, domi florentes, foris glorioſi: terrâ marique victores. At Conſiliarius contigit optimus. Certè quantum legendo aſſequi potui, non ego hoſtis, alium Hiſpano darem, ſi ruentem vellem impellere. Tam ille aſſentationi deditus, tam ab æquitate alienus; Fingit ſe ad nutum Principis: implet eum auaritia, furore, cupiditate. Faces admonet, quibus ardeat; Alecto Hiſpana, Iunonio Spiritu turgida flat, & flans alit incendia. Non ei eſt animus in conſulendo liber, ſed delicto & libidini obnoxius. *Nec opponas, à quo Rex Catholicus conſilium petit, eum non prauum Conſiliarium fore, cùm & inter Filios Dei conſilianti Deo, Satan aduerſus Iobum adfuerit. Salubrius ego Regi conſilium darem, vt eum à Regni corpore auelleret, ne qui Conſiliarius eſt oculus, ſi diſtortus exiſtat, Regnum in præceps ferat. Itaque hic Diuo Thoma Authore,* Malus Conſiliarius, tamquam prauus oculus, eſt eruendus.

Salluſt. in Catil.

Thom. lib. 4. de Erudit. Princ. c. 1.

ART. II.

Quam modò in Hiſpania, & Hiſpanica ditione, ex abſciſſa Luſitania, infœlicitatem experimur, eam importunæ Philippi ſecundi, aui tui in illud Regnum pietati, & immodicæ in populum indulgentiæ acceptam referimus.

La piedad vſada del Señor Rey D. Felipe II. Aguelo de V. Mageſtad en el Reyno Portugues, y la forma que vſó con aquellos pueblos: ha ſido vn fatal pronoſtico de las calamidades preſentes, no ſolo a Eſpaña, pero a toda la Monarchia.

ANTIL. II.

Scilicet illa pietas fuit, quam vis, iniuriæ, rapinæ repræſentarunt. Illa indulgentia, quam Dux Albanus trux naturâ exhibuit. In eam expeditionem delectus, vt erudito per colla Belgarum ferro, in noſtra viſcera graſſaretur. Vix à Pontificum & Sacerdotum cæde temperatum, anhelante Purpurâ ſubijcere ſibi per ſummam iniuriam apices Tiararum. Quòd parciùs effuſus cruor, Africanæ dandum eſt cladi: vbi quòd nobiliſsimus Luſitaniæ miſſus erat Sanguis, exangue Regni corpus redditum. Itaque venæ hoſti, quas incideret defuerunt. Quæ igitur Philippi Pietas fuerit, neſcio; Quanta ſit Authoris impietas deprehendo, quem pæniteat quod minùs in nos ſæuitum. Ego in eo non pietatem modo, ſed indicium etiam hîc deſidero: nam violenta & iniuſta Regis Philippi in Luſitaniam irruptio, quî potuit pietate conſtitui? Vbi iuſtitiæ non fuit, qui pietati locus ſupereſſet?

ART. III.

Nempe Luſitania ſpecie tantum domita fuit; re libera manſit, dominantis habitu, faſtuque retento; citrà egeſtatem opibus affluens, vltrà libertatem ferox. Nemo procerum loco motus, inuiolata nobilitatis iura: plebs indemnis, & quod caput eſt, popularibus, rerum publicarum adminiſtratio relicta.

Porque aquel Reyno ſolo fue conquiſtado en el nombre y no en el effecto; quedando rico y abundante: con los miſmos priuilegios y mas de los que tenia. Los grandes, y nobleza en ſus caſas el pueblo ſin opreſion, y por dezirlo todos los Portugueſes en el gouierno.

ANTIL. III.

Obedientiam terror non exprimit. Nemo non inuitus ſeruit. Nimirum iugum illud opprimentis, non ſceptrum imperantis fuit. Dominata Caſtella eſt vltra faſtum, vſque ad contemptum. Eius imperium, vti alienum, intra pectus non deſcendit. Regis noſtri in corda peruaſit, duce amore. Illapſu ſuo obſequium induxit. Ergone diripiendæ domus? Libertas adimenda? Proceres relegandi? Plebs opprimenda? Quid? nec domus intactæ, nec libertas integra, nec illæſa nobilitas, nec plebs immunis. Si tam malè Rempubl. adminiſtrant Luſitani, cur apud Hiſpanos præcipuos tum domi, tum foris honores gerunt?

ART. IV.

Noſtris hominibus Hiſpanis, tamquam inertibus, ac pene truncis, ad omnes tum ſacros, tum profanos honores aditus interdicti. Cum lege ne quis indeptus, eà nos ſeu Scythas & Turcas longe à penatibus arcuerunt. Quo præter opinionem obrepente malo, tota Hiſpanici imperij moles laborat.

Y todos los demas vaſſallos de V. Mageſtad priuados y banidos de las Igleſias, Magiſtrados, Gouiernos,

ANTIL. IV.

Encomiendas, y de todo quanto ay en aquel Reyno, y con tanto rigor obſeruado de los Portugueſes, como ſi fueramos Scythas o Turcos? Inaduertencia tan dañoſa, y grande que vienen ſus accidentes oy a contraſtar toda la Monarchia.

Truncos ſe Hiſpani niſi dominentur, putant. Capita vbique eſſe volunt, Ambitionis flatu animantur. Is ſi concidat, cadunt. Legibus noſtris, vti & communibus, Peregrinis aditu ad honores interdictum, id lex quoque Hiſpana cauit. Sed Hiſpani apud ſe dominari externum neminem patiuntur, & externis omnibus imperare volunt. Igitur in ius noſtrum irruere conati, videamus quid acturi eſſent, ſi ſuo arbitrio Rempub. noſtram definirent? Loco Luſitanos omni excluderent, pro libidine dominandi, ad ſe cuncta, ſacra, profana traherent; fungerentur Magiſtratibus, bonis fruerentur, nulla in ſe laboris parte deriuata. Id agitarent, vt in nos quaſi abjecta ſeruitia, Scythicum & Turcicum ius exercerent. Non laborat ſolum imperium, ſed etiam labat & ruit.

ART. V.

Señor la Eſcritura ſancta, que es el eſpejo, y camino de nueſtras acciones, nos mueſtra, que quando Salmanaſar conquiſtò el Reino de Iſraël, no ſolo lleuo los de la familia Real, pero tranſplanto toda la Nobleza, y pueblo de las diez Tribus en differentes Prouincias de ſus Reynos, y a las nueuamente conquiſtadas embiô nueuos habitadores. Y tenia menos juſticia en aquel Reyno de lo que f. Aguelo de V. Mageſtad para hazer lo que conuenia en Portugal.

Sacræ nobis litteræ, ad quas velut cęleſte ſpeculum, animi noſtri faciem componi fas eſt, documento ſint; quæ ineundi, conſtituendique imperij optima ratio ſit, Salmanaſaris exemplo propoſito; Qui occupato Iſraelitico Regno, non modo regiæ ſtirpem gentis auulſit, ſed & populum radicitùs extirpauit, decem integris in alienum ſolum tranſlatis Tribubus; & in varias patres diſtractis; ductis in ſolum, quod verterent, è ſua gente Coloniis. Cum multo Salmanaſari minùs in Hebræos, quàm Philippo in Luſitanos per ius liceret.

ANTIL. V.

Iniuriam diuinis ſcripturis facit, qui, quæ in ea exempla continentur, omnia citra delectum imitanda proponit. Multa dictu fœda, tetra factu, vt in Hiſtoria fide digna narrantur, quæ execrari nos oportet. Speculum eſt; acceptas virtutum & vitiorum imagines reddit, quò recta prebentur, emendentur detorta: ſin aliter & Gieſi nobis, & Simon Magus, imo & Iudas imitandus. Philippus Rex Catholicus pius, pii, & à Dei cultu alieni Salmanaſaris exemplum ſequeretur, qui, quòd flagellum Dei fuit, acerbiſſimas de Hebræis pœnas ſumpſit. Niſi forte non pudet Philippum eodem numero habere, eò deteriorem futurum, quòd Luſitani ab illius gentis perfidia longiſsimè abſumus. Quàm iniuſtè ſauiret, ſi eodem nos innocentes ſupplicio afficeret, quo ſceleſtiſſimos mortalium affecit? Quid? Quòd Salmanaſari poteſtas à Deo illa facta eſt; Philippus, ſi quam ad ineundum Regnum habuit, vſurpauit; ſi quam ad gubernandum Regnum acciperet, ea prorſus iniuſta foret.

ART. VI.

Yno eran los Hebreos tan nociuos a los Aſſyrios, ni tan enemigos como los Portuguezes en

Nec tamen materiam odij Aſſyriis tantam ſæuiendo Hebræi dederant, quantam noſtris Luſitani dederunt. Quippe qui ad rabiem ex ira verſi, imo & furijs ducti Tartareis, diris nos ſemper modis exagitarunt, nunc priuatis rebus inſidiàntur, publicis ruinam parant.

ANTIL. VI.

Lapſus hic eſt turpiter ex Analogia nominum Author. Aduerſus Aſſyrios potentiſſimos populos, nunquam Hebrei criſtas ſuſtulerunt. Nec potuerunt officere, quibus magna ſepe minores officia præſtiterunt. Syros debuit dicere, finitimam Hebræis gentem, quibus cum, vt cum paribus, viciniſque, perpetuò ac feliciter bellarunt. Vtcumque ſit tamen, Cùm in nos Philippus expeditionem ſuſcepit, hoſtem egit, & vindictam adornauit. Nec mirum quòd ius torſerit, ſi tortoris, quod ſignificat Author, munus obibat. Modò igitur vicem reddimus nepoti Regi; qui dum ablato Regno, & illata cæde torquetur, ſciat quemadmodum Dei iudicio populis Reges tortores accidunt, ita & Regibus populos tortores obuenire.

vno, y, otro con rabia infernal, ſe han moſtrado contra las conueniencias de la Monarchia, y gouierno de V. Mageſtad.

ART. VII.

Durum, Luſitani, hominum genus. Beneficijs, doñis, muneribus emolliri cum deberent, obduruerunt. Non illos aurea Philippici imperij felicitas tenuit, non prolixa indulgentis ſceptri beneficentia deuinxit. Quod amore Caſtellani Reges meruerunt, à Luſitanis odio retributum.

Sin baſtar tantas, y no merecidas honras, y beneficios, como recebieron en los felices gouiernos de V. Mageſtad, y ſu padre, y aguelo, para dominar ſus infieles coraçones, antes pagaron ſiempre los beneficios con odio.

ANTIL. VII.

Si indole durum; negem: cum Luſitani, tum ingenio molliſſimo, tum moribus ſuauiſſimis ſint. Si robore: conceſſerim. cùm à ſtirpe duriſſimum, quod Hiſpani patiamur oportet, qui nos ſemper fortes, inuictoſque experti. Ferreos, Indiarum Reguli Luſitanos, ob bellicam virtutem appellabant. Cætera ecquis ferat? Ædium noſtrarum obſidio, direptio bonorum, iuris violatio, morum corruptio, legum conculcatio, effrenis audacia, effuſa licentia, iniuſtum ſeruitutis pondus, onus tributorum intolerabile, aurei illius temporis fructus extiterunt. Hanc Pandoræ pyxidem Philippi Reges ex arce Imperij miſerunt. Quæ igitur vulnera putabant, qui hæc beneficij loco ponunt? Immanes quòd hæc egerint; immaniores quòd pro his amorem exegerint.

ART. VIII.

Nabuchodonoſor item, vti in iiſdem ſacris monumentis legitur, captis ac expugnatis Solymis, habitatores cum domeſtica omnes ſupellectili Babylonem traduxit, vix præter capite cenſos quoſdam, & è fæce infimos, quoquam relicto.

En la miſma Eſcritura ſe lé tambien como Nabuchodonoſor auiendo conquiſtado à Ieruſalem transplantó, y lleuó à Babylonia todo lo que auia en aquel Reyno, y ſolo dexó alguna gente, pero tan miſerable, y deſpecha que no valia para coſa alguna.

ANTIL. VIII.

Abyſſus abyſſum inuocat. Scylla Charybdim prouocat. Et hic vltor ſcelerum & iræ Dei miniſter. Hos amat, armatque in nos Author, ſed caſſo euentu. Quod optabat votis, expreſſit verbis, nec illis annuit Deus, nec iis fidem fecit. Res conatibus deerit. Et ille tyrannos in nos concitet, nihil efficiet. Materies ſubtracta eſt pœnis, ſceleribus remotis. Illi illi Nabuchodonoſores, Salmanaſares, Attila, Tamerlanes non niſi vindices ſcelerum extiterunt. Si tui, quos his ſimiles vis eſſe Reges, ad nos torquendos, vexandoſque à Deo inſtituti, quam totum ſaine

conſulas, vide. Certè nos inſontes pronuntias, cum eorum iugo excuſſo, eorum manus euaſimus. Si enim vlteriùs puniendi eſſemus, non antè pœna eſſet exactè ſoluta.

ART. IX.

Atalia Reyna de Iuda no vió modo de conſeruar vn Reyno nueuamente adqoirido, ſino extinguiendo toda aquella generacion, en que los Iudios podian poner los ojos para rebelarſe.

Athalia Iudâ Regina, cùm animum ad occupandum regnum primùm adiecit, de exſcindenda Regia ſtirpe cogitauit, ne qua ſpes defectionis populo ſupereſſet.

ANTIL. IX.

Hoc intrudit immanitatis portentum. Fœminam impotem ſui, ardentem cupidine dominandi, furentem audaciâ, præcipitem ſcelere, omnium furiarum facibus agitatam; quæ omni crudelitatis imagine vel fictæ & fabuloſæ conſumptâ, eò eſt progreſſa, quò ne Poëticæ quidem licentiæ fines peruenerunt: vt Medeam ſui, prout illa eſt, pudeat. Vultne Athaliæ facinus ingerere? Solem prius Thyeſtea ire cogat viâ, vel atrociore. Ferventem hæc Tulliæ ſuper patris abiectum cadauer currum, ſtupore barbaræ immanitatis repreſſum ſiſtat? Sed dulciorem fortè tyrannidem mulier reddidit. Attamen vt pulchra fœmina tyrannidem pulchrè exerceat, non efficiet vt tyrannis deformis non ſit. Rebellem fore populum dicit, ſi ab ea deficeret, cui Pontifex Ioiada vitam eripuit, ne populus rebellaret. His ornamentis decorari vult Author diademata Philipporum, Athaliâ in exemplum adductâ. Gratuletur ſibi ea hunc, quem primum laudatorem inuenit.

ART. X.

Iehu Rey elegido por Dios extinguiô toda la familia de Achab, todos ſus decendientes, amigos, y conocidos, ſin perdonar a los miſmos ſacerdotes.

Quid? quòd Iehu, Rex à Deo inſtitutus, totam Achabi familiam deleuit, nemine eius aut conſanguineo, aut affine, aut cliente ſuperſtite relicto. Quin ne ipſis quidem ſacerdotibus pepercit.

ANTIL. X.

Ineptè Iehu inducit. Hic de mandato Dei iſta patrauit; argumento, quòd aliter patrari non poſſent. Præcepitne Deus Philippo vt Regiam ſtirpem, eiuſque clientelam tolleret. Si præcepit, cur abſtinuit? Sin minus: qui occidit? nec licuit ſanè, nec, ſi licuiſſet, poſſet. Vt nihil inter Iehu & Philippum interſit, multum inter nos & Achabum intereſt. Nam de ſacerdotibus ei non conuenit: cùm idololatræ fuerint, atque adeò interfici eos oporteret. Quod cauſa, & loco non hæret. Hæreret, ſi iuſti, & Religioſi fuiſſent. At non omnino inculpatus Iehu, quod mendacio & fraude vſus Sacerdotes ſuſtulit: cum fallere improbi hominis ſit: Vereor vt ne id multùm Caſtellani curent, qui mutare, ac frangere fidem ſolent.

ART. XI.

Eſtas ſon las reglas, que nos enſeña la Sancta Eſcritura: que ſe vſan con generaciones, familias

Hæc nobis documenta ſacræ Scripturæ præbent. Ad hanc legem formentur oportet, qui ad ſceptrum nituntur, vt qui regium ſanguinem trahunt, & regios ſpiritus gerunt: quique ſtudia & fauorem populi ſecum afferunt, eos è medio tollant, omnemque rerum nouarum auidis ciuibus occaſionem præcidant.

ANTIL.

ANTIL. XI.

Documenta eſſe non inficior, ſed vnde doceamur, quid nobis cauendum ſit, non quid agendum. Nam nec ad crudelitatem, nec ad impietatem, nec ad fraudem erudimur. Monemur, ne quam numini cauſam vindicandi demus. Vertat in ſe exempla Hiſpania. Diſcat propter ſcelera imperia transferri, Regna corruere. Nec longè ſunt poſita documenta; ſuę ipſam ruinæ docebunt. Quæ ex aduerſo eſt Luſitania, hactenus oppreſſa ſeruitio, vindictæ; nunc libera, & florens, monumentum Iuſtitiæ, eſt. Experitur Hiſpania, quod olim non experti: Luſitania, vnde Hiſpani dejecti ſunt, loco conſtituta.

y pueblos que aborrecen el dominio de ſus Principes, de que ſe pueden eſperar rebeliones de familias, que pueden aſpirar a la Corona, y de generaciones repugnantes al nueuo principado.

ART. XII.

Quos intimos & arbitros Philippus habebat, Purpurati; hoc ei conſilium dabant, cùm de occupando Luſitaniæ Regno cogitabat, imminente iam profectione, bis, ad conſilium vocati de eo deliberarunt.

Los Miniſtros del Senor Rey Don Felipe II. aguelo de V. Mageſtad ſe lo a conſejaron de la miſma manera, en los dos vltimos consejos de Eſtado que ſo tuvieron antes de partirſe de Liſboa.

ANTIL. XII.

Iurene? an iniuria? tunc latuit, nunc apparuit. Certè non eis conſcientia honeſti fuit; cùm Regi Catholico, quid ſui eſſet officii, quærenti; cædes, rapinas direptiones ſuaſerunt. Datâ ad inuidiam terroris portâ ruebant. Amori offendicula, gratię ſcrupulos obiecerunt. His artibus itur ad ruinam tantò fœdiorem, quantò ſtudioſiùs quæſitam. Oliſiponi amiciſsimè hoſtis excipienti, humaniſsimè habenti, lautiſsimè tractanti, hoſpitalitatis iura odio repenſa. Bellum amoris hoſtimentum!

ART. XIII.

Luſitanicâ expeditione decretâ, & in Concilio propoſitâ, diuinitùs in hanc mentem à priuato quodam purpurato conſultum: cuius literis mandata ſententia, palàm, cum admiratione conſeſſus audita, & cum plauſu excepta, magnos foris clamores fecit. Extat, & teritur hodiéque manibus Studioſorum.

Y antes de Su Mageſtad paſſar a la conquiſta de Portugal, hizo leer en Conſejo de Eſtado vn parecer dado ſobre eſta materia, de las maiores coſas que ay eſcritas, y que ha muy pocos años corria entre las manos de Miniſtros principales.

ANTIL. XIII.

In ipſo ardore proficiſcendi, ruinam noſtram, quò incumberent è longinquo vehementius, meditabantur. Quidni? Triumphare in Luſitania, de que Luſitania ſtatuerant. Sententia, quòd in noſtram perniciem lata, diſplicere non potuit. Capitalis opinor fuit, quòd eam Caſtellana capita dixerunt. Extare exemplar illius, minùs miror, quòd ſciam apud Carnifices pœnarum inſtrumenta ſolere aſſeruari: vt dum feriantur cruciatus, tormentorum imaginibus oblectentur. Legant, & erudiant oculos ad immanitatem.

ART. XIV.

Dum de Luſitaniâ deliberando, tempus trahitur, fatalis ſibi Hiſpanus cunctator fuit. Quandiu ab Hollandico bello ceſſatum, bellum eſſe

Ha ſido fatalidad, andar ſiempre eſperando

mejor tiempo para attender a lo de Portugal.

occaſionem optimi quique Conſiliarij monuerunt. Nec ego deſtiti vrgere, quòd ex inſito gentis in nos odio, & ingenitâ perfidiâ, quò eſſet ſimulata iſta patientia eruptura, præuidebam. Ac in id vehementiùs incubui, cùm anno ipſo 1638. propè defectioni, rem Luſitanam eſſe intellexi.

ANTIL. XIV.

Danda non eſt fato, Prouidentię occulta vis. Hac quòd aguntur omnia, Toleranda omnis Fortuna ferendo eſt. *Ita Romanis cunctatio ſalutaris, quæ Pœnis fatalis fuit. Hoc diſcrimine res humanæ, dùm verſantur, conſiſtunt. Qui nos ſe odiſſe queruntur, quo nos amore proſequantur, hinc coniice. Pacti cum hoſte inducias, vt in nos illum de integro verterent, inepto conſilio. Vbi de rebellione conſtabat, bello abſtinere; vbi erat ſuſpicio, bellum inferre. Quò & illi otio vires ſumerent, & hi odio acuerent iras. Fata canit hic Aruſpex. Quidni? Et Caïphas cecinit. Feralis vterque: At Caïphas alienam mortem in commune bonum prædixit. Noſter hic ſuam cum noſtra ſalute cladem præcepit. Quę nobis obiicit, mera calumniæ. Nec odio, nec perfidiâ commouemur. Odium, amor in patriam; fides in Regem, perfidiam excludit. Monuiſſe eum credo, ſed non mouiſſe quemquam ſcio. Anno nos illo libertas inertes reſpexit. Impulimus molem ſeruitutis, & pares nos oneri ſenſimus; Excuſſimus.*

ART. XV.

En el que corria la tregua de Flandes, lo acordaron los mayores Miniſtros, y yo lleuado ſiempre del mal affecto de los Portugueſes, y de ſu peruerſa voluntad y pronoſticando ſu infidelidad preſente, acordé a los primeros Miniſtros de V. Mageſtad, el año de 38. no ſe deuia perder punto en aſſegurar con armas aquel Reyno.

Eò nos fatum, & fortuna noſtra deduxit, vt timore præpediti, arma non expediremus, quibus ſecretæ rebellionis fibræ præciderentur. Quæ cum erupit, attonitos magnitudine ſuâ deterruit. Nec enim maior accidere poſſet, ſi arma in Luſitaniam intuliſſemus. Sedentes nos & morantes occupauit, quę bellantibus fortè non accidiſſet.

ANTIL. XV.

Apagè ſis Fatum, infœlicitatem. Chriſtianè loquatur. Quòd præuiderint, quòd timuerint, quòd non præcauerint, non vident; hac altioris, quàm humani, eſſe Conſilij? Cede Deo, quiſquis refractarius obſiſtis. Illa illa cunctatio, Dei vetantis erat repreſſio. Illa noſtrûm ad vendicandam patriam conſpiratio, Dei impulſio fuit. Diſtuliſſe tandiu rem; haud temerè fuit. Diſſimulandum erat, ne ſi properatum eſſet; offenderetur. Intenti in occaſionem excubuimus; quæ opportunè ſe obtulit, eam arripuimus. Si bellum ingrueret, citiùs iugum excuteremus.

ART. XVI.

Quiſo la infelicidad, que por temer nueuas alteraciones ſe hizieſſe con la demora camino

Vt ſibi vim ad ſimulandum facerent Luſitani, non potuerunt inſitum à natura in Caſtellanos odium, quin ſe proderet, continere. Hoc tantùm inter eos diſcrimine, quòd qui nobis ſpeciem fidei obijciebant, ij joco eadem, quæ alij ſeriò jactabant.

ANTIL. XVII.

Odiſſe omnes Caſtellam, iuſti odii argumentum fuit. Nempe cum odio cauſæ ad omnes tranſierunt. Ergo,ne defeciſſe omnes miretur. Nec odium cauſetur, cauſam incuſet. Quòd ſi cùm adhuc partim liberi eramus, ferre dimidiatum iugum non potuimus; quî ad ſeruitutem redacti,integrum ſuſtinere poſſemus? Ita comparati Luſitani ſumus, vt totam libertatem ſuſtinere, ſeruitutem ne ex parte quidem ferre poſſimus. Iactari à nobis per luſum multa in Caſtellanos, id fieri fas fuit, quòd ijs calamitates noſtræ ludibrio fuerunt.

a vna rebelion, que ia mas ſe pudiera eſperar tan grande, quando con mayor violencia ſe executaſſe en aquel Reyno aquel gouierno, y forma que conueniaa la Monarchia, y que ſiempre ſe tuuo por neceſſaria para la conſeruacion de aquella Corona.

ART. XVIII.

Prima illa Portugallenſium iam inde à primis temporibus, à Rege Hiſpano, Hiſpaniæque Regno continuata defectio, illi quæ Ieroboamo Rege contigit, gemina prorſus extitit: nec minus quæ recens aduerſus Maieſtatem V. rebellio facta eſt: nam quemadmodum apud Iudæos populus, ſeruum Regem inſtituit, desertâ Regiâ Dauidis ſobole, ita & Luſitana gens priuato homini Regnum detulit; ex quo eſt Regni Iudaïci ruina conſecuta.

La primera rebelion con que los Portugueſes con ſu principe ſe ſeparaton de los de mas Reynos de V. Mageſtad ha ſido bien conforme a la que hizieron las diez Tribus con ſu impio Rey Ieroboan, que rebelandoſe de la caſa de Dauid Rey, y Senoc ſuyo tomarõ aun rebelde vaſſallo de que ſe ſiguio la ruyna del Reyno de Iuda elegido por Dios, como V. Mageſtad lo es de Eſpaña.

ANTIL. XVIII.

Quo iure rebellionem vocas, quæ à Deo eſt diſceſsio à Rege Ieroboamo, præcepta? Num rebellaret populus aduerſus ſupremum numen, vt Roboamo adhæreret? Aut quî defectio noſtra eſſe potuit, quam Summi Pontifices vix dum factam probarunt? Innocentius II. Alexander III. An non Reges habendi, quos vniuerſus Orbis agnouit? Quorum ſe liberis potentiſsimi quique Europę Principes matrimonio iunxerunt? Cui D. Bernardus patrocinatus eſt, eam rebellionem putas? Premo. Si vtraque diſceſsio à Caſtellanis Regibus, ſimilis Hebraicæ à Ieroboamo fuit: næ, vtraque Dei mandatu ſuſcepta & effecta. Qua fronte audet Regi Alphonſo Henricio, Religionis columnę, Eccleſiæ clypeo, hoſtium terrori, ciuium amori, viuo trophæo; lauro animatæ; aceruo triumphorum, cumulo palmarum, Ieroboamum ſola impietate famoſum conferre? Quàm ineruditos in Scriptura oculos habet, qui ex eo Regnum Iudę ruinam traxiſse affirmat, cùm vt aliqua id parte diminutum ſit, certè non corruerit.

ART. XIX.

Euerſus eſt ab illis rebellibus florentiſsimi Regni ſtatus, Religio deſerta, iura conculcata, quibus nempe, auaritia pietatem excuſsit. Hæc, & alia atrociora iam tum Luſitani patrarunt, nunc eâdem veſaniâ patrant. Ac vt eam ſemel impietatem conceperunt, non verebuntur, ſi è re fuerit, Deum priuatis commodis poſthabere.

Turbaron aquellos rebeldes el cõmon gouierno, y deſtruyerõ la Religion, y dexaron a Dios por intereſſes propios. Lo miſmo hizieron, y executan oy los Portugueſes rebeldes. Y aoſi como ſe apartaron de ſu verda-

ANTIL. XIX.

Nec illi rebelles, nec ſeditionis authores. Præcepto Dei paruerunt, à quo Regnum ſciſſum, ſectuſque populus. Quòd Religionem eiurarint, idoliſque litauerint, id poſteà Regis impietate factum eſt, quem cęca mentis emotæ libido adegit, vt in vitulos aureos

dero Rey abominaran a Dios, y a ſu ley ſi para ſu conſeruacion fueſſe neceſſario.

ferrea ſuperſtitione impingeret. Populo ſe Regis, vt fit, ad exempla à formante: vti ad Achazii, Ammonis, Manaſsis, ipſi ſe, quos laudat, Iudaici Regni ciues, peruerſos mores finxerunt. Adeòne periit frons de rebus, vt Luſitanis egregiè piis, impenſè Religioſis, impietatis notam audeat inurere? Deſertores ne Religionis ſunt, qui eam in exteras gentes peregrinando detulerunt: qui eam ſæpe ne desererent, vitam profuderunt? Qui, vt Neophyti in fide continerentur, venas laxarunt, & ſanguinem miſerunt. Perturbatoreſne pacis extiterunt, qui rem tantam, tam breui, nullo tumultu, nulla turbâ, ſummo ſilentio, niſi quod plauſus abſtulit, media luce Oliſipone patrarunt? Adeo vt ſuſcepti negotii magnitudini, tam facilis confectio detraxerit; quòd videri potuit ibi parum gloriæ eſſe, vbi periculum non fuiſſet.

ART. XX.

Vana es, Señor, la opinion que entre naciones rudas tienen Portugueſes de Religioſos por las cõuerſiones Oriẽtales. Aquellas cõquiſtas las emprendio la codicia, no la Religiõ. Las conuerſiones ſe hizieron por obra Diuina y charidad de perſonas Religioſas particulares. El commun, y direccion de la Corona atendio a depredar Reynos, y Ciudades.

Iniqui prorſus rerum æſtimatores ſunt, qui ob propagatam apud Indos Catholicam fidem, Luſitanos, Religioſos putant. Falluntur opinione. Nam quòd noua maria aperuerint, incognitas regiones explorauerint, alios ab orbe noſtro diuiſos populos extulerint, non Religione, ſed auri cupiditate fecerunt. Qui ibi animarum prouentus extiterunt, ij paucorum, id eſt, Religioſorum hominum operâ collecti: cæteris interim in diripiendis, expilandiſque vrbibus, & regnis occupatis.

ANTIL. XX.

Dum ob tam inſignem iniuriam Authori, grauiter impudenti, omnes pene ſcriptores dicant; nec enim minus iis de fide detrahit, quam Luſitanis de exiſtimatione. Iam ea Hiſtoricis cura fuit. Fidei publicæ cauſa agitur, cùm hæc Luſitanorum agitur. Totam tu, quanta eſt, Orbis vniuerſitatem peragrato: multa vbique Luſitanicæ pietatis ſigna expreſſa inuenies, nullum vſpiam reperies, vel leuiter impreſſum cupiditatis veſtigium. Puram apud Luſitanos fidem, manus ſunt puræ comitatæ. Fefellit fortaſſe hominem Caſtellanum propriæ imago cupiditatis. Deluſerunt oculos ſuę apud Indos gentis turpiſsima, & horrore plena facinora. Impoſuit nobis ſua illa auaritia, immanitatiſque portenta. Deſignet quæſo cogitatione miſerabiles illas Mote, zumæ, Huaſcaris, Amaruci, Atabalipæ tragœdias, quorum ex hauſtis theſauris ſanguinem hauſerunt.

ART. XXI.

Alli auia mas dilatadas conuerſiones a donde auia mas que hartar la codicia; y alla eran hombres obſtinados, donde no auia que robar.

Ibi vberrimi ſalutis prouentus, vbi auri ſeges votis reſpondebat: ibi cultus animarum nullus, vbi vſuræ ſpes deficeret. Aurum fidei facem lucebat.

ANTIL. XXI.

O *turpe mendacium*! Hoc *auſum quemquam, qui ſit ſanus, effutire*! *Prouoco ad Mazacares, Malabarium, Morum, Æthiopiam, Iapponiam, vbi non aureæ ſegetes, Luſitanorum auaritiam, ſed purpureæ, martyria teſtantur.*

ART. XXII.

Reddita Hiſpaniæ,vnde exciderat, Luſitaniâ, cùm Majeſtas Veſtra Indicum, ſtudio reducendi ad Eccleſiam hereticos, bellum intermiſiſſet: à Luſitanis item eſt religioſa animorum expeditio omiſſa; quique antea armati fidem promouerant, togati ne latum quidem vnguem protulerunt. Ex quo apparet non tam ſtudio Religionis propagandæ, quàm cupiditatis explendæ arma iis gentibus intuliſſe, nam vbi opportuniùs prædicari Euangelium pacis potuit, quàm vbi pax aurea blandiebatur, & nullus armorum ſonitus obſtrepebat.

Deſpues de la vnion de las coronas, que V. Mageſtad por mantener, y dilatar la fee de Europa dexo en paz las Prouincias Orientales, ceſſaron tambien los Portugueſes de hablar en nueuas conuerſiones y annunciandoſe el Euangelio cõ la eſpada de la fee, y no con exercitos, de lo qual ſe colige qoe la guerra alli era ſolo el interes, y la Religioo pretexdo. Porque quãdo tenia mayor lugar la predicacion, que quando ſe hazia ſin fuerça, ni eſtruendo militar.

ANTIL. XXII.

Peregrinatur in domeſticis rebus egregius ſcriptor. Vbi gentium erat cum hæc ſcripſit? Inducias (nec enim pax illa) hac lege cum hoſtibus pactus eſt Rex Caſtellæ, vt bellum nobiſcũ apud Indos, & vltra Æquatorem eſſet, apud noſtrates & intra Æquatorem ne eſſet: iniqua certe pactione, ſed ita tamẽ in perniciem noſtram facta, vt vbi pares aut ſuperiores eramus, ſederemus; vbi impares & inferiores, bellaremus. En quos habuimus cuſtodes imperii. Apud ſcriptores alios vera veris, apud hunc mendacia mendaciis vinciuntur. Abſtinuiſſe Indico bello, ſtudium reducendi hæreticos fuit? Intuliſſe in Hollandiam bellum, verum reducendi hæreticos ſtudium foret? Hîc eos habere pacificè, inferendi arma in Indiam occaſio fuit. Hîc ſumebant vires, vt ibi fortius bellarent; quin & prætextu belli, errores apud Indos ſuos diſſeminarunt. Noſtri iis hîc nullo ad ſalutem adiumento: ii Catholicis, in India noſtris perniciei fuerunt. Prudentiores eos hîc, impudentiores iſthic effecimus. Cæteris reſpondere non laboro, cum quàm negligentes curæ animarum Caſtellani fuerint, vel ex hoc argumento appareat; quòd ſæpe in conſiliis apud Regem, Madriti, agitatum eſt, vt Indicis prorſus rebus abſtineremus, & quæ ibi noſtra erant, libera omnia hoſtibus Fidei relinqueremus; perinde ac patrimonio Chriſti renuntiare poſſemus. Et ſanè viciſſet Caſtellanorum ſententia, niſi Luſitana pietas interceſſiſſet.

ART. XXIII.

Hæc liquidò, commonſtrant: præter cupiditatem; non aliam Luſitanis ſalutis animarum procurandæ cauſam fuiſſe, nec patere cæli aditum iis, qui pulſantes ingeminant *Domine aperi nobis.*

Pero vno, y otro mueſtra, que ceſſa la Religioo, quando no ſe ſigue la codicia, y que no entran en el Cielo todos los que dizen. *Senor abrid-nos.*

ANTIL. XXIII.

Hîc ſomniat, nec quid ſibi velit, opinor, videt. Putat ſe demonſtraſſe aliquid, cùm omnia tenebris inuoluerit, & fumum pro luce vendiderit, nam quod addit, putidum eſt & ineptum. Quorſum enim iſtud? Aut quare? Cum Luſitanis nec fides, nec quæ fidem charitas format, vnquam defuerit. Oleum hîc & operam author perdidit.

ART. XXIV.

Todo eſto digo, ſeñor, en obſeruacion de lo mucho que ſe arrieſga la fee en aquella generació rebelada; porque ſe haran Turcos, ſi para conſeruarſe deſobedientes a V. Mageſtad le fuere de vtilidad, lo que tanto mas obliga a recuperarles.

Et hæc Majeſtati veſtræ expono, vt compertum ſit, quàm propè periculo deuiandi à Fide, Luſitani ſint. Quantum enim cogitando aſſequi poſſum, rantum noſtri eos odium cepit, vt mihi perſuadeam, citius Mahometum ſecuturos, quam noſtrum imperium ſubituros. Quare danda eſt opera, vt in noſtram iterum poteſtatem veniant.

ANTIL. XXIV.

Non video quî iſta cohæreant. Poſtquam de cupiditate & auaritia multa finxit, deinde ad impietatem deuenit; niſi fortè, quòd eſt auaritia ſimulachrorum ſeruitus, deſertores nos Catholicæ Religionis fore coniecit. Sed vt id ne velit, ego ratiocinando efficio. Quare nos potius ad Turcas, quam ad alios Barbaros defecturos putat? Forte quòd prope abeſt à Turcâ ferox Caſtellanus. Homini laqueum iniicio. Si ſtudio vitandæ ſeruitutis ad Turcas defecturos nos eſſe, ſibi perſuadet, qua nos conſcientia in eam compellere molitur?

ART. XXV.

Y quanto a eſte particular ſe offrecen muchos, y varios medios. El primero es el que vſo ſu Aguelo de V. Mageſtad, para cõprar ſu iuſticia, cõprãdola a los miniſtros vaſſallos cõ dones, y promeſſas, No ſiẽdo V. Mageſtad menos prodigo en vno, y otro, que ſeran los Portugueſes en proponer, y pedir.

Age verò ad rem propiùs veniamus, & qua eos ratione in ditionem noſtram redigamus, agitemus. Primum id quod olim Philippus II. auus tuus effecit, præſta. Ius tuum auro redimas, animos pollicitationibus, donis expugnes, tamque in offerendo & donando ſis profuſus, quàm ij eruntad petendum audaces, & ad accipiendum auidi.

ANTIL. XXV.

Papę. Hæc ipſiſſima eſt Machiauelli doctrina. Vererer de alieno Principe iſta proferre: hunc de ſuo iactare non pudet; ſed non occulit quod palam eſt. Ius Philipporum in auro fuit. Philippine, an Philippæi regnarunt? Aliàs Tyranni clamant: Ius eſt in armis. *Philippi inclamant.* Ius eſt in auro. *Illi Imperatorum more, hi mercatorum. Iuſtitiam nemo Luſitanis vendit. Caſtellani oblata, & inlato pretio ad venditionem ſolicitant. Luſitanos nunc primùm audio ad petendum audaces, ad accipiendum promptos. Sed author id moris habet, vt alienas virtutes ſuis affingat, & gentis ſuę vitia impingat alienis. Candidè dico. Id ſemper inaudij. Luſitanos verecundos in poſtulando, modeſtos in recipiendo; Caſtellanos ad petendum inuerecundos, ad accipiendum pronos eſſe.*

Y ſe hara mas con ellos por eſte camino, que con poderoſos exercitos Y la experiencia nos ha moſtrado, que no ay mas poderoſo affecto, cõ eſta nacion, que el intereſſe, y que con el no ay coſa ninguna con ella difficultoſa, y que alla perdera la obediencia, donde mas ſe diere, y eſperare.

ART. XXVI.

Mirum quanta auri apud Luſitanos vis ſit. Armis non cedunt, auro ſuccumbunt. Nulli intemperantiùs affectui indulgent, quam cupiditati: Hâc ingruendum, quicquid ab iis extorquere velis, ac non poſſis, auro elicias. Current, liberi qui eſſe & videri volunt, ad recipiendum iugum, ſi aureum ſit. Vis illis vincula inijcere, deaura.

ANTIL. XXVI.

Minor eſt auri apud Luſitanos, quàm fidei vis. Venalis eorum virtus non eſt. Alitur aurâ populari Luſitanus, & gloria Sanguine litat. Emantur ab iis pericula, & amantur, quòd inde gloriæ ſeges exiſtit; nec ferro vincuntur, nec auro expugnantur. Fabricios multos inuenias, qui nec Elephantis terreantur, nec opibus capiantur. Belligerarunt in ditiſſimis Regionibus: nec minùs de hoſtium ferocia, quàm de regionum opulentia triumpharunt. Victores Cannas vbique, Capuam nuſquam experti. Conſtantes in dimicando pedes; fugaces in capiendo manus habuerunt. Quid? Quod Caſtellani opibus carent, quas obijciant. Si quid expromant, de noſtro erit penu eruendum; vſuram citra periculum exigunt.

ART. XXVII.

Magnificè donare, Baſilicè promittere Rex noſter non grauetur. Pecunias apud illos, & locat & fœnerat: quæ profundat, eòdem redibunt, vnde fluxerunt. Nam cum intra Luſitaniam maneant quæ donat, cum eâdem recuperatâ Luſitaniâ reddentur. Ac vti regnum vendere non potuerunt, ita nec pretium retinere poterunt.

Y tanto mas ſe deue reparar en la profuſion quãto en la realidad no es diſpendio, porque boluiendo Portugal a la obediencia de V. Mageſtad, buel uen tambien los theſoros diſtribuydos y aſsina como ellos no podian vender a V. Mageſtad, boluera a ſer dueño de lo diſtribuido, y de todo lo demas.

ANTIL. XXVII.

Dolo malo agunt Caſtellani. Omnibus nobis modis imponunt. Promittendo fallunt, donando fraudant. Auaritiæ & ambitioni iuxtà ſeruiunt. Regna ſubigere, vt opes colligant: opes impendere, vt Regna occupent, Hiſpanicæ artes ſunt. Per gradus à cupiditate ad ambitionem, & contrà itur. Fœnebre imperium, in quo lucrum turpiter dominatur; adeò, vt ne glorioſè quidem ſciant imperare. Si Luſitanis vendere non licuit, cur Caſtellanis fas fuit? At hi leges ad arbitrium ſuum fingunt, vti Orbem nutu volunt temperare.

ART. XXVIII.

Id certiore compendio fiet, ſi quàm primùm de regno vindicando deliberes. Vindicato: eam imperandi rationem ineas, vt deductis ex Regno in Caſtellam, & è Caſtella in Regnum Colonijs, ſublato diſcrimine, in vnum corpus omnes coëamus. Quo tandem modo fiet, vt vnum idemque è duobus regnum confletur, quod hactenus obtineri non potuit.

Y con tanta mayor ſegundad quanta ſera la cõ que V. Mageſtad diſpondra el gouierno de aquel Reyno vna vez conquiſtado. Y entonces ſe podrà llamar verdaderamente vnido el cuerpo de la Monarchia, ſi V. Mageſtad con nueuas Colonias, y vaſſallos cultiuare, y habitare aquella tierra embiando en cõtracãbio habitar ſus Reynos, y Prouincias la nobleza, y pueblo de aquel Reyno.

ANTIL. XXVIII.

Quam ſtudet hoſtis compendio? Priuilegia, munimenta iuris, nihil moratur. Strata legibus viâ ad lucrum vadit. Euertendi Regni hæc vna ratio eſt. Sunt quæ melius ſeparata conſiſtant. Elementa, ſi pura citra mixtionem eſſent, eſſe non deſinerent. Duo iſta regna olim coniungi non potuerunt, nec hodie poterunt, propter diſſimiles repugnantesque naturas; quòd ſi poſſent, breui malè conſarta diſsilirent.

ART. XXIX.

Que ſi anſina ſe viniera executado, como, V Mageſtad, y ſu Padre, y Aguelo en tantos conſejos tenian eſtablecido no ſe viniera a la fatalidad preſente, y fueran oy todos Caſtellanos y no vuiera ſeparacion de lengua, y gouierno, ſiendo todo cõmun, como lo es oy la fee, y la Monarchia.

Si diſcrimen illud Caſtellanæ, Luſitanæ que gentis tolleretur, & vno omnes ordine cenſerentur; quod toties ab Auo & Parente decretum, & ſtatutum fuerat, næ iſtud nos fatum gementes non obrueret: omnium que idem eſſet, & animorum habitus, & armorum; & linguæ morumque communio. Nam vti omnium vna fides, & vna ex vtraque Monarchia: ita omnum vnicus, ſenſus eſſe deberet.

ANTIL. XXIX.

Coniungi Luſitanos Hiſpanis, non ſperent niſi amentes. Quæ Deus diuiſit, nemo coniunget. Citra Alpium, & Pyrenæorum ſcrupea diſcrimina, Caſtellam & Portugalliam Deus Opt. Max diſſociauit, mutuo vtriuſque gentis odio, quo animi maximè diſſociantur, nec vnquam coibunt. En iterum fatum obtrudit, nec ceſſat refractariorum more Dei conſiliis reſiſtere. Quid enim contra fulminantis Dei ſententiam poſsint ruentes? Eò nos melius tuebimur, quò longiùs à Caſtellanis ſenſu, lingua, & habitu diſiti erimus. Nam quod affert de vnica fide & Monarchia abs re eſt. In ſacris quod vnum eſt preſtat; in profanis, quod aptiùs diuiſum & rectiùs adminiſtratum. Ecquis non audijt, vnus Deus, vna fides, vnum Baptiſma. *Cuius aures vox iſta perculit?* Vnus princeps? *Niſi fortè Hiſpanus vniuerſi Orbis imperium affectat.*

ART. XXX.

El 2. remedio es por armas mas difficil por la dilatacion de la Monarchia.

Secundum, quod ſuadeam hoc eſt, Bellum inferre, armis ſubigere, ferro domare; quamquam non exiſtimem vim profecturam: nec enim tam diffuſæ, tamque diſſipatæ per hanc vniuerſitatem vires, colligi poterunt ad domandum.

ANTIL. XXX.

Omnia ante arma tentauit, vidit nihil procedere; tandem aduocat. Sed vix dum cepit animo belli ſpeciem, cùm eam metus de viribus noſtris conceptus deleuit, inanemque fiduciam prodidit. Ineptè cauſatur imperii latitudinem; imbecillitatem virium, inopiam, egeſtatem, miſeriam excuſare debuiſſet. Hanc veram & iuſtam eſſe cauſam, nos vincendo, illi cadendo aſsiduè experimur. Cuilibet Caſtellano Luſitanus quilibet Herculem repreſentat. Domitum iri nos à ſe deſperant; vt à nobis domentur, timent.

ART. XXXI.

Yo Senor ſupõgo que Portugal conquiſtado por armas han de quedar las conquiſtas en manos

Id mihi primùm vendico, Luſitaniâ armis recuperatâ fore vt ſolum vertant, & in tranſmarinas, quibus præſunt regiones ſe conferant, ibique domicilia figant, & odio in rabiem verſo ſe, ſuaque hoſtibus perfidis permittante ne quid in tuam redeat poteſtatem. Itaque Republica fuerit

rit bello intermiſſo, inducias cum hoſtibus paciſci; eâ lege vt expeditione contra Luſitanos ſuſceptâ eorum arces, oppidaque occupent, & quidquid vi ceperint, iure habeant.

de aquella gente rabioſa, y que de alli paſſara la mayor parte a los enemigos de V. Mageſtad, y con eſta ſupoſition verdadera tuuiera por conueniente, que V. Mageſtad hiziera vna tregua con Olandeſes, con condicion que hagan la guerra en las conquiſtas de Portugal, y ſe queden con lo que conquiſtaren.

ANTIL. XXXI.

Tam à ſe facile deſciſcit! Nunc ſibi perſuadet in exilium ituros: quos translatum iri in Caſtellam crediderat. Si tranſmarina tueri poſſunt noſtri, cur vicina & domeſtica dimittant? Longiùs poſiti Caſtellanos arcebunt: hic domi ſuæ armati eos è ſuis finibus non expellent? Pares Caſtellanis vbique, & iuſti hoſtes aliorum ope non egemus. Quòd cùm iis incamus ſocietatem, cauſa cogit communis, non priuata. Quòd belli cum Hollandis intermiſſio fiat. Id certè ab Hollandis impetrandum, quibus vtilius bellum, quam pax eſt. Nec illis poteſtas à Rege Caſtellæ facienda eſt, occupandi quæ velint, cùm ij belli ſibi, paciſque arbitrium arrogent: imò iſ ſunt à Caſtellano Rege rogandi: arma compeſcant, ne vlteriùs ire oppugnando velint.

ART. XXXII.

Quò fiet, vt Luſitania reditibus, qui ex tranſmarinis negotiationibus proueniunt, deſtituta, bellum ne in biennium quidem trahere poſſit; & Maieſtati tuæ longè expeditius erit in Luſitaniam irrumpere, & armis vindicare. Hollandis vèro ea tantùm dimittantur, quæ rebelles Luſitani paulò poſt libenter permittent. Quod ſanè ſeriò, & maioribus curis expendi oportet.

De que reſultara que à Portugal le falten los intereſſes de ſus conquiſtas, ſin lo qual no puede hazer dos años la guerra, y V. Mageſtad, para hazerſela que dara mas deſembarazado, ſerà la conquiſta mas breue, y Olandeſes vienen a recebir de mano de V. Mageſtad lo miſmo que mañana les han de conceder los miſmos rebeldes. Y es punto eſte muy conſiderable, y que conuiene ſer ponderado.

ANTIL. XXXII.

Vaticinatur. At qui diuinat futura, quem præterita & recentia fefellerunt. Quintus eſt annus, quàm Rex noſter Regnum poſtliminiò recepit, exhauſtum viris, opibuſque; & vi à Caſtellanis oppreſſum: nec tamen ſumptus, ad bellum, non arcendum modo, ſed inferendum defecerunt. Bonus hic Author de biennio dubitat, cum de quinquennio conſtet. Togatus hic eſt, veniam damus. Neſcis, quantùm Luſitanus quiſque in clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam. *Militares ſuos, viros roget, ac ex pallore, quàm ſint Luſitani fortes, intelliget. Sin campos circum Eluenſes adeat, adhuc hoſtium cruore fumantes, & ſemiſepulta Caſtellanorum cadauera, teſtimonium Luſitanæ virtutis reddent. Quòd ſuadet Hollandis dimitti, quæ ipſi Caſtellani nec poſſident, nec tuentur; cui quæſo riſum non moueat?*

ART. XXXIII.

Quid ſi Hollandicæ claſſes, ac Dunquerquenſes oram maritimam Luſitaniæ legant, & maria vicina infeſtent, ac oppida mari proxima diripiant: & Angli magnis præmiis ad frequentiorem nauigationem conſtituendam, ad ornatiores claſſes parandas, ad obſidenda Orientis emporia, & intercipienda Luſitanorum commercia inuitentur?

Pudieran al miſmo tiempo correr iuntamente la marina de Portugal las naues de Olanda, y Dunquer-

que, y inuitar Ingleſes a mas frequentes nauegaciones à la China, y India Oriental, con que es perdido todo quanto ſacan de alli los Portugueſes.

ANTIL. XXXIII.

Hoc ne Catholicorum fuerit, Hollandos (vt Caſtellani aiunt) perfidos, proditores, & Dunquerquenſes in nos armare? Quæ tantoperè arma execrantur, in Catholicos conuerti volunt? Iſtud peierantis eſt; illud ſomniantis. Dunquerquenſes repentè conciliare Hollandis, inimiciſsimos inter ſe populos in noſtram perniciem coniungere, perinde quaſi aut coïre poſſent, aut ſupereſſent, qui coïrent? Tam inſcius rerum humanarum eſt, vt ignoret Dunquerquios Grauelinis captis periſſe. Anglis nec tantum domi otij eſt, vt nouas expeditiones ſuſcipiant, nec tantum opus eſt virum, vt in longinqua, & aliena inſumant; nec vetus inter nos, & illos neceſsitudo, timere ab ijs quicquam patietur. Hæc ante captam Dunquerquam, tum Author, tum ego ſcripſeram. Nunc cum edo: Durquerqua noſtrarum partium eſt: quòd Gallici iuris eſt.

ART. XXXIV.

Lo tercero ſe deue impetrar del Papa vſe de las cenſuras Ecleſiaſticas contra Berganza, como tambien contra el Reyno como perjuros, y perturbadores de la paz.

Tertium quòd & caput eſt. Exorandus ſummus Pontifex: vt rubente dexterâ Eccleſiaſtica fulmina in Brigantiam, rebelleſque Brigantinos, & regnum totum iaculetur, ac dicto in peruerſos anathemate, omnibus ſalutis ſubſidijs interdicat.

ANTIL. XXXIV.

Hic ego Ius appellem, Iniuriam querar. Audaciam mirer. Hæccine feriendi anathemate cauſa eſt? Ademptum ſibi regnum recuperare, populis cogentibus cedere, labanti Regno ſubuenire, Religionem afflictam recreare, iniquam ſeruitutem depellere, aris honorem, legibus vim, Magiſtratibus dignitatem, Reipubl. ornamentum afferre? Inſidiatur innocentiæ Innocentij Pontificis, qui hanc ei materiem nocēdi quærit. Detrahit de famâ doctrinæ, qui credit Regem noſtrum, Regnūque anathemate ab eo percuſſum iri. Dum Regem noſtrum Brigantiam, noſque Brigantinos appellat, iuris nos Regii monuit, in Brigantino ſanguine conſtitui. Periurii nos accuſare non debent, qui in nos periuriſsimi extiterunt.

ART. XXXV.

Conuocando los Principes Chriſtianos para la conquiſta, como caoſa de la fé ſi bien por el eſtado preſente de Europa poco ſe hara pero ayudaria harto, que en los Rey-

Operæ item pretium foret, bellum quaſi ſacrum Luſitanis indicere; ad illudque Catholicos omnes populos palàm concitare. Et ſi verò, qui ſtatus eſt rerum, minùs hoc proceſſurum ſit, non tamen nihil ſanè proficiet, Parochis, Concionatoribus, Epiſcopis præcipere, vt priuatis ac publicis colloquijs, creditos ſibi populos ad huiuſmodi expeditionem, quaſi ſacram, hortentur. Ac imprimis Imperatori Auſtriaco huiuſmodi Prouincia imponenda, vt ſuorum operâ totam Germaniam commoueat.

ANTIL. XXXV.

Ante paucas lineas hæreticos ad inferendum nobis bellum inuitarat: nunc Catholicos inuitat. Cuias ſit? dixerit. Par pari relatum. Dixerat Nos ne Caſtellanis ſeruiremus, à Deo ad Mahometum defecturos? Nunc ille, vt ſeruire nos cogat Caſtellanis, ad Hęreticos trāſire non dubitat. Sed forte Fidem eiurauimus, & à Chriſto deſciuimus quippe bellum huiuſmodi ſacrum vocat. Quanti Regem ſuum facit! Ergo ne cùm ab illo diſceſſimus, à Deo quoque receſſimus? Præſtaret fœdus nobiſcum icere, eis neceſſarium, vtile nobis, Chriſtianæ Reipubl. ſalutare; & coniunctis animis, collatis opibus arma in Turcas, Hæreticoſque conuertere. Iam quòd Imperatorem ad ſocietatem armorum vult pertrahere, non poſſum non dolere: qui ſciam, tam in arcto eſſe, vt vix ſit Princeps eo calamitoſior. Ac ne calamitoſiſſimum dicam, vnus obſtat Caſtellæ Rex, quem magnum calamitates fecerunt.

nos de V. Mageſtaſt los Obiſpos, Parochos, y Predicadores exhorten a los pueblos para eſta guerra, como cauſa de la fè: y la frequencia, y affecto con que ſe hiziere hara mocho fruto. Y el Emperador podiera hazer lo miſmo en Alemaña, en las Prouincias Catholicas.

ART. XXXVI.

Haud parum proficeret, opinor, diſcordias inter Ducem, ciueſque ſerere, diſſidia & diſſenſiones fouere: nec enim deerit materies odiorum, operam in id dante mercatorum & negotiatorum externorum, quæ iſthîc maxima eſt, turbâ. Atque vt res procedat, obtentu Gallici nominis, cui maximè genti fidunt, vtendum. Hæc ſpecies Belgis, Burgundiſque imponenda; quò certiùs inſidiari poſſint. Eò præcipuè cura intendenda, vt populus à Duce abalienetur, ad idque occaſiones mouendæ, quæ ſuſpectos illi populos, ac eum populis inuiſum faciant. Quò fiet, vt aduerſus eum plebs inſurgat, ac ei tandem, eiuſque familiæ necem machinetur. His aditus ad eius perniciem difficili negotio exitum dabit.

Podieranſe fomentar con gran calor deſconfianças entre el Duque, y el Reyno anſina por los medios que V. Mageſtad tendra aun alli: como por via de mercantes, y contratantes foraſteros con titulo de Franceſes. Pueden alli tratar Flamencos, y Borgoñones, y para hazer el pueblo, y nobleza diffidentes del Duque ſe podiera aparente mente mouer con el algun tratado, y introduzirlo en el Reyno, que ſi eſto ſe diuulgare los miſmos que le toman por cabeca de la rebelion le mataran a el, y a toda la familia. Y en tal caſo las intrinſecas diſcordias, y diuiſiones abriran camino à la iuſticia de V. Mageſtad.

ANTIL. XXXVI.

Tentatum hoc, nec ſemel: ac ne hilum quidem profectum. Amor, qui cuſtos eſt Principum, Regem ſeruauit. Diu eſt, quòd in corda receptus, viuit vitam omnium, nec tolli alienis inſidijs, nec domeſticâ fraude timet. Quid mercatores ſuſpectos vult reddere? Omnia vendunt, emúntque præter fidem. Gallicum nomen, quod maximè fidum eſt, ne obtentui quidem proditioni eſſe poterit. Non eſt apta huic perfidiæ ſcena, tanta perſona. Belgę, Burgundique, nomine tantùm à Luſitanis differunt; re, amore, ſenſu conueniunt. Offenſiones inter Regem & populum vt cieant, argumenta deſunt, deeruntque in mutua concordiâ. Pax domi eſt, nec turbabit. Foris omne bellum, quo vincimus. Necem, quam Regi noſtro, Regiæque familiæ machinatur, cælum in eundem priùs conuertat. Qui rimas diſcordię facit, quâ ſe inferat; latrocinium meditatur.

ART. XXXVII.

Señor los grãdes males no tienen ſino grãdes remedios. Es neceſſarió el hierro para preuenir males mortales. No ſe pueden apuntar a V. Mageſtad remedios blandos, quando la apoſtema pide cuchillo, y fuego. Portugal es vn cancro de la Monarchia y ſi del quedare la menor raizha de diſſipar el cuerpo della, V. Mageſtad no dilate el remedio. Es el maior rigor la maior caridad. Es el no tenerla la mayor conoeniencia. El ſepultrar eſta hidra en ſus cenizas el mayor triunfo. La mayor fuerca de la Monarchia, ſera biuir antes ſin eſte brazo quẽ tenerle contra á ſi.

Grauiſſimorum morborum, anceps, & periculoſa curatio eſt; vt immergatur altiùs ferrum, vulnus hoc Luſitanum poſtulat. Lenta remedia, & lenia vis peſtis iam graſſantis eludet. Ferro, igni opus; ne ſerpat. Cancer eſt malignus Luſitaniâ. Hæſit Caſtellę viſceribus, paulatim ſe ſe inſinuabit, & ſi lentiùs agatur, aget radicem; & corpus iſtud Regni corrumpet. Hîc feſtinandum. Parcere perire eſt, morari amando mortem incitat. Quæ pietas videtur, crudelitatis nos accuſat. Præſtat hîc eſſe crudelem. Immanitate proficitur. Tollenda eſt hæc lærna, & in cineres redigenda. Tunc Hiſpanum vigebit imperium, cùm hoc Luſitaniæ membrum abſciderit.

ANTIL. XXXVII.

Quo morbo Hiſpania laborarit, conſtat. Ambitione, auaritiâ, libidine dominandi. Huic occurſum ſectione, abſciſſâ Luſitaniâ. Argumentum in ipſum reuoluo. Si Luſitania, herpis, ſi cancer eſt: omninò præcidendus. Qui igitur trahere & adducere ſtudet, vt corpori adhæreat, quò corrumpat. Luſitania auulſa, nec vitam adimit, nec amittit. Fortaſsis indignatur, quòd ipſa ſponte ſua ceſſerit, nec ferrum, nec ignem experta. Quid? quòd citra ſumptum, citra laborem, compendiò fecit, ei gratulandum. Ne igitur prouocet mortem, dum Gangrænam iſtam, Phagedenamque ſollicitat. Meliùs habebat Caſtella, antequam Luſitaniæ acceſsiſſet. Meliùs Luſitania cum receſsit. Vtrique ſectione conſultum. Si exiſtimat fore, vt vigeat Hiſpania præciſa Luſitaniâ, quid iungi eam ſibi, copularique poſtulat? Quòd eam hydram appellet, nihil moror. Certè nullus apud Caſtellanos Hercules, qui conficiat.

ART. XXXVIII.

Vueſtra Mageſtad no eſperé, ni crea mas de Los Portugueſes de lo que vio en 60. años; no pienſe de perder aquel Pais el odio al dominio, ſino plantado de otra gente, ni de hazer caſo deſta ſino la mezcla con la ſuya. El odio al dominio de V. Mageſtad es heredirario. La naturaleza no ſe vence con beneficios, y ella vedeio tantos como recibio de V. Mageſtad.

Anni ſexaginta, tot Luſitanis imperauimus, abundè Majeſtati veſtrę documenta præbeant, bene de ijs ſperari non poſſe. Inſitum genti in Caſtellanos odium, hæret intimè fibris, neruiſque. Tranſijt in naturam. Quin ipſa tellus odium in viſceribus concipit, & parit. Niſi extrahantur inde, aliòque auehantur, non deponent. Diuidere eos, & ſerere inter noſtros oportet, vt gentile faſtidium exuant. Obſtinata in maleuolentiam natura, beneficijs non cedit. Quæ à te accepit, aduerſus eã ingrata exiſtit. Ira & gratiam omnem, & amorem excuſſit.

ANTIL. XXXVIII.

Diuturna pro ſtudio libertatis ſeruitus, grauiſsima propter iniuriam fuit. Seruitum; at dolenter, & cum reſpectu ad libertatem. Documenta dedimus, natos nos eſſe libertati; non ſeruituti. Si gentile eſt odium, vitioſum non eſt, quòd innatum ſit. Qui ergo deponi poteſt, ſi natura exui non poteſt? Vertamus ſolum, migremus in Caſtellam, certè non exuemus. Tantùm, ſi deſierimus

eſſe Luſitani, ab odio deſiſtemus. Caſtellanorum nobis ſocietas fatalis extitit. Monitiâ noſtris parentibus ſumus, tunc magis liberos, fortunatoſque futuros, cùm minùs Caſtellanis amici ſimus. Amicitiæ obtentu ad imperium obrepunt. Odium nobis aduerſus hoc libidinis venenum, Amuletum eſt. Quòd ſi telluri Luſitanicæ hæc vis ineſt, ipſi Caſtellani, qui huc commigrant, hoc odium imbibent, ſeſeque ipſos oderunt. Quòd grati & beneficiorum memores Luſitani ſumus, nec, vt ait, rependimus: argumento eſt, nos non beneficia, ſed iniurias accepiſſe.

Tanto puede la ingratitud, y la ira.

ART. XXXIX.

Nec ideo tamen Luſitanorum fidei erga Reges detraxero. Extiterunt olim, hodiè que extant non pauci, quos ob ſpectatiſſimam fidem dicere poſſis fidelitatis miracula. Illis ergo non modò non obtrecto; ſed imparem me etiam laudando fateor. Ita enim fideles, iuſtique ciues ſunt comparati, vt ad ſuorum ſe Principum fingant arbitrium, & cuncta ad eorum tum dignitatem, tum vtilitatem referant.

Portogueſes ay que como monſtruos de aquella nacion ſon exemplo de fidelidad, y eſtoy tan lexos de offenderles en eſte eſcrito, que antes sè que me accuſan de diminuto. Porque la fidelidad no vè mas de lo que conuiene al Principe, que es el fin, y gloria del vaſſallo.

ANTIL. XXXIX.

Si eos, qui Ioannis partes ſecuti Luſitaniam cum eo vindicarunt, & in eius hodiè fide perſeuerant, intelligit: rectè miracula & virtutis, & fidelitatis appellat. Si quos temeritas, aut inconſtantia ad Regem Philippum traduxit, qui tamen ſunt quam pauciſſimi; monſtra eos & portenta dixerim. Quippe qui præter naturam, iura & amorem Patriæ peruerterunt, & à ſuorum ſe ciuium ſenſu, ac cœtu diſiunxerunt. Hîc apud nos Rex, & Ciues, & Patria eſt. Nolim tantùm Principibus deferret. Colendi ſunt, amandi, in oculis habendi, ſed tamen Deo, Iuſtitiæ, imo & Patriæ poſthabendi.

ART. XL.

Tam latèius Regium patet, vt nullis circumſcribatur limitibus; ac imprimis ad rebelles & domandos & puniendos omnia iuſta Regibus, ſint ac licita: atque adeo quidquid Majeſtas tua in Luſitanos ſtatuat, quò in poteſtatem redigat, iuſtu ſanè erit, faſque.

El jus de los Reyes, Señor, es muy amplio, y con Prouincias rebeldes no tiene limite y en ſu recuperacion todos es juſto y honeſto à los Principes, y lo ſerà quanto V. Mageſtad diſpuſiere para conquiſtar Portugal, y tanto mas fructiſero à la Monarchia; quanto ſera mayor la breuedad.

XL.

Hæc ad Fidei cenſores pertinent. Ego etſi Theologus, Politici partes ago, ſed Chriſtiani; ideoque offendo, & doctoiſta Catholici homini excidiſſe. Mihi, niſi hæc ad ſacroſanctum illud Concilium deferrem, Religioni eſſet. Itaque defero & depono. Tantùm moneo, ſuos habere Caſtellam Machiauellos.

ART. XLI.

> Aqoe ayudaria mucho vna tregua con Italia, y la miſma platica fuera conueniente en Cataluña, y eſto no cauſara, que Franceſes tomen alli mayores fuerças: antes los Catalanes con la paz libres del tumulto militar boluerian los oios à la inſolencia Franceſa, y ſe fatigaran mas con ella, como tan repugnante a ſu natural, experimentandole en el ocio: y es muy veriſimil que ſe reduzga aquella Prouincia à meior partido, y reconoſca ſu ruina, y miſeria.

Non parùm res noſtræ procederent, ſi belli in Italia, pactis inducijs, ceſſatio fieret; quòd ſi in Catalonia id quoque obtinere poſſimus, conſulrum Reipub. optimè foret. Quò fieret, vt opes Gallicæ iſthic minuerentur, & Catalani infuſâ per otium luce, quantis in tenebris verſarentur, aſpicerent, & Gallorum impotentiam faſtidirent. Quibus inuiti pareant neceſſe eſt; quòd ab eorum ingenijs, moribuſque abhorreant. Nec dubitandum, quin hac ratione Prouincia illa, eò vnde deſciuerat, ſponte redeat.

ANTIL. XLI.

Quas hîc inducias ingerat, non facile agnouerim: fortè cum Gallis, iiſque victoribus paciſcendum. Cedant Mediolano, Neapoli cedant. Vtrumque Gallo reſtituant. En quò tendant Pacis Caſtellanæ ſtudia? ſibi caueant Galli; Inſidioſa Pax eſt, quæ ſpecie pacis bellum molitur. Vires ceſſando reficere volunt, vt fortiùs bellum renouent; inducias Cataloniæ concedunt, & in otio occaſiones diſsidii à Gallis quærunt. Bellum Luſitanis indicunt, vt ſi eos Galli iuuare velint, inter vtrumque populum offenſiones ac ſeditiones exiſtant. Vbi Pax Gallis officit Pacem. Vbi Bellum nocet; Bellum ſuadet. Pergo, aduerſum nos quicquam â Gallis proceſſurum credere, inſignis amentiæ eſt. Quòd ad Cataloniam attinet, ea in fide Galliæ eſt, optimoſque Imperatores ſortita, Caſtellanæ memoriam ſæuitiæ refricat. Illius gentis cum Gallicâ, miram eſſe tum ingenii, tum legum, tum morum, tum linguæ conſenſionem, nemo præter Authorem, ignoret.

ART. XLII.

> Y los Portugueſes viendoſe poderoſamente inueſtir del poder de V. Mageſtad fluctuaran en ſu opinion, y attenderan con mayor calor à boluer partido, o a lo menos ſe abrirà camino a que broten entre ellos diſcordias, y que de vna parte el temor, y de otra las eſperanzas produzgan aquella variedad de opiniones, que el Emperador Iuliano diziera el mayor exercito para conquiſtar Reynos, y Prouin-

His ita compoſitis Luſitana expeditio conficietur. Quid ni? Luſitani cũ ſibi tantam belli molem viderint imminere, animis cõſternati tumultuabuntur, & de deditione cogitabunt. Niſi dedantur, fluctuabunt opinionibus, diſſentient ſtudijs: vnde ſeditiones, factiones, turbæ exiſtent, & res demum publica diſcordiâ dilabetur. His artibus plura regna, quàm validis armatorum copijs capi, expugnarique ſolere Iulianus Imperator Author fuit. Hàc ad Luſitani ſolij culmen Philippus II. ijt. Hæc ad redeundum impreſſa nepoti reliquit veſtigia.

ART. XLII.

An qui ambiunt & ipſi ſibi ſomnia fingunt? *Magna & ſplendida hîc Author mente concipit, ſpe præcipit. Re, opinor, non conſequetur. Æſtuare deſiderio Luſitaniæ recuperandæ, nec quicquam armis perficere, argumentum infirmitatis eſt. Itaque ad tumultus & ſeditiones ſe conuertit. At non ſuccedent: non eſt, quòd Luſitani tumultuentur, nec fluctuent: ſuo Regi adhærent, inter ſe nexi conſiſtunt, non eos Caſtellanus veterator auellet. Idoneum profectò Authorem laudat Iulianum: transfu-*

gam, impium Chriſti deſertorem. Num illum contra nos armat, qui cęlo haſtam inturſit? His floribus ſuam iſtam Antilogiam, Anthilogiam reddit. Papę. Bonis & honeſtis artibus Philippus Secundus Regnum iniit; ſed malè inſtituta ratio imperandi, infelicem, quem nunc videmus, exitum habuit.

cias, y que en la ſocceſſion de Portugal hizo tan ancho camino a ſu Aguelo de V. Mageſtad.

ART. XLIII.

Illud item non mediocriter profuerit; Epiſcopatus, Commendas (quas vocant) Magiſtratus, reditusque tum ſacros, tum profanos certis deſtinare perſonis, eáſque nominatim vocare, quæ cùm Regi ſint intimæ, tum à nobis maximè alienæ. Hâc enim ratione ſuſpicionibus & inuidiæ materies ſuppeditabitur, ac inde inter optimates, populareſque offenſiones exiſtent, imo & ipſum Brigantiam, metus, ægritudo, diffidentiaque vexabunt. Qua in perturbatione, tumultúque rerum, Maieſtati V. vindicandi regni poteſtas fiet.

Vaya nombrando las Encomiendas, Obiſpados, y Gouiernos, y mas Officios, de aquella Corona en los miſmos ſugetos, que oy ſe hallan en Portugal aunque ſeã los mas obſtinados. Lo que nó podrà dexar de cauſar grandes deſconfianzas entre todos, y el pueblo rudo vendra abrotar contra la Nobleza, y Bergãza biuirà entre temor, y ſoſpechas de ſus mas obligados, y entre tan cierta confuſion triunfarà el partido de V. Mageſtad.

ANTIL. XLIII.

Fallitur opinione Author. Hac via ſola fuit, quâ perdere poſſet, nam quos inſtituit Epiſcopos, Magiſtratus, ij cum videant Caſtellanum imperio exutum, ac iure priuatum, ludificari ſe inani & ludicro beneficio credent. Perinde enim eſt Epiſcopatus & honores in Luſitania impartiri, ac ſi in Tongenſi, MIndanenſi, Dirapenſi Regno Magiſtratus crearet. Ecquis autem ludibrio haberi ſe non putaret, qui à Rege Caſtellæ in alieno Regno, vbi ius non dicit, mandari ſibi honores videret? Quod Regem noſtrum per iniuriam, Brigantiam, appellat, impudentiæ, ſtuperique hominis dandum. Sed id nobis nomen iucundiſſimum accidit, quòd vti antea dixi, Regiæ familię, in qua Regni ius inerat, memoriam renouamus.

ART. XLIV.

Hoc meum de Luſitanici Regni recuperatione, Rex maximè, eſto iudicium, quo meum Maieſtati V. officium præſtiti: ſummo tum ſtudio, tum fide, ſcribente calamo, amore dictante, infuſo in characteres corde. Si minùs quàm volui conſecutus, ingenij, non cordis vitium erit; quòd cùm prolixè amet, errare affectu non poteſt. Faxit Deus, vt Maieſtas V. incolumis, florènſque in annos plurimos viuat, ad Regni ſui gloriam, & ad Eccleſiæ ornamentum.

Eſte es, Señor, mi pobre arbitrio, con el qual cumplo con el orden de V. Mageſtad, y eſcriuo con la pluma lo que dicta vn corazon, que ſolo deſſea la grandeza de ſu Rey, y Señor: y ſi errare, mis ſeruicios merecen à la clemencia de V. Mageſtad, lo attribuya

ANTIL. XLIV.

Si ſtudium, ſi fidem, ſi amorem in Regem Authoris, non ego vehementer laudarem, iniurius ſanè virtuti forem. Semper officii eſſe duxi, Regi quemque ſuo debitum

a falta de talento, no de voluntad. Nueſtro Señor guarde la Catholica perſona de V. Mageſtad, como la Chriſtiandad, y ſus vaſſallos auemos meneſter.

præſtare. Ius non arceo, iniuriam deprecor. Recuperari Luſitania iuſtè ab Rege Caſtellæ, à quo iniuſtè occupata, non poteſt. Illud mihi facilè perſuaſero, amori eum in ſcribendo potiùs, quàm iuri ſtuduiſſe. Detraxit ingenio, vt adderet affectui. Cui quòd intemperantiùs indulſit: minùs amantem recti, minùs ſtudioſum iuris, minùs æquum ſe rerum æſtimatorem oſtendit. Incolumem quòd optat ſuum, florentémque Regem, id ego etiam opto, atque id vt eueniat, ſpero fore, vt depoſitâ regnandi latiùs quàm par eſt, libidine; cum Sereniſſimo Rege noſtro Ioanne ſocietatem ineat; vt collato ſtudio, & coniunctis vtrinque viribus fidem domi tueri, & foris quàm longiſſimè propagare poſſint. Quâ viâ, *teſte Auguſtino*, non ad imperium modò, ſed ad immortalem etiam gloriam itur.

De Ciuit. Dei.

OBLATA INVECTIVÆ CASTELLANÆ IN SVA DIVISA capita, iuſta, plena, & ampla reſponſio.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVAM mihi Prouinciam, litteris ad me datis Maieſtas veſtra impoſuit, circa recuperationem Lufitanici Regni, dicendi quæ ſentio; ſummo, quoteneor, obtemperandi Maieſtati veſtræ ſtudio, ſuſcipiam: cui ſi vt votis ego, ita & res euentu reſpondeat, tùm quòd meum eſt, tum quod eſt è re publica, efficiam.

CONFVTATIO PRIMA.

REctè. Initium laudo: quòd cùm vacat vitio, tùm illuſtre apparet. Fucum nobis, hâc primâ ſpecioſâ fronte obiectâ facit. Si caſu accidit, non admodùm laudabile eſt ab oſtio non aberrare: ſi conſultò effectum; non tam ſumus improuidi, vt primo ſtatim colori credamus. Ad rem propiùs. Conſultum ſe à Rege ſuo per litteras docet. Hoc vnum eſt in hoc opere, quod placere poſſit. *Sacrum enim, quiddam*, inquit Plato, *conſultatio eſt*. Hæc Regium nomen ſacratius reddit. Cùm *Conſiliari*, teſte Ariſtotele, *diuiniſſimum ſit*. Non ſe abjiciunt ad aures Reges, cum ſuos conſulunt: attolluntur ad aras cœleſtium. In rebus ad æternam ſalutem pertinentibus, à Religioſis hominibus conſilium petere, vis conſcientiæ iubet: in alijs ad Rempublicam ſpectantibus, viros prudentes conſulere, ratio ipſa Politices imperat Nec id Regiæ quicquam Majeſtati detrahit. Nam vti affectuum moderatrix, & Regina voluntas, intellectus iudicio, motuique mentis obtemperat: ac ipſa vis intelligendi in arce animi poſita, à ſenſuum miniſterio, operâque dependet: ita ſúmus in Republica Rector, & Princeps ſuorum audire conſilia debet, eorumque ſæpe iudicijs regi. Itaque hac ratione author, Regi ſuo exiſtimationem, gratiamque conciliat: ne quid temerè ab eo videatur ſtatutum, quod conſultò ſuſceptum ſit.

Plato de Repub

Ariſtot. in Rhet.

Ariſt. in Log. & Phiſ.

Et quidem, vti conſulere prudentis Regis eſt; ita & conſuli, ſubdito authoritatem creat. Regi dignitas, ſubdito gloria accedit. In Apocalypſi Rex ille Regum, alto locatus in ſolio, perſonam Regis cum dignitate agebat: circumſedente ſeniorum venerabili coronâ, qui cùm ætate, & Apocal. 4.

canis maturum conſilium, tùm diadematum faſtigijs liberum iudicium repræſentabant. *In capitibus eorum coronæ aureæ.* Igitur, & inter conſiliarios maieſtatem ſuam Princeps maximus retinebat; & ipſi conſiliarij eiuſdem Regiæ dignitatis participes erant. Ille conſultando non modò Rex erat, ſed & Reges alios inſtituebat. Iſti conſiliando dignitatem ad ſe Regiam deriuabant. Fortè præmium, liberi in dicenda ſententia iudicij, corona fuit. Regnare meretur, qui liberè conſulit. Sed quorſùm idem ipſe Deus,

Apocal 1. ac Princeps alibi, dexteram ſtellis plenam exhibet? *In dextera eius ſtellas ſeptem*: Cùm præſertim obſeruatum à me ſit, ſtellas operas repræſentare,

Baruch 3. nec ad conſilium, ſed ad opus ſpectare. Nam *vocatæ*, inquit, *ſunt, & dixerunt, adſumus.* Nempe ad parendum, ad imperata facienda. *Et luxerunt.* Quare igitur Deus cum conſultat, ſtellas non adhibet, adhibet cum operatur. Scilicet aſtra felicitatem ſignificant, non induſtriam. Et verò fœlicitas ad exequentes pertinet, induſtria, & ſtudium ad conſulentes: ad conſiliandum docti & induſtrij, ad patrandum fœlices eligantur, maximè cum ſtellæ ſuâ illâ luce nictante, & conuiuente adulatores ſignificent, quâ nulla maior peſtis in conſilijs eſt. Niſi fortè ideo in eodem libro Apocalypſeos intra paucas lineas, & capita ſenum, & ſtellarum radij inueniuntur, quia vbi matura conſilia ſunt, fœlices euentus non deſunt.

Huiuſmodi optandi Regibus Conſiliarij ſunt. Longè hunc noſtrum diſſimilem video. Lecto enim intentiſſimè ſcripto, moderationem in eo, pietatem, prudentiam, iuſtitiamque deſidero. Cæco quodam impetu ducitur, nec tam iudicium fert, quàm præcipitat. Vnde fit, vt credam, non eum Dei beneficio Regi Philippo ad cuſtodiam imperij datum, ſed ad perniciem, ruinámque occulto Dei iudicio obueniſſe. Et quemadmodum olim Chuſai Arachitæ prauis Conſilijs Abſalom perijt, ita &

2. Reg. 17. Regem Philippum huius peruerſo iudicio periturum, ſi ei conſentiat, non deſpero. Nec enim maiore ad ruinam compendio, quàm peruerſo conſilio itur. Hac Deus ratione Reges punire ſolet.

Ergo hic ipſe Conſiliarius de Recuperatione Luſitanici Regni conſultū à Rege ſe ſuo affirmat. Quæ tandem hæc eſt recuperatio? ſi iure non

Allegat. iur. pro Sereniſſ. Dom. Cathar. nititur, qui recuperatio dici poteſt? Vehementer hic errat. Debuit primùm ius aſſerere. Deinde recuperationem aſtruere: Vbi ius non eſt, nec recuperatio eſt. Caruit titulo Philippus Secundus ad obtinendum: caret quoque ad recuperandum Philippus Quartus. Quid ni? Pugnant hodie auito iure ipſi nepotes. Iure Catharinæ Auiæ Sereniſſimæ, agit Rex noſter Ioannes; Iure Philippi Aui, Rex Philippus. Omnibus quatuor titulis (tot ſunt enim) Catharina Philippum vicit. Primùm: ratione lineâ potioris. Erat enim in lineâ Eduardi Patris viri maſculinâ, cuius quòd filia erat, in eâdem erat lineâ conſtituta. Cùm Philippus ad lineam Iſabellæ matris feminæ, femininam pertineret; cuius quòd erat filius, in eâdem erat lineâ collocatus. Secundùm beneficio repreſentationis Quod tum ius commune ſtatuit, tum Luſitanicum proprium admittit. Itaque Catharina Eduardum Patrem virum, cum maſculâ virtute repræſentabat, Philippo Iſabellam matrem ſuam feminam cum defectu feminеo repræſentante. Non erat hæc maſculæ dignitati par in hac iuris

Anonymus de iure ſucced. Pariſiis. Velaſcus de Iure Regis Sereniſſ. Ioan IV. Manifeſt. ad ſumm. Pontif. Vrbanum VIII. Ius ſuccedendi ex Acad. Conimbr. Velaſc. Sous. lege libellum Luſit. vindic.

ſcenâ perſona. Tertiûm: Iure agnationis: cùm Catharina ſit agnata, Philippus cognatus: quòd hic ſororis Filius ſit, illa Fratris filia: atque adeò hæc agnata, ille cognatus tantùm. Quartûm: Virtute ſâguinis: quòd Catharina ſtirpe, domo, patriâ, thoro Luſitana fuerit: Philippus genere, familiâ, gente, thalamo peregrinus: & ſi quam ſanguinis Luſitani partem deriuabat, ea ex materno fonte deſcendens, haud multùm virium traheret; vnde non erat, vt quis eo nomine cenſeretur. Itaque Catharina ciuis, Philippus alienus, proindeque omni prorſus ad Regnum titulo, legum vi noſtrarum, ſpoliandus.

Vide Panegyr. Apolo. Pariſiẽſ.

Iidem Authores.

Quatuor hæc Iuris capita, totidem ad Regnum capeſſendum linguis Catharinam vocabant, Philippum arcebant; vti à ſummis in omni litterarum doctrinâ viris, imò, & integris Academijs, magno conſenſu definitum eſt. Iure iam hodiè in plauſum, creato Rege Ioanne Quarto, tranſeunte. Quòd ſi olim quidam, aut in noſtram venire Doctores cunctati, aut in oppoſitam abire ſententiam viſi ſunt, næ id partim timore, partim verecundiâ fecerunt. Cùm alijs metus, ingruentis armorum vi Philippi, os obſtruxerit: alijs inſita in Regem reuerẽtia vſum vocis eripuerit, alijs adulâdi ſtudiú mentem ademerit; nulli certè, libera ferendæ ſentẽtiæ poteſtas fuerit. *Silent enim,* Tullio teſte, *leges inter arma. Deinde Adulatores cũ Fortuna Principis loquuntur, non cum Principe,* Authore Tacito. Nunc tamen compreſſis armis, remotâ cui erant obnoxij, dominatione, omnes vbique vnanimi conſenſu Philippum iniuriâ Regnum occupaſſe, legitimum penes Catharinam ius fuiſſe teſtantur.

Lege Alleg. iur. Anonym. Pari. Velaſc. Anton. Sous. Macedum. Loſitan. vindic. Manifeſta Luſitana. Villareal.

Cicero pro Mil.

Tacit. 1. Hiſt. 22. tractatus id probant.

Nec vero quicquam Ioanni, Catharinæ nepoti, obfuerit, quò minùs eodem Auiæ iure gaudeat, cauſaque aduerſus Philippum valeat illa iuris exceptio, qua res longo tempore alienata præſcribi ab eo qui detinet, dicitur: vti aiunt Philippi Quarti quidam Patroni. Nam vt, inquiunt, Catharinæ ius eſſet, Ioanni eſſe non potuit, quòd Philippi longi temporis vſione Regnum vſuceperunt; atque adeo eius in ſe dominium vſucapione verterunt: quare Ioannes iure præſcriptionis ſuperatur. Verùm inani & ventoſo tantùm titulo glorientur: vti ſunt fermè Caſtellanorum ingenia, (quod grauiſſimus noſter Bartius ſcitè obſeruat) nam nulla certè ratione præſcriptio illos iuuare poteſt. Primùm, quia Philipporum poſſeſſio, vt dolo capta, ita & fraude continuata, atque adeo malâ fide nixa, & prorſus vitiata: itaque nullum iuris fructum afferre potuit. Secundùm, licet bona fides adfuiſſet: legitimi temporis vſura defuit; cum ad Regni præſcriptionem anni centum exigantur: illa autem Philipporum præſcriptio annorum 60. ſummam non exceſſerit, cùm anno 1580. inita ſit, & anno 1640. deſierit. Tertium quanquam fide idonea poſſeſſio, & iuſta menſura temporis foret: nihil tamen ad ius proficeret, quòd Regnum præſcriptionis legem excludat. Quod etſi indubitatum non ſit, eſt tamen ab Authoribus maximè Caſtellanis receptum. A quibus id certè ſtatuitur; illud vero à multis probatur. Reſtitutionis remedio locum relinqui. Quo ſanè admiſſo fieri non poteſt, quo minùs Rex noſter Ioannes iure poſtliminij vtatur. O mitto alias rationes afferre, quibus huiuſmodi præſcriptionis vis eluditur.

Rectè id Velaſc. Anony. & Souſa. & Manif. ad P. Vrban. VIII.

Communis opinio.

Card. l. 2. § 2. Souſa in Caram.

Anonym. Pariſienſ. coroll. 6.

Ex Doctor. Pariſienſ.

Vide Velaſc. p. 3 §. 2. & manifeſt. oblat Pap. Vrban VIII Demonſt. 8.

Apud Velaſc.

Anonym. in Append. Manif. ad Vrban Demonſtr. 9. Souſa Maced. Abbas Peten. Velaſc p. 3.

Vide Anonym.

Non item obſtat, quod alij obeſſe dixerunt: Sacramenti Philippo à Ducibus Brigantinis, Regnoque dicti, religio. In quorum leges iurarunt, cùm Auus, tùm Pater Regis noſtri, tùm Rex ipſe noſter Ioannes. Quî igitur potuit iuſiurandum, quo nullum eſt ſacratius vinculum, violare? At certè leue hoc eſt, ac futile argumentum. Nec enim omne quod fit iuramentum, religionem inducit. Huiuſmodi autem iuramentum, vtcunque illud tandem præſtitum fuerit, firmum eſſe non potuit. Nam ab Rege Armato primùm, mox ab Regibus imperantibus, cogentibus, palàm extortum. Deinde quæ eius vis eſſe potuit, quod ſpecie tantùm verum erat? Iuramentum enim ei Regi præſtabatur, qui Rex vmbrâ, & ſpecie tantùm erat. Itaque quaſi in ſcenâ iurabatur, dum Rex ille perſonam ageret, Regis in numero habendum. Quare detractâ perſonâ iuramentum eſſe deſijt. Quòd autem fuerit, perſonæ vis fuit. Perſonatum iuramentum huic tantum ſcenæ ſeruiebat. Seruire autem violentia coëgit. Prætereà quî iure ſe iurando obligare vellent, qui eo maximè læderentur. Cùm accepta per ipſum iuſiurandum iniuria homines à fide liberaret. Accedit, quod, & ſi verum, ac firmum iuramentum fuerit, tandiu certè fuerit, quandiu rectè, ac iure imperatum: vbi regnum in tyrannidem abijt, firmum iuſiurandum eſſe deſijt. Tandem. Quî iuramentum ligaret eos, quos Philippi inſigniter fefellerunt? Nam ij etiam iurarunt in priuilegia populorum. Igitur ſi in ea periuriſſimi extiterunt; quâ ratione in leges ſuas & populi, & Duces Brigantiæ firmiter iurarent? Cùm *frangenti fidem, fidem eſſe frangendam* iura fateantur.

Lege ratiocinat R. P. Ioan. Mattos Aſſiſt. Societ Ieſv Romæ

Vide Abul. in l. 1. Regum,

Quo fit, vt nec Philippis ius ad poſſidendum fuerit: nec Ioanni ad vendicandum, ac recuperandum Regnum defuerit.

Vide omnes Authores Luſitanos. Capucinus. Gall. epiſt. ad Philip. 11. Latè Velaſcus, & Manifeſta,

Velaſc. 2. p. in princip. & p 2 §. vnic.

Quid? Quòd non modo quatuor adductis nominibus Philippus remouetur, ſed nouo quoque titulo probabili excluditur; atque adeo quinque de cauſis Regni iure priuatur. Nã quòd ipſe, non expectatâ, quæ ferenda erat deſtinatis iudicibus, ſententiâ, contra optimatum iudicium, populariumque conſenſum; reſciſſo per iniuriam iure, fractis per impotentiam legibus, in Regnum violenter irrupit, omni ſe, ſi quod habebat, iure ſpoliauit. Quod & ei iam tùm obiectum, & poſtea aduerſus ipſum demonſtratum. Ex quo nouum aliud Regi noſtro Sereniſſimo ius acquiſitum, vindicandi Regnum, & aſſerendi. Cum quòd ille vi occuparit, huic liberare Regnum licuerit. Quare nouo quodam libertatis reſpectu ad Ioannem vindicem ſpectare cœpit: cùm præſertim violentia paulatim in tyrannidem verſa florentiſſimi Regni ſtatum deformarit.

Igitur quo iure de recuperatione, (quo maximè Author vtitur verbo,) nunc agitur? An Regnum, quod vſurpauit iniuriâ; per vim Philippus recuperet? Eius eſt recuperare, qui quod ſuum erat, amiſit: & qui recuperando vindicet, & ſtatuat, non dejiciat. An Hiſpano Leoni rapaces exerenti vngues, & in ſtemma Luſitanicum injicienti, & contra quinque iuris titulos, totidem vulnera infligenti, recuperatio licebit? In quo ſtemmate ſalutares quinque Chriſti Seruatoris plagæ ipſius clementia impreſſit? Næ, non illa immanitas cruenta, humanitatem hanc roſeam extinguet. Quod ſi recuperandum dicit, quòd amiſſum ſit. Sanè amiſſum, imò & perditum Regnum à Philippis Regibus malè adminiſtratâ

Repub. fatemur; recuperari poſſe,inficiamur. Quare anſam eos recuperandi dediſſe, dum perdiderunt, concedimus. Recuperationem ab ijs fieri poſſe, negamus. Ab illiſne, à quibus euerſum eſt, Regnum recuperabitur? Planè ad eum recuperatio ſpectat; cui contra ius, faſque ademptum. Quemque authorem ipſe, & inſtitutor Regni Chriſtus, in ſpecie illa apud Oriquium, mirabili reſpectu ſuo deſignauit, & modò excuſſo Oliſipone clauo, intento digito demonſtrauit. Is eſt Rex noſter Sereniſſimus Ioannes IV. quem iuſtis euntem paſſibus, Iuſtitia, & Virtus, & communis omnium conſenſus ordinum, ad ſolium deduxerunt. Chron. & Monarch. Anonym. Pariſ. in Append. & Paneg. Apoleg.

Quorsùm hîc iſta recuperatio? Cùm ſua ſeruare Philippus non poſſit, recuperet aliena? Cùm Gallo vbique victore, rerum poſſeſſione ſuarum exuitur; cùm ei detractâ iam Cataloniâ, Aragoniam conatur auferre; cùm in Belgio vexat, & torquet, cùm in Italiâ angit & affligit. Cùm Hollandus hoſtis vetus, & pertinax, in Europa, in America, in Aſia, terrâ, marique vehementer expugnat: cùm nouus hoſtis, & internecinus Luſitanus, in Caſtellæ fines irrumpens agros vaſtat, oppida diripit, ac incêdit, præſidia dejicit, arces munitiſſimas occupat, & inſidet: cùm apud Montigium collatis ſignis profligat; & ab Eluenſi muro cum fœda ſtrage repellit, & collectis triginta militum millibus, in eius viſceta irruptionem parat, recùperationem Luſitanicam cogitat. Vellem de Nauarra, & Neapoli, Sicilia, Sardinia, Mediolano ſeruando cogitaret, quæ Gallus iuſtus hoſtis iure ſuo exigit. Vertat eò cogitationem, ne dum noſtris oculos adjicit, ſua amittat..

Quid? Planè recuperatio iſta ambitio eſt. Fatali hâc dominandi libidine, Hiſpania in præceps ijt. Præſtaret aliqua dimittere, quàm plura acquirere. Porrò inexplebilis habendi cupiditas, Hiſpaniæ exitio fuit. Quod in animantibus fieri videmus, id & in Imperijs ſolet accidere. Animantes enim vel inediâ contabeſcunt, vel ſatietate opprimuntur. Iuxtà periculo eſt, ſaturitas & ieiunitas. Imperia ſæpè magnitudine ſua ruunt. Obruitur Rex ſuccumbente capite oneri coronatum. Vti animantes infra terminum (*minimum quod non appellant*) decreſcendo venientes, pereunt: atque vltra alium (*maximum quod ſic vocant*) creſcendo progredientes, intereunt; ita & Regna, ſi nimis minuendo extenuentur, contabeſcunt. Si vltra modum creſcendo, augeantur, prorsùs opprimuntur. Hæc vna ratio ſalutis eſt ijs qui nimio plùs creſcunt; *Minui*, Authore Plinio. *Cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hic vno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe ſubmittat.* Nam ſecundum Cordubenſem Vatem; *In ſe magna ruunt.* Quod in bellis vſu venit; turbâ militum, cum nimia, & confuſa eſt, impediri aciem, & fluctuare; id accidere in politicis ſolet, magnitudine, cum nimia, & inſolens eſt, imperium laborare. Ruit pondere Hiſpania ſuo, & incubuit ſibi. Præcepit id animo, & voce edidit egregius Philippi Comminæi Commentator Vitrianus. *Authores*, inquit, *Sinæ ſunt, Imperia quædam vltra modum aucta ſeneſcere, cuiuſmodi Romanum fuit, quod ſua ſibi mole exitio fuit. Quo in diſcrimine verſatur Hiſpanicum, quod cùm nimio plùs ſit auctum, propè eſt, vt obruatur.* Quòd ſi vaticinando non dixit, certè euentus vaticinium eſſe potuiſſe monſtrauit. Quem illc videre cùm antè non poſſet, Ex lib. Phyſico. Ariſtot. Paneg. ad Traian. Lucan. In cap. 50.

potuit timere: & alibi prodidit timorem. Hoc ipſum non dubitauit Boccalinus, tectè tamen, & cautè prædicere: inductis in ſcenam Paſtoribus Menalca, & Melibæo: cui felicem portendit exitum, quòd modicè diues ſit; cum Menalcæ ex eo quòd immodicè opulentus eſſet, exitium præmonſtraſſet. Aptiſſimè in Melibæo Chriſtianiſſimum Galliarum Regem ſuo contentum, in Menalca Regem Hiſpaniæ, Regnorum voraginem repreſentauit. Quem acutè Catholicum, quòd Catholicôs imperare, id eſt; in vniuerſo terrarum orbe, voluerit, appellatum dicunt.

Boccalin.

Geneſ. 49. Cùm ſupremo vitæ ſuæ die Patriarcha Iacob filiis ſuis bona precaretur, Rubeno dixiſſe accepimus. *Non creſcas.* Quî hoc, quæſo, ad benedictionem pertineat; cùm malum quiddam ſit, & in diris cenſeatur? Sane hîc maledictionem olet, etſi nomine benedictionis veniat. Sed ecce alius locus eſt, vbi videtur hoc ipſum *non creſcere* ad benedictionem referri; nimirum Deut. 33. vbi Moyſes ſingulas Tribus benedicens, ad Rubenum dixit. *Viuat Ruben, & non moriatur, & ſit paruus in numero.* Planè bonum hîc aliquod apprecatur, quod & mihi perſuadet Gloſſa, cum ait, *Ruben* hoc loco *Electorum à Deo, iuſtorumque perſonam* agere. *Significat*, inquit, *Ruben Electos.* In quos ſanè maledictio cadere non poteſt. Quid ergo? conuertitur in bonum à Moyſe, id quod in deterius Iacob acceperat? vel vtrobique benedictio erat, illa ipſa Ruben extenuatio, *Non creſcas*; *Sis paruus in numero?* Vtcunque ſe habeat, pars eſſe apud Moyſen benedictionis videtur; ideoque cum vitâ coniunctum. *Viuat Ruben*, perinde quaſi ad vitam faciat. *Attenuari, decreſcere*, ne vltra modum progrediendo interiret. Ne inſolens interpretatio ſit, Caſtellanum Imperium facit. Si enim illud minùs eſſet amplum, ſi ſe minùs extenderet, ſi ſe contraheret, ſi ſe intra terminos contineret, illud profectò etiamnùm ſtaret. Quid? Extendi, & dilatari immodicè voluit: extra carceres euectum Aragoniam, Cataloniam, Nauarram, Neapolim, Siciliam, Sardiniam, Mediolanum, Luſitaniam, Indicam, tum Orientalem, tum Occidentalem ditionem, Oram Africæ maritimam occupauit: ferre magnitudinem ſuam non potuit, nutauit, procubuit. Vidit in ſe arboris illius Danielicæ, (cuius Nabuchodonoſor gerebat imaginem) expreſſam fortunam. *Magna* inquit, *arbor, & fortis, & proceritas eius contingens Cœlos: aſpectus illius vſque ad terminos vniuerſæ terræ; folia eius pulcherrima, fructus eius nimius.*

Deut. 33.

Gloſſ. hic.

Daniel. 4.

Hæc, ſi multiplici, & erratico brachiorum lapſu, procaci ramorũ propagine, immodicâ frondium luxurie, ambitioſâ coronę pompâ Chaldaicam ex Aſſyria multò fuſiorem, à magno Nabuchodonoſore redditã Monarchiam, repræſentabat; non diſſimili, Hiſpanicam ſub Magno, (ſic vocãt) Philippo ratione poterit adumbrare: quæ per tot Regna & Prouincias huiuſce vniuerſitatis diſperſa & diffuſa, immodicè luxuriauit. Huic igitur, cùm ſpes erat fore, vt maximè floreret, fructuſque vberrimos pareret, ſecuris eſt inflicta diuinitùs, quò exſcinderetur, quaſi dictâ in eam ſententiâ. *Succidite arborem, & præcidite ramos eius.* In ludibrium fortunæ & mortalium documentũ. Vtrumque in Monarchiâ experimur Hiſpanicâ. Stabat illa mirum in modum aucta; & terræ, cœlique ambitum æquare

Interpr. hic & Salia In Chronolog.

ſe iactabat cum illatâ bipenni ſuccidituꝛ. Ecce rami paulatim amputantur. Hinc Arteſiæ Comitatus, & celeberrima Grauelingæ & Dunquerquæ Regni Propugnacula, illinc Ruſcinonis, inde Catalonenſis Principatus: hinc Italiæ mediterranea & maritima pleraque prçſidia, illinc Luſitaniæ Regnum, cum magna Africæ, Aſiæ & Americæ parte præciditur. Et paulatim cadentibus ramis, viridi honore ſpoliatur, & gemente ad interiores ictus trunco, ruinam minitatur. Cùm enim inclinari & impelli cœpta ſit, & ex illo, in quo erat locata, culmine deducta facilè inde ad terram deijcietur. Nam authore Liuio. *Regum Majeſtas difficilius à ſummo faſtigio ad medium detrahitur. quam à mediis ad ima prçcipitatur.* Dec.4.lib.4.

ARTICVLVS II.

QVam modo in Hiſpania & Hiſpanicą ditione ex abciſſa Luſitaniâ infœlicitatem experimur, eam importunæ Philippi II. Aui tui, in illud Regnum pietati, & immodicæ in populum indulgentiæ acceptam referimus.

CONFVTATIO II.

DVos, hîc ego errores deprehendo. Alterum, quo à ſcopo veritatis aberrat; alterũ, quo à rectâ politices ratione deflectit. Pium fuiſſe in occupando, & adminiſtrando Luſitaniæ Regno Philippum affirmat, quod eſt à veritate alienum. Deinde eius Pietatem perniciem, ei Regnoque attuliſſe. Hoc quod proximum eſt, ad cõfundandum arripio. Ecquis vnquam pietatem, malorum & ruinç cauſam, & fontem auſus eſt dicere? Cùm pietas Regnorum omnium, Regumque cuſtos ſit? Quâ quæſo fronte Author fatale quiddam, & exitium portendẽs, pietati attribuit? Nemo ſanè pietate iacturam fecit. Non tam infamem, tam nobili virtuti, notam inurat. Pij cognomen clariſſimum, & extra omnem inuidiam eſſe ſciat. Noua & ſumma infœlicitas Caſtellanorum Regum fuerit, ſi quòd pij, miſeri euaſerint. Certè illud tanti Ludouicus Imperator fecit, vt cùm non poſſet patris Caroli magnitudinem æmulari, Pij cognomẽto æquare ſe poſſe crediderit. Niſi tanta Pietatis dignitas eſſet, non tam ſæpe Latinus Homerus pietatis laudem, ſuo quem inſtituebat Imperatori, Æneç quæſiſſet; quem pium vbique nominat, quòd hoc eum maximè titulo commendabat. Cùmque eo iuſtiorem neminem, neminem fortiorem eſſe diceret. Paul. Æmil. Virgil. Inter.

Quo iuſtior alter
Non fuit. Æneid. 1.
Nec bello major armis.

Cumulum addere pietate voluit. *Pius Æneas.* Quo maximè cognomine Antoninus gloriatur. Hoc nomine homo immaniſſimus Marcus Antonius imponere ſe Romanis ciuibus poſſe credidit, cùm Lepidum, piiſſimum dixit: nam & eius molliuit inuidiam, & ſibi conciliauit gratiam exaggeratâ inſolentiùs pietate, vti Marcus Tullius obiecit. *Itaque non iam pios, ſed piiſſimos quæris, & verbum quod in Latinâ linguâ nullum eſt, tu pro tua pietate nomen inducis.* Tanta pietatis vis eſt, vt homo crudeliſſimus non Philip. 13.

timuerit nouitate vocabuli aures offendere, imò & gratiam vel hac imagine pictæ pietatis conflare præſumpſit.

Quid ergo hîc Author pietatem Philippo vitio vertit? Potuitne tam amabili virtute inuidiam colligere? Potuit, quâ maximè ſalus paratur, eâ perniciem afferre? Si teſte Ariſtotele, Rex *Pater* eſt: ſi Homero Authore *Paſtor*, quî poteſt pietatem abjicere? cum Pater & Paſtor pietate ſpectetur. Certè quòd hæc virtus vtramque in imperijs paginam faciat, eam imprimis exercendam Imperatori ſuo Claudianus propoſuit.

Claud. de 4. Honor Conſul.

Sis pius imprimis.

Ille demum perfectus eſt Princeps, qui iuſtitiæ addit pietatem. Imò pietas compendium eſt. Dixerat olim vates Zacharias de Regum Rege, *Rex iuſtus & ſaluator.* Reddidit Matthæus, *Rex manſuetus.* Quî ita vertit? nam videtur minùs reddidiſſe. Duo, & quidem magna Propheta dixerat, vnum Euangeliſta reddit. *Manſuetus.* Rem teneo, Pietate compendiũ fecit. Tanti eſt eſſe manſuetum & pium, quanti eſſe iuſtum: ideſt omnium virtutum virum, quanti Seruatorem. Rectè itaque Auguſtus. *Pietate*, inquit, *& iuſtitia Principes Dii fiunt.* Vt pudeat Authorem: tam altè euexiſſe Auguſtum, tam ſe abieciſſe. Eat igitur, & pietati detrahat. Nos Deus Rex pietate ſeruauit; Philippus pietate perdidit, ô iniuriam! Si pius, ſi Pater, ſi paſtor foret, Rex idem iuſtus & perfectus eſſet. Cuiuſmodi fuit Rex ille noſter Ioãnes Secundus Perfecti Principis cognomine donatus, maximè, opinor, ob pietatem. Quippe qui Pelicanum, ſic vocant, pullis incubãtem, & roſtro pectus findentem, & infuſo ſanguine ſuſcitantem, excogitatæ pietatis ſymbolum vſurpauit. Hoc ſi Philippus præſtitiſſet, perfectus ille, numeriſque omnibus abſolutus Princeps extitiſſet. Hinc apparet: quàm à recta politices ratione Author aberret.

Vide interpretes.

Apud Sen. in Lud.

Vaſconcell. Faria. Mariſius Chron. Luſitana.

Nunc alterius eum erroris conuincamus. Falsò pietatem Philippo attribuit. In eo pietatem potiſſimùm deſideramus. Imò & argumentum retorqueo. Quòd tam peruersè ille Rẽpubl. adminiſtrauit, pietati defuiſſe argumento eſt. Quomodo & ille in occupando Regno ſe geſſerit, agedùm videamus. Nec iniuriam Regi Philippo faciã; remoueam à virtute iuiuriam. Non ille ad ſceptrum ijt pietate: ſed vi, ſed immanitate, ſed auaritiâ, ſed impietate. Leges conculcauit, ius afflixit, armis irrupit, vi oppreſſit: corrupit muneribus, cepit donis, obſedit fraude, dolo circumuenit. Sunt ne iſta à pietate profecta? Quid illa? non expectare ſententiam iudicum; conſenſum ordinum, populique contemnere, legatos ad ſe Reipublicæ nomine miſſos aſpernari, Apoſtolici legati authoritatem infringere: vereor ne non tàm ſint pietatis, quàm impietatis indicia. Iam quæ in ipſa irruptione geſta ſunt, barbaram ſapiunt immanitatem. Diruptæ domus, violata monaſteria, temerata templa, ſtupratas virgines, oppreſſas matronas, raptatos pueros, diſcerptos iuuenes: grauis illius tẽporis author ſcribit, vt reliqua taceam mitiora. Nec mihi Philippum quis excuſet, eo inſcio, & inuito hæc eſſe patrata. Cùm ille ad eam expeditionem crudeliſſimum hominem Ducem Toletanum Albenſem elegerit: qui maximè sãguinem ſitiret, & à Belgica ſtrage recentem. Credamus homini Caſtellano ita de eo ſcribenti. *Dux* inquit, *Toletanus Albenſis armatus in Luſitaniam irrupit, magnâ Procerum cæde, vt eorum ruinâ aditum ſibi faceret.*

Capucin. Patriſ. in epiſt. ad Philippum Ann. 1581.

Victrian. in Commin.

Quid

Quid? quòd Rex ipſe Philippus ſpeciem nobis benignitatis obiecit, quò imponeret, & ſecuriùs feriret? Ab eodem enim authore proditur, eum, cùm Oliſiponem eſt ingreſſus, habitum mutaſſe, & Luſitanam perſonam quaſi in ſcena egiſſe, magno Caſtellanorum riſu, quòd viderent eum ſub ouispelle, lupi animum ſeruare. Num pietas iſta fuit, ſimulate quo ſæuiret tutiùs, pietatem? Quin illud etiam conſtat, & ego à viris grauiſſimis accepi, Religioſis, & ſacris viris manus injicere, eoſque in crucem agere trucem illum Ducem voluiſſe, ſed deterritum ab Archiepiſcopo Oliſiponenſi à concepto facinore deſtitiſſe. Hoc fortaſſe pietatis fuerit Religionem violare. Idem Vitrian

Sed Author ad ipſam adminiſtrandi Regni rationem videtur prouocare. Ita ſanè comparatum eſt, vt quibus Imperiũ paratur artibus, ijſdem conſeruetur. Igitur imperatum eſt nobis violenter, iniuſtè, immaniter: nullo iure occupatum eſt Regnum, ſummâ iniuriâ adminiſtratum. Nam id Philippo propoſitum fuiſſe videtur quòd Iulio ad ſummum rerum faſtigium aſpiranti; *Si ius violandum eſt, Regnandi gratia violandum eſt. Alijs rebus pietatem colas.* Quo apertè docuit, nõ eſſe à ſe ſeruatam pietatem. Suet. in Iulio. Igitur iugum nobis duriſſimum impoſuit: arces præſidijs Caſtellanis inſedit; cinxit domeſticis obſidionibus ciuitates, Oppidis maritimis & portubus cõpedes armatas iniecit. Liberũ in terras aditũ, in mare exitũ nullum reliquit: vi ius expreſſit; largitione fidem corrupit, potentiâ iuſtitiam obruit, quò enim iuſtitiâ peruenire non poterat, eò ſe potẽtiâ inferebat: contra quam docet Auguſtinus. *Iuſtitiam Potentia comitatur, non præit.* Et quàquàm ſpeciem quandam liberalitatis objiciebat, ea ad fallendos animos inducta, quò populos contineret. Sed fallax illa, & fucata, non vera & ſolida. August. 5. de Trinit. Nam pollicitationes magnificæ, dona ex noſtro penu deprõpta. Itaque verbis Caſtellanis promiſſa fiebant, dona rebus Luſitanis. Quin, & quæ donata, non niſi in homines Philippicarum partium conferebantur. Reliquis nihil fermè donatum. Itaque illa ſuſpecta largitio erat, ad priuatam vtilitatem ſuſcepta. Omnia auaritiæ & ambitioni Hiſpanicæ ſeruiebant. Fraudi vis, violentiæ cupiditas, cupiditati impotentia adiuncta, fatale nobis imperium reddiderunt. Deſinat ergo Author mirari, quòd firmum eſſe, & diuturnum non potuerit, *Non ſit diuturna poſſeſſio, in quam quiſque gladio inducitur. Et parta Imperia malè, malè geſta, malè retenta obruuntur.* Authore Liuio. Curtius. Liuius.

ARTICVLVS TERTIVS. Pars prima.

NEmpè Luſitania armis occupata, ſpecie tantùm domita fuit; re libera manſit, dominantis habitu faſtuque retento: citrá egeſtatem opibus affluens; vltra libertatem ferox. Reſpublica florens, integræ leges: intacta, & aucta Priuilegia.

CONFVTATIO TERTIA. Pars prima.

ID concedit, quo ne voto nos quidem maius fingere potuimus. Nam ait, nos Luſitanos, vel tum, cùm maximé domiti fuimus, ſub

actos non fuiſſe:igitur nec in Caſtellanorũ poteſtatem venimus,& libertatem noſtram retinuimus. Quòd ſi ex parte amiſimus,inuiti amiſimus. Quòd ſi inuiti, ſubditi eſſe non potuimus. Fatemur vi, metu, terrore ad obſequium, tanquam ad ergaſtulum compulſos. Imò hanc cauſam fuiſſe,cur illud breui finierit. *Nam metus, malus diuturnitatis eſt magiſter, Et violenta nemo imperia continuit diu.* Sed quid eſt, quòd ait, *Regnum noſtrum armis fuiſſe occupatum?* Ea ſunt hominis argumenta, quæ in cauſam maximè noſtram faciant. Quo igitur iure Philippus poſſedit, & armis occupauit? Imò cecidit, ſi quod ius erat,cùm armatus irrupit. Dandum tamen eſt hominis feritati,quòd voluit, Regnum armis occupari, vt in nos Caſtellani, tanquam hoſtes ſæuirent. At hoc ipſo declarat, Regnum,Caſtellanorum proprium non eſſe. Ecquis enim in ſuos ſæuire deſiderat? Ecquis ſua ſtudet euertere? Vndique ille circumuenitur ac premitur, ac ne laborem laqueos ipſe, & vincula ſuppeditat. Age verò illud quod offert arripiamus. Luſitaniam nomine tantùm & ſpecie occupatam. Id maximè volumus, re liberam manſiſſe: nec nos animo paruiſſe. Ita corpore ſeruire coacti, non animis parere. Quod noſtrum erat,non dedimus. Corda nobis detinuimus, Regibuſque noſtris reſeruauimus. Quemadmodum & locuples ſcripſit author noſter,Hector iure nũcupatus,& fatetur ex eo Caramuel ſcriptor alienus. Negant hi corda nos Philippis tradidiſſe. Imò & hoc ipſum Philippo ſecundo Regi tum cum inferebat arma Chriſtophorus Moura purpuratorum facilè Princeps ſuggeſſit, *ſe cum Luſitanos ſubigebat, corpora tamùm non corda ſubigere.* Quî igitur imperarunt, cum amorem non conciliarent cordibus alienatis? O malè inſtitutam imperandi rationem! Certè vel Abſalom, perditus adoleſcens, veram ad imperium viam agnouit, & arripuit. Nam cùm primùm regnandi impetum cœpit, ſtatim ad corda occupanda animum adiecit; *Alliciebat corda virorum Iſraël.* Seu iuxta Hebraicam veritatem *furabatur corda.* Tam felici euentu: vt omnem hiſce ſtudijs ad ſe populum traheret: ac omnino certè regnum obtineret, ſi conſilia Amori reſponderent: cuius ingens ad conciliandos animos vis fuit. Quid? ſi hoc Ioabus prudens & cautus Imperator ſignificare voluit, cùm in eiuſdem Abſalonis Cor haſtam direxit, quaſi vellet Imperij fontem extinguendo deſignare, vt quo ille maximè imperauit, euerteret. *Tulit tres lanceas, & infixit eas in corde Abſalom.* Haud temerè, opinor, hunc ſibi ſcopum propoſuit, quòd credidit, niſi cor extingueret, ius non adimere; cùm pars iuris maximè in corde,ob Amoris vim, conſiſteret. Quo ergo imperium parauerat, eo amitteret. Imò & ipſe Abſalom ſibi hoc nomine Regni ius arrogauit, ſatiſque ſibi putauit ad Regis nomen vſurpandum, quòd in cordibus, per amorem, regnaſſet. Ideò ſibi mortuo iuſſit monumentum erigi, in valle Regis, & inter cæterorum, vti exiſtimo, Regum ſtatuas collocari, vt Regem ſe fuiſſe indicaret: nam qui amorem populi collegerat, dignus erat, qui inter Reges cenſeretur. Atque hic erat titulus Abſolonis. *Abſolon Rex:* & ſi non re, certè Amore, atque adeo titulum Regis

Cit. Phil. 1. Senec. Trag.

Fr. Hect. Pint. Caramuel in ſuo Philippo.

Faia in Epito.

2. Reg 15.

2. Reg. 18.

Vide Lyr. & Abul. 2. Reg. 18.

meritus. Hac arte amoris conciliandi ad Regnum iit noſter Ioannes, Iure, & amore ſuadente, ducente: non ille per ſtrues cadauerum, per ruinas murorum irrupit armatus, vti Philippus: ſed patefactis per amorem cordibus, amabilis, aditum inuenit. Amor muniit viam: Amor ſtrauit. Eum non gemitus, ſed plauſus ſecutus. Itaque Philippus cadaueribus, Ioannes viuis hominibus imperauit; cum ibi animus ineſſe non poſſit, vbi cor deeſt; ibi deeſſe non poſſit, vbi cor, & Amor ineſt. Quàm propè periculo fuit amittendi Imperij florentiſſimi Ludouicus Rex Vndecimus, cum in eum Comes Coroloienſis, Dux Berrienſis, & Britannicus, & Calaber conſpirarunt, quòd ille apud ſuos gratioſus non eſſet: quemadmodum à Philippo Commineo, eiuſque Commentatore accepimus, qui hoc inde elicit documentum, *Ratum*, inquit, *maneat inter Politicos, illum tantum in fide Principem populos continere, qui animos amore conciliet.* Nec ego exempla congeſſero. Hiſpania & Gallia, ac imprimis Italia ſuperiore ſæculo multa exhibuit, Amore ſtare imperia, odio interire. Rectè Cleobulus: *Ille tutò regnat, qui beneuolentia ſtipatus regnat.* Nam Senecæ iudicio, *Vnum eſt regni inexpugnabile munimentum, Amor ciuium.*

Philip. Com. Vitrianus.

Apud. Lent.

Cleobul.

Seneca. De Clement.

Pergit, at ego inſequor. Fateatur Philippum Regni ſtatū florentē & inveniſſe, & reliquiſſe. Quod multū ad rem noſtram facit: nam quo ex culmine, in quod barathrum ceciderit, apparebit: vt quantùm ei tempore Philipporum detractum ſit de dignitate, conſtet. Et quidem haud fallitur opinione. Quoniam dira illa in Africanis campis accepta clades, licet Sebaſtianum Regem cum Regni flore abſtulerit, & opes noſtras acciderit, nihil tamen de Regni ſtatu mutauit. Prælio, non bello victi ſumus. Illa fatalis quidem calamitas, ſed intra aciem ſtetit. Vltra progreſſa non eſt. Sauciatum Regnum fuit, non corruptum. Multum ſanguinis fuſum. Nihil contagij, peſtiſve contractum. Mare apertum; liberi portus; nauigatio expedita: commercium integrum, præſidia, claſſes intactæ, Regnum in tuto. Fulmen illud, non incendium fuit. Eo rami tacti, trunco illæſo. Supellectilis iacturam, non bonorum fecimus. Itaque Regnum, vti ait, opulentum, florenſque cùm inuentum, tùm relictū. Quale poſteà in poteſtate Philipporum redditum ſit, id nos certè magnopere dolemus, nam ex opulento in tenue, ex florenti in miſerum, ex felici in calamitoſū deuenit. Pudeat ergo Caſtellanos integrum & pulchrum Regnum accepiſſe: fœdum, deformatum, diſcerptumque reddidiſſe. Illud à veritate alienum; Nihil de prærogatiua, & Priuilegiis iuris noſtri Philippū detraxiſſe. Quaſi in leges noſtras iuraſſet. Optandum id certè à nobis; ab eo præſtandum, ac eò magis, quòd ille ſe promiſit facturum: imo & ſtipulatio interuenit. At noluit fidem ſeruare, iusjurandum cum legibus violauit. Priuilegia partim ſuſtulit, partim eluſit. Quædam contemptu fregit, quædam aſtu violauit. Itaque quibuſdam vim intulit, quibuſdam ea gloſſemata addidit, quæ ſenſum adulterarunt: atque adeo libidini lex ſeruiebat. Egit fraudulenter, ac ex Maximiliani aſtutia, qui ſolebat jactare: *Non tam habēdam eſſe à Principibus legis, quam gloſſematis rationem.* Nihil igitur ſanctum, integrum nihil, nihil inuiolatum Philippis extitit. Iura omnia corruperunt, procul-

Zurita Tom. 5. lib. 5. c. 4.

Vide Manifeſta Cataloniæ

caruint. Quòd ſi hæc imprimis Cataloniis, Dominum mutandi cauſa fuit, vt ipſi monumentis teſtantur. Quorum Author ſic ſcribit: *Patrii iuris, gentilumque legum violatio ad excutiendum Caſtellanum iugum, Cataloniis iuſtâ & probabili ſanè cauſâ, animos fecit.* Certè multò grauiores Luſitani cauſas habuerunt, nam omiſſo quòd legitimo ſe Principi crediderunt; ſi conferantur iniuriæ, multò Luſitani majores, quàm Catalonij acceperunt. Quas ſi detrimentis Reipublicæ illatis adjicias: non tam ij culpandi ſunt, quòd iugum abiecerint, quàm taxandi quòd non citiùs abiecerunt.

Souſa. Velaſcus. Anonymus. Panegyr. Apolog & Luſitan. vind Omnia Manifeſta. Arbor aomæ inciſa à R.P. Fr. Ludouico Coutigno Auguſtin.

Et de illatis quidem damnis cùm alij ante me ſcripſerint, dicere ſuperſedeo: indicaſſe contentus ſcriptores. De Priuilegiis, legibuſque corruptis, violatiſque, præter ea, quæ à quibuſdam tradita ſunt, eſt, quòd obſeruem. Iconem ingenioſè Luſitanus quidam Romæ excogitauit; in qua lapis erat inciſus legibus Luſitanis, quotquot ſeruandas ſibi Philippi propoſuerunt: qui tamen rimas agens, & in partes ſectus videbatur, proinde quaſi inflictis ictibus gemeret, iiſque quot accepiſſent leges vulnera, teſtaretur. Inſigni planè, aptoque ſchemate: æquum enim erat vt lapides, quorum ſenſum in Chriſti Domini Crucifixi morte accepimus: ad Regni Luſitani à Chriſto Crucifixo inſtituti, iniurias & cruciatus, doloris argumenta ſui proderent. Quî igitur pacta & conſtitutiones noſtras, legeſque humanas ſeruaſſet, cùm iuramentum multo ſacratius vinculum reſciderit: atque adeò ne Deo quidem ipſi Fidem præſtiterit? Vis tamen ambitionis, quæ vbi in animis dominatur rationis lumen obtundit, facit, quominus Fidem in Philippo defeciſſe miremur.

Illeſc. in vita Leonis X.

Nam Maximilianus primus Imperator, prætextu reducendi Sfortias, aditum in Mediolanenſem Principatum Carolo nepoti parauit. Carolus verò ipſe non modò Sfortias, ſed ipſum quoque Leoné, & Clementē Pontifices deluſit.

Paul Iouius Idem Iouius. Apologia Franciſci I. Reg. Galor. Hiſt. Luſit. Reſend. Vaſconcel.

Ferdinandi verò Regis Catholici tenemus dolos & artes, quibus & Regnum Neapolitanū, primū Alphonſo, & Federico ademit, mox Ludouico Gallorū Regi eripuit. Deinde Regno Nauarræ Regē Ioannē de la Brith ſpoliauit: tandē Ioannam Caſtellæ Principem Alphonſo Luſitaniæ Regi deſponſatam, hæreditate Regni excluſit. An non horum veſtigiis inſiſtens Philippus II, quorum ſanguinem trahebat, ingenium referebat? Genio ſanè indulſit, cum Galliarum regnum nobiliſſimum, in factiones certè diuiſum, diſcerpere, & Patrem ad ſe trahere ſtuduit; cùm Luſitaniam vi occupauit, cùm Aragoniæ inuiolatum anteà ius corrupit, & conſtitutiones antiquiſſimas & vetuſtate ipſa ſacroſanctas abrogauit.

Hac de re leguntur Antonius Moniſius Caruaglio in Francia Reſidentis munere functus, & Ludouicus Pereira Caſtrius apud Germanos Plenipotentiarius Luſitaniæ.

Eadem quaſi fatalis perfidiæ vis Ferdinandum Regem Hungariæ adegit eò, vt Sereniſſimum Infantem Portugalliæ, Eduardum florentiſſimum iuuenem, in ſuis caſtris militantem, de ſe & Auſtriaca gente optimè meritum, hoſti ſuo non modò tradiderit, ſed quod multò fœdius eſt, auro, ac ne multo quidem, venditum, prodiderit. Hic ſanè perfidię cumulus fuit. At ii de perfidia gloriari debent, vti Ferdinando Catholico accidit, qui iactare ſe ſolebat, quòd Regem Ludouicū Duodecimū, Regiæ ingenuitatis virum, decies in pactis fœderibuſque feriendis fefelliſſet. Quid igitur miremur? Philippum

Secundum fregiſſe ſupra fidém?Peierauit. Adeo eſt verum illum qui mẽtiatur, peieraſſe conſueſſe? Fortaſſe Heroïbus iſtis Hiſpanis illorum ſententia placuit, qui iudicant *Seruare fidem, non Principum, ſed mercatorum eſſe:* cuius Authorem fuiſſe, aiunt, Mahometum Othomanum. Vitrian. in Commin. c.37.

ARTICVLVS TERTIVS. Pars ſecunda.

Nemo Procerum loco motus. Inuiolata intactis ſedibus nobilitas. Plebs indemnis: &, quod caput eſt, popularibus ipſis Luſitanis rerum publicarum adminiſtratio relicta.

CONFVTATIO TERTIA. Pars ſecunda.

Qvod laudi tribuendum, vitio vertit. Dolet quod Philippo gratulari debuerat. Iniuſtus vituperando: immanis dolendo. Cuius demum feritatis eſt, dolorem in ſæuitiam vertere, delendo quod non ſæuieris? Cuius inſaniæ, virtutes Regias, pietatem, iuſtitiamque in turpia vitia torquere, vituperando quod laudare oportet? Præpoſterus hic ſenſus, argumento eſt, ſi Author Philippi temporibus viueret, ſuaſurum aliam in Aſſyrios cum Iſraële, aut Iuda Babylonem tranſmigrationem; 4. Reg. imò vltra proceſſurum, donec vaſtitatem & ruinam perſuaderet. Non Matth. 24. eò ſanè ſunt Pœni pregredi auſi, cum Hiſpanias occuparunt. Vindicarunt ſibi magiſtratus, honores arrogarunt: ſed loco populum non mouerunt. Authores Caſtellani. Importunæ pietati imputat, Dynaſtas, Optimates, domi quéque ſuæ reliquiſſe! Si pietas eſt, opportuna ſit oportet. At cur pietas ſit; quæ ipſiſſima iuſtitia eſt? Quo iure mouẽdi loco optimates Luſitani? Cur ijs ſolum vertendum? Vult ne præiudicio illos ſuo, eò adigere, quò ſunt ſupremi illius diei ſentẽtiã, cum ad montes fugient, cogendi? Præſtaret fortaſſe in montibus & ſpeluncis inter feras degere, quàm immaniſſimi huius hominis arbitrio relinqui. Quod ab ijs ſcelus admiſſum, vt deportarentur? Aut quid tandem Regnum promeruit, vt Optimatum præſidio, tutelâque priuaretur? Nouum, ſcilicet, author, Coloniarum genus voluit inſtituere, in gentis perniciem & ruinam Regni. Dum nobiles relegari ſtudet, Athenarum illud ſupplicium in regnum noſtrum inducere ſtatuit. Plut. Nec ſanè deeſſent Timones, Ariſtides, Themiſtocles qui Oſtraciſmo damnarẽtur. Norit Philippum, cùm eos loco non mouit, ſolerter ac prudenter egiſſe: nec tam illorum aut honori, aut vtilitati, quàm priuatis commodis conſuluiſſe. Nam eos quin de ſuo donaret quicquam, eo quaſi beneficio ſibi obligabat? offendebat, ſi vertere ſolum cogeret: præterea quas alias ſedes, quos reditus aſſignaret? cùm neceſſe foret alijs adimere, quod ipſis donaret? Tandem neque Luſitani Hiſpanico in ſolo, nec Hiſpani in Luſitanico, tanquam alieno, contenti viuerent. Itaque domi ſuæ nobiles reliquiſſe, non honeſtum modò & vtile, ſed neceſſarium etiam conſilium fuit.

Iam id quod addit, *Plebs indemnis*, cui non ſtomachum faciat? Ergo

bone vir, opprimendus erat populus? vexandus, torquendus? O Barbari, ô Tyrãni vocem! Ecquis hoc vnquam, aut Sarmata, aut Scytha effutiit? Ne in Aloſi hoc quidem ſua Nero canere auderet. Nec ille opinor Tyrãnus, qui vnum optabat populo Romano collum eſſe, quod ictu vno præcideret, tam atrocem ferret ſententiam. Vt enim optando dixerit, certè nec conſuluit, nec ſcripſit. Itaque ille iratus dixit ex tempore. Hic ſedatus, & ſui animi compos. O Trucem! ô immanem? Det mihi, quæſo, ille Tyrannum, cui hæc doctrina placuerit? ne dum tradiderit? Certè ne Pheræus quidem Alexander, nec Dionyſius, nec Phalaris, nec Marius, nec Sylla huiuſmodi ſunt artem profeſſi. Nam, vt ſæuitiæ fines tranſierint, intra ſuos ſe carceres continuerunt. Intra æmulos, & inimicos, & priuatos ſtetit crudelitas. Vltrà in populum ſæuire, eſt in omne hominum genus ſæuire: ac illud vellē delere. Torrentis more furentem milirem, Cæſar voce illa repreſſit, *Parce ciuibus*. Tarquinius Regno pulſus, populi cæde abſtinendum docuit, cùm decuſſis papauerum capitibus, Optimates tantùm deſignauit. Vexari populos, nec Chriſtianæ, nec humanæ leges ſinunt. Quàm prudenter Romani, ne irritarent plebem, ad communionem eam magiſtratuum, thorique admiſerunt! Quod imperij vinculum fortius, quàm in populum Principis beneficentia, & populi in Principem beneuolentia? Nulla certior ad Imperium via, quam gratia apud populum. Lucius Tarquinius Priſcus, & Valerius Publicola documento ſint. Niſi hac arte pararetur Regnum, non iret è Saxo Tarpeio præceps Manlius: non diſtrictos per media pectora Spurius Caſſius, & Spurius Melius enſes exciperent: quos popularis aura ad ſceptrum ſecundo flatu impellebat: ne peruenirent, gladij interceperunt.

Suet.

Suet.

Plut.

Cæſar. Suet. Plut.

Tit. Liuius.

Idem. Dionyſ.

Liuius. Plut.

Tit Liu. Dionyſ.

Quem tu opprimere velis populum, eum tu ad ruinam Principum diſponis. Vixdum Pharao vexare populum cœpit, cùm & de eo liberando, & de Rege puniendo Deus cogitauit, cauſamque prodidit. *Vidi*, inquiens, *afflictionem populi mei*. Robohamum quid, niſi vexatio & afflictatio populi, parte Regni potiore priuauit? Poſtquam *reſpondit populo dura*, & illud iniecit. *Ego addam iugo veſtro*, eius ſolium vacillauit. Tam eſt honeſta populi cauſa; vt ad eam Chriſtus mortem referri ſuam voluerit, *Vt vnus moriatur homo pro populo*. Cùm Deus vltor inſtabat, & intentabat ictum, populi iniecta mentio reprimebat. *Parce Domine, parce populo tuo*. Tam cum Deo populus eſt coniunctus, vt qui in gemitum cogat populum, gemere quodammodo Deum faciat. Nam ſi *vox populi, vox Dei*. cùm vox populi erumpit in gemitum, Deus illâ quidem voce ingemiſcit. Quod Reges Paſtores ſint, populum debent non opprimere, ſed leuare, non vexare, ſed fouere, non torquère, ſed lenire. Iuſta Principis vox, *Tondere pecus, non deglubere*. Cùm opprimuntur populi, cùm affliguntur, ad vindictam Deus prouocatur. Vt enim optimè Gregorius, *Subiecti à ſuperbis Dominis oppreſſi, clamant ad Dominum contra eos*. Itaque non minùs ſe populo infeſtum exhibet author, cùm vexari eum, & opprimi cupit, quam Regi ſuſpectum; cùm ei vt torqueat, crucietque perſuadet, dum enim illi tormentum, huic certè ruinam parat.

Exod. 3.

3. Reg 12. 2. Par. 10.

Ioan 11.

Ioel. 2.

Ariſt. lib 6.

Suet.

Greg. lib. 6. Moral.

Quòd ſupereſt, videamus. *Popularibus rerum publicarum adminiſtratio relicta.* Eo dicit, quòd ineptos ad Reipubl. adminiſtrationem Luſitanos iudicet: ſiue quod doleat præfuiſſe eos, perinde ac ſi Caſtellani præeſſent, non eſſet Luſitania à Caſtellæ Rege defectura. Sed in altero fallitur opinione; in altero ſpe deluditur. Nam peritiſſimos eſſe gerendæ Reipubl. Luſitanos vel ipſi documento ſunt Caſtellani, in quos alteram Imperij Virgilio probati, exercuimus partem. Virgil.l.6.

Debellare ſuperbos.

Imo & alteram modò in bellis exercemus. *Parcere ſubiectis*: cùm abiectis armis, ad pedes noſtros proſtrati vitam orant. Ij nec bellare ſciunt, nec parcere: cùm ſi contingat vincere, immaniter ſæuiant. Atque vt oculi Authori dolerent, poſſem ire per Imperatores Africæ, Aſiæ, Americæ, per Proreges Indiæ, qui ſanè magiſtri huiuſce Politicæ artis extiterunt. Sed longiùs iſta ſunt poſita. Poſſem Clariſſimos Reges noſtros in medium afferre, quorum tam iuſtum fauſtumque Imperium fuit, vt nulla in eos vnquam turba ſeditione mota ſit. Quòd Bozius, alienus & locuples author, non ſine admirationis ſenſu obſeruauit. Certè vt excellentes apud Caſtellanos, Legionenſes, & Aragonenſes imperij artibus Reges extiterint, nemo eorum Perfecti Principis cognomen meruit. Quod vni è noſtris Regibus Ioanni Secundo Iure tributum. Sed argumenta quæro propiora. Illud hæret cauſæ & loco. An non hodie apud Caſtellanos Luſitani magiſtratus gerunt? nullus ferme eſt, vel domi clarus, vel foris ſplendidus, quin à Luſitanis adminiſtretur: ac ijs quidem Luſitanis, qui non ſtudioſé electi, ſed caſu inter eos inuenti, & à nobis ad eos tranſlati: vt obuius quiſque Luſitanorum anxiè quæſito Caſtellano par fuerit. Ecce vnus in Germania, alter in Catalonia, tertius in Belgio, alius in Italia ſummæ nuper rerum præfecti, vt minora referre, quæ obeunt, munera omittam: quæ tot ſunt, vt videātur homines honoribus, non honores hominibus defuiſſe: ſingulari Caſtellanorum beneficio, ne ſi plures inter eos Luſitani eſſent, omnes ſibi honores præriperent. Itaque decipi eos, ſi minùs ad regimen aptos Luſitanos putant, compertum eſto. Boſius. In eius vita.

Et verò egregiè item falluntur, ſi rentur, niſi Luſitani adminiſtraſſent Rempubl. defecturam non fore Luſitaniam. Non id nunc diſputo: an ſit verum geſſiſſe Rempubl. Luſitanos? id tantùm ago, vt doceam, ſi Luſitanicè Imperium regeretur Luſitanū, non defecturam Luſitaniam: nam ideo ſanè defecit: quòd Caſtellani, & maximè alieni Imperij formam pati non potuit. Vidit leges antiquas abrogari, conculcari: vidit ius vexari, rumpi, infringi: vidit conſtitutiones torqueri, adulterari, conuelli: vidit priuilegia minui, adimi, tolli: alienis ſe Dominis ſeruire intellexit: libertatem expectauit, iugum excuſſit: non excuſſura, niſi alienum ſenſiſſet: non ſenſura, ſi Luſitanum eſſe vidiſſet. Non hoc prudentem latuit Philippum: quo non eſt author, opinor, prudentior. Præuidit tandiu manſuros eſſe in fide Luſitanos, quandiu patrium regimen haberent, mutaturos fidem, ſi mutarent. Retinere maluit formam Reipublicæ, vt eos in fide contineret. Agè verò; quî poſſet Luſitanicum corpus Caſtellano ſpiritu animari? Quî poſſent Luſitana Caſtellano cum capi-

te membra conſiſtere? Noſtrum ne, aut Caſtellano corde pectus, aut cerebro càput conſtaret? Certè nec artus Caſtellanum motum, nec aures Caſtellanam vocem ferre potuiſſent. Diuerſitas ipſa linguæ animum offenderet, cor auerteret. Acerbum ſupplicij genus eſt peregrinæ linguæ gentis imperio ſubjici. Illud enim Deus populo minari ſolitus ſuo, ſi à recta viuendi ratione diſceſſiſſet. *Adducet Dominus ſuper te gentem, cuius lin-*
Deuter. 28. *guam intelligere non poſsis.* Ac vt Prophetis metum, quem prædicandi conceperant, excuteret, admonebat, non ad populum *profundi ſermonis, &
Ezech. 3. ignota linguæ*, conciones habituros. Ineſt enim neſcio quis peregrino ſermoni horror, quo animi maximè percelluntur, & alienatur. Hinc apparet quã intẽpeſtiuè author velit, Luſitanos diuerſæ linguæ populo ita ſubjici, vt ab eo gubernentur. A quo enim quis abeſt ſermone, & corde abſit neceſſe eſt. Mira ſanè cordis, linguæque interſe ad animorũ motus conſen-
Actuum 21. ſio. Ad Hebræos Paulus, penè ab inimicis circũuentus dicere pro roſtris, cauſam agens ſuam, cùm vellet; vt eorum captaret beneuolentiam Hebraico vſus eſt idiomate, cùm paulò ante Græcè locutus eſſet, nec vti Syriacâ linguâ voluit, quanquam id temporis vſitatâ. Multò noſter hic Author, quàm legatus ille Sennacheribi Aſſyriorum Monarchæ Rabſaces, minùs in Politicis vidit; qui cum ad deditionem Solymæos ciues hortari conſtitueret Hebraicè ad eos orationem habuit, quòd ſciret
4. Reg. 18. quanti ſit, ad conciliandos, flectendoſque animos patriæ vocis ſonus, cuius ingruentis in cor occulta vis, mentem prorſus expugnat. Quod quia Eliacim, vnus ex purpuratis Regis Ezechiæ prudenter timuit, interceſſit, orans Rabſacem, ne Hebraico idiomate, ſed Aſſyrio vteretur: proinde quaſi aliena lingua ad perſuadendum inepta omnino, & abſurda eſſet. Verum non ille Rabſacen, virum ſagacem, & cautum à ſententia dimouit, qui quòd eâ ratione deditionem conſequi ſperaret, *Clamauit voce magna Iudaicè.* Hac de cauſa inſtitutum ſalubriter fuit à noſtris Luſitanis, & à Caſtellanis Regibus receptum, vt Regia diplomata, & quæcumque à Regio ſenatu ad nos Matrito literæ Regis nomine mitterentur, Luſitanicis characteribus, & verbis ſcriptæ venirent: ne ſi Caſtellanus ſtylus eſſet, corda Luſitanorũ auerteret, animoſque offenderet. Quàm ergo ſit Politicæ Artis ignarus Caſtellanus hic ſcriptor, vel hoc vno argumento apparet, quòd credidit Luſitanos, ſi Caſtellanis à quibus linguâ ſtudijs moribuſque maximè abhorrent, parerent, non eſſe ab ijs defecturos.

ARTICVLVS IV.

NOſtris hominibus Hiſpanis, tanquam inertibus ac penè truncis ad omnes tum ſacros, tum profanos honores aditus interdicti. Cautum lege: ne quem quis indipiſceretur: eâ nos ceu Turcas, & Scythas longe à penatibus ſuis arcuerunt. Ita noſtri honoribus priuari. Quo, propter Philippi incogitantiam, obrepente malo, tota Hiſpanici Imperii moles laborat.

CONFVTATIO IV.

CVius ne verba quidem cohærent, quomodo ratio conſtet? En quod proximè monueram. Cordi cum lingua conuenire: vt quid illud

illud ſentiat, iſta non ſupprimat: & affectu cordis lingua cieatur. Percuſſus cordis ſenſus verba corrumpit. Priuatos magiſtratibus, excluſos honoribus Luſitanis Caſtellanos dicit, perinde quaſi proprij Caſtellanorum eſſent. Nemo enim à quo eſt alienus, ab eo priuatur: nemo in quo ius non habet, ab eo excluſus dicitur. Aliud eſt negari honores; aliud, opinor, honoribus priuari. Aliud non admitti, aliud excludi. Nec linguæ tantùm error hic eſt, ſed etiam rationis. Niſi fortè ambitione & cupiditate acquiri ius putat. Hoc nomine Verres Euerriculum ſe Siciliæ fecit. Iam, quòd non admiſſi ſint ad magiſtratus Caſtellani: non ſequitur eos, tanquam indignos, cum ignominia repulſos. Nec enim nos eos tanquam ſacros, & morte addictos homines arcuimus, ſed veluti alienos, & peregrinos remouimus. Iure noſtro, citra eorum iniuriam fecimus. Lex ita Luſitana iubet. Quæ de medio iure ſumpta eſt. An non vetant leges ciuiles, & conſtitutiones Canonicæ ad honores, & magiſtratus admitti externos? Quæ omnes à fonte Diuini iuris deriuantur, nam ille Deuter. capite. 17. continetur. *Non poteris*, inquit, *alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus*. Ab hoc culmine, & authoritatis, & dignitatis ad alia tum teſtimonia, tum honores facta diuortia. Nam de Propheta, ait Deut. 17. *Degente tua, ac fratribus tuis ſuſcitabit Dominus Deus tuus Prophetā*, Cùm præſertim alio loco Sacræ Paginæ, Iudicis munere aduenæ homini interdicatur. Ecce enim Geneſ. 19. dicitur. *Ingreſſus es vt aduena. Nunquid vt iudices?* Hoc ipſum antiquiſſimæ Gotthorum leges: hoc Toletana Concilia ſtatuerunt. Nec in ijs, non quæ ex peregrinorum regimine oriuntur incommoda, referuntur. Eequis igitur Luſitanam legem reprehendat, quòd caueat, ne cui externo, & aduenæ aditus pateat ad magiſtratum? Quin & in Caſtellæ Regnis, eadem lege ſancitum, ne quis ad honores peregrinus obreperet. Hàc inſtauratâ ſeditioſos comprimere moderatores Hiſpaniæ Communitatum tempore voluerunt. Quid? quòd in Hungariâ Optimates Ioanni Sepuſio Regnūm tradere, quàm Ferdinando iuſto hæredi maluerunt, quòd Sepuſius indigena, & ciuis: Ferdinandus aduena eſſet. Majorem vim ſanguini, quam iuri eſſe voluerunt. Hanc naturâ legem mortalibus indidit, vt ciuem alieno præferrent: adeò vt Deus Hebræis preſcripſerit, vt non modo Regem alienigenam, ſed ne inſititium etiam & proſelytum crearent: atque adeo arctius eſſe regni cum ſanguine, quam cum lege vinculum voluit. Nam cùm ad Religionem admitteret, à Regno excluſit. Quam periculoſum ſit rerum publicarum curam externis cōmittere, eoſque ad magiſtratus vocare, debuit Author domeſticæ calamitatis exemplo diſcere. An ignorat fatale illud Communitatum malum, ab hoc fonte fuiſſe profectum? Sanè quia Geurius, & alij Belgarum optimates, præcipuos in Caſtella honores geſſerunt, aliorum ſunt animi exulcerati; donec in ſeditionem grauiſſimam erumperent.

Cicero in Ver.

L. in Eccleſ. C. de Epiſc. & cler.

L. vnica C. ne liceat habit l. 11.

C. obitum & c. Nullus. 61. diſt. & C. Bonæ 2 vtet intelleximus de poſtus Præl.

Apud Caram. l. 5. d. 8. 7. 4. 2. 2.

Concil. Tolet. 6.

Apud Molin. de Primog. l. 1 c. 2. n. 11.

C. eligrina. vnaquæque G. 3. q. 6.

Vide Abul. in Exod. 22. 9. 88 & 23.

Mat. 9. 90.

Ita Illeſc. & Sandoual. in vita Caroli.

Quid? ſi iniuſta ſit Authorum querela? Nam certè non ſunt ab honoribus, magiſtratibuſque Caſtellani prohibiti: Obrepſere non errore noſtro, ſed aſtu ſuo, vi legibus factâ. Summos apud nos honores geſ-

ſerunt. Paulatim ſeſe in Rempubl. inſinuarunt: in ſenatum, in Conſilia irrepſerunt: mox palàm admiſſi, tandem in Republ. dominati. Vidimus eos vectigalia, reditus, totam Regni ſubſtantiam moderari: vidimus à pleriſque, Luſitanici Sanguinis iure, opes ad Caſtellam noſtras deriuari: ſenſimus eos ceruicibus noſtris imminere. Omnia ad ſupremum Madriti Tribunal reuocata; nihil apud nos definitum. Itaque leges, & conſtitutiones ſpecie noſtræ erant, re Caſtellanæ: eò majore iniuria & dolore, quòd eas torquebant, & arbitrio formabant ſuo, vt prorſus adulteratæ Caſtellanorum nutui ſeruirent. Adſcribit: *Iniqua lege cautum ne quis indeptus.*

Pſal. 2. Exod. 32. Hem! cuſtodiam & obſeruantiam legum in iniuriam vertit, quaſi illa vis obligandi, iniuriam cuique faciat. Annon videt Deum quondam in virgâ ferreâ rexiſſe populos? Et igneo ſpiritus ſancti digito in lapidibus impreſſiſſe leges? Non meminit Romanos haſce in tabulis æreis incidere ſolere? Ecce Aaronis, quæ communis, item Moyſi Legiſlatoris ſummi, virga fuit, retentis in quos erupit, floribus, Crucem repræſentabat? eo argûento, quòd qui voluerit legum florere obſeruantiâ, is nihil de cuſtodia Princeps remittat, imò ſupplicia violantibus intentet? Ineptit ſanè Author, dùm ait, Caſtellanos à nobis, cum ſunt ad cuſtodiam legum noſtrarum compulſi, Turcarum, & Scytharum loco habitos fuiſſe. Eo ne apud illos numero Religio eſt, vt qui Religioſos eos vult, is Turcas Scytaſue eſſe velit, Quid? Quod non tam ſumus inepti, vt id velimus, cùm nimis ſit Scytha frigidus, minùs Turca immanis, vt Caſtellanus ſit. Verùm ſi non regionibus, ſed ingeniis homines æſtimâtur: fieri fortaſſe poteſt, vt in Caſtella, ingenio Turcico homines, & Scythico ſint. Atque huiuſmodi ego Authorem, dicere non verebor, quippe qui hoc in ſuo, quòd improbamus, opere, ſæuitiâ, ferocitate, barbarie Turcam & Scytham agat. Quin, & ſi oculos ad Occidentales Indias referamus, aliquos ibi Caſtellanos inueniemus tam immanes, vt Authore Epiſcopo Chiapenſi multò in Chriſtianos minùs Turcæ, quàm ij in miſeros Indos ſæuierint. Quid adijciat attendamus. *Quapropter incogitantiam Philippi obrepente malo.*

Vuolph. Roſin. Num 27. Ita Auguſtin. Vide ſtalens. Epiſ. Chiapé. Infrà hac de re latè.

Impudentis hominis vocem? Eò lubentiùs impudentem dico, quòd manifeſtam Philippo Regi ſuo Prudentiſſimo iniuriam facit. Non hac parte Philippus peccauit. Nec eum Prudentia defecit, ſed Iuſtitia, imò & metas prudentiæ tranſiit, & in aſtutiam, & fraudem degenerauit. Quo ei iure incogitantiam tribuit? Mihi hanc ego honoris in Rege vindicati gloriam vendico. An incautus, an imprudens Philippus? Rem non multò antè præuidit? non prouidit? Turpe Imperatori bellico eſt dicere: *Non putabam.* Quãtò Monarchæ turpius & fœdius? Nullâ maiore affici Rex iniuriâ poteſt, quàm cum ei incogitantia, & imprudentia tribuitur. Peccata quæ commiſſionis à Theologis dicuntur, fortaſſe ſunt in priuatis hominibus majora: In Regibus quæ omiſſionis appellantur: quòd tu Politicè, ac in omnibus qui præſunt, intellige. Nam quæ committuntur, vno tantum actu plerumquè conſummantur: hoc finiuntur: hoc pereunt. At quæ per imprudentiam admittuntur, ſolent

Ex Apoptheg.

ſecum multa, & grauia detrimenta trahere. Itaque in ſacris litteris peccatum incogitantiæ commiſſum, Hirci ſacrificio expiatum. Quid? quòd ipſe Rex Dauid ad Deum conuerſus *Delicta*, inquit, *iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris*. Perinde ac delicta, tempori, ac ætati imputaret: ignorantias ſibi, tanquam propria Principis peccata, tribueret. Rex ille noſter, qui perfecti Principis cognomentum meruit, Ioannes ſecũdus vni ex intimis qui à tergo Regiæ in qua ſedebat exedræ licentiùs incubuit, illud dixiſſe fertur. *Regem oculeum totum eſſe*. Myſtica illa quatuor Animalia, reapſe Cherubinos, apud Ezechielem Dei currum trahentes, oculis, ac manibus, (vt omittam cætera) plenos fuiſſe legimus; vt nequid agerent, quòd non præuiderent. Vna oculi, & manus ibant: nequid excideret: ne quid obreperet per incogitantiam. Ad hæc ſuper ipſa tria Animalium quatuor vè corpora, Aquilæ facies eminebat. *Facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, vt nihil de vigilantia detraheretur, imò verò vt duplicata vigilantia commendaretur: quam nunquam ſuperfluam forè intelligeres.

Leuit. 4.
Pſal. 24.
Reſend in eius vita.
Ezech. 1.

Ergo ne Rex Philippus improuidus? Regiam propè perſonam extinguit, qui Regem inducit improuidum. Eodem, quo cadauer numero, Princeps ignauus & ſomniculoſus habendus. In hanc rem aptus ille eſt locus Regum, vbi refertur Dauid in campo Gabaa Hac hilla dormientem in caſtris Saülem Regem inueniſſe: nam cùm eum Abiſai Comes Dauidis arreptâ lanceâ vellet transfigere, obſtitit Dauid, nec paſſus eſt eum qui ſomno ſepultus erat, occidi. Fortè quòd credidit, qui ſomno deditus & ignauiæ Princeps erat, eum pro mortuo habendum. Itaque eum (Epamidondæ dictum eſt) vti inuenerat, reliquit. Nam cùm vita Principis ſapientia, & vigilantia ſit; qui eâ careat; vita deſtituatur neceſſe eſt. Quare haſtam ei, ſcyphumque detraxit, tanquam ſpoliaret iacentem; ſecumque duxit, vt iuſtum de illo tropheæum erigeret. Ex quo apertè conſtabit, quàm iniquus Philippo Regi Author ſit, dum eum improuidum vocat, & negligentem: nec ſatis impendentia Reipub. mala prouidiſſe. Quæ ſanè non alia meliùs ratione auerti, quàm eâ, quàm Philippus inſtituit, potuerunt: eam quòd Philippi alii nepotes peruerterunt, Regnum quoque euerterunt.

1. Reg. 25.
Apud Plutar.

Quod fatetur, Hiſpanici Imperij molem, abſciſſâ Luſitaniâ laborare, gratum nobis eſt, quod & verum ſit, & maximum hoſti dolorem afferat. Doleant iis oculi, dum vident illâ ſe columnâ deficiente corruere, quod noſtræ certè magnitudinis argumentum eſt. Et quidem labare Hiſpanicum Imperium, ipſi hoſtes ſentiunt. Luſitaniâ velut anima quædam per artus infuſa, Hiſpaniæ ingens illud longè latèque diffuſum corpus animabat. Ab ea vim, halitum, ſpiritum accipiebat. Animabat Hiſpaniam Luſitania opibus, & mercibus Orientis. Suas & exquiſitas Iaponia, ſuas itẽ Sinica, & quidẽ præcioſas regio mittebat. Quidquid Perſis magnificum, quicquid nouum Æthiopia, quicquid opulentum Malaca, quicquid dulce ac variũ Braſilia, quicquid Mina, Guinea, Angola, Congũ, & Arſinaria Regio pretioſum & lautũ ſuppeditat, in Hiſpanicũ gremium inferebatur. Hùc Molucarũ Cariophyllũ inſularum, hùc odoræ nuces, &

Vide Barr. & Goeſ. Maffæium.

maſſæBandæ, hùc Sandalũ Timoris, hùc Canfora Bornei, hùc Adamantes Narſingæ, & Balagatis, hùc Carbunculi Pegûi, hùc pretioſæ Bengalæ veſtes, hùc Calecaris vniones, & Piſcariæ Margaritæ, hùc aurum Sofalæ obryzum influebat. Hiſpaniæ noſtrorum ſapientum conſilia, virtus Imperatorum, robur militum, vis armorum, claſſes, armamenta, naualia, epibatæ, tormenta, commeatus, opes, diuitiæ, ſeruiebant. Hiſpaniæ ſtemmata Luſitana, & inuicta ſigna, quæ majores noſtri in editiſſimis remotiſſimarum gentium montibus collocarunt, ſubijciebantur:. quæ ventorum excepto flatu vndantia, feſtiuo ſonitu excitato, dominanti plaudebant, His & aliis dum coniuncta Caſtellæ Luſitania fuit, proſperè fruebatur. Nunc cùm auulſa eſt Luſitania deſtituitur: atque adeò caret fructu ampliſſimo commercii opulentiſſimi, & gloria Imperii florentiſſimi. Amiſit tereſtres copias, vires maritimas amiſit, ornatiſſimas claſſes, reditus ditiſſimos, merces pretioſiſſimas, opes maximas. Amiſit vrbes portuoſiſſimas, ſinus tutiſſimos, ſtationes fidiſſimas, inſulas opportuniſſimas, arces munitiſſimas, pręſidia firmiſſima: amiſit commercia Atlantici, Oceani, Rubri Mediterranti maris: amiſit liberam nauigationem ſinus Anglici, Indici, Sinici, Iaponici, & totius Archipelagi Orientalis: Amiſit Reges ſtipendiarios triginta duos, populos vectigales viginti, vrbes Regnorum capita, duas ſuprà quinquaginta, & vaſtiſſimum in omnem terrarum ambitum imperium ad octo leucarum millia diffuſum: cuius nemo magnitudinem exactè ſciat, niſi qui ſolis per cæli ſpatia inſtituti curſus, ineat rationem. An non tantæ mentis defectum Hiſpania ſentiat? Certè hoc ſpiritu deſtituta animam agit, donec efflet, & trunci more ingentis iaceat *ſine nomine corpus*. Sepulchri fortaſſe indiga, quòd tam immane cadauer, ſine Luſitania terra non capiat. Deque eo id quod de magno Pompeo Velleius dixit, vſurpari iure poſſit. *In tantum ſibi in illo diſcordante fortunâ, vt cui modo ad triumphum terra defuerat, deeſſet ad ſepulturam.*

Æneid. 2.

Velleius Pa. terc.

ARTICVLVS QVINTVS.

Sacra nobis litteræ, ad quas velut cæleſte ſpeculum animi noſtri faciem componi fas eſt, documento ſunt, quæ ineundi, conſtituendique imperij optima ratio ſit, Salmanaſaris exemplo propoſito. Qui occupato Iſraëlitico regno, non modo Regiæ ſtirpem gentis auulſit, ſed & populum radicitùs extirpauit, decem integris in alienum ſolum translatis Tribubus, & in varias partes diſtractis, quæ ductis in ſolum, quod verterant è ſuâ gente Coloniis. Cum multò Salmanaſari minùs in Hebræos, quàm Philippo in Luſitanos per ius liceret.

CONFVTATIO QVINTA.

IN hoc capite non tam Regis Regnique, quàm diuinarum litterarum vindicem ago. Quarum doctrina abutitur: cæco iracundiæ impetu ductus. Vt nobis perniciem machinetur, exempla immanitatis aduocat, & imitanda proponit, perinde ac liceat in nos, quidquid durum, & cru-

dele ab alijs geſtum eſt. Quin vel cauſas applicet, vel rationes inquirat. Ac primùm magnam ille ſacris Scripturis iniuriam facit, dum ſine vllo delectu exempla colligit; nec quid ea ad imitandũ, quid ad cauendum proponat, diſcernit: nam ſi quidquid in ſacris litteris continetur, imitandum eſt, næ nos cum Caïmo homicidæ; cum Achamo ſures, cum Dathane, & Abirone, contumaces, cum Giezi auari, cum Simone Simoniaci, & cum Iuda proditores erimus. Qua in re multò, quam Manichæi turpiùs erret author, neceſſe eſt. Cùm hi quæ à iuſtis & ſanctis perperam facta ſunt, non vituperanda dicerent, ſed laudanda, hîc verò noſter author, quæ impij, ac ſceleſti patrarunt, imitanda proponat. Nec ſibi admodum conſtat. Nam ſpeculum actionum noſtrarũ Scripturam vocat; quo ſe ipſe redarguit. Cùm quos illud næuos, & vitia oſtendit ea oporteat cauere, & emendare. Quantò Auguſtinus meliùs docet Sacri huius ſpeculi vſum: *Vt quæ deformia, vitioſaque ſint, fugiantur. Ne quæ illa commemorat, vitia neceſſe ſit approbare.* D. Auguſt. contra Fauſtum.

Igitur Salmanaſaris exemplo vult Reges Caſtellæ inſtrui, vt Regem Regnumque noſtrum funditùs euertant, ac tollant; atque adeo Iſraëliticam illam tranſmigrationem renouent. Primùm Salmanaſar Rex impius, ac idolorum cultor fuit. Præterea flagellum Dei, ad vlciſcenda Iſraëlis peccata immiſſum. Ex quo ſequitur nec quicquid geſſit honeſtum fuiſſe; nec, vt fuerit, exemplo Philippis eſſe potuiſſe. Certè Chuſan Raſathaim Aſſyrius, Iabin Chananæus, Oreb, Zeb, Zebee, Salmana, Madianitæ, & alij Principes Ammonitæ, Amorrhæi, & Philiſthæi vltores, & vindices ſcelerum à Deo deſtinati: nec ideo tamen iuſti; nam niſi immaniter, & impiè graſſarentur; non eos Dominus poſteà deleret. Iam quod & in flagellum electus ſit, non eum ſanè commendat. Nam quos Principes ad ſupplicia Deus deſtinauit, ij plerunque barbari, ac truces, & ad feritatem ſæuitiamque comparati. Quibus idcirco non debuit Philippos Catholicos Reges aſſimilare. Nam puniri à Deo iuſtum quidem, & aliquando optandum: at inſtrumentum ſupplicij eſſe, id certe non optandum. Hieronymus ſanè, & Auguſtinus quæſtionarios etiam, & tortores Angelos, ne dum Principes horruerunt. Horum è numero fuit Salmanaſar; cuius opera Deus Regem Oſee, & populum Iſraëliticum deleuit, ob immania ſcelerum portenta, quæ à Ieroboamo authore Regni, & Idolorum cultore impijſſimo per tot ſecula nefariè admiſerant. Vti multò ántè vaticinati fuerant Videntes, de quibus Dominus. Norint quantam Regibus ſuis iniuriam author irroget, dum eos ſimiles Barbaro, & impio Regi facit. Quo & eos tortores, & ſuppliciorum miniſtros, non Principes legitimos fuiſſe docet: ac eò iniuſtiores, & iniquiores, quòd nos multò minùs certè, quàm quos per Salmanaſarem punijt, nequiores; cùm ad impia illa, & nefaria ſcelerum monſtra non deflexerimus. Quo fit, vt ij non iam Principibus truculentis, & immanibus, ſed ipſis prauis Angelis, qui Cacodęmones ſunt, ſimiles euadant. De quibus Dauid ait. *Immiſſiones per Angelos malos.* Horum enim operâ vſus eſt Deus, in peccatis Iuſtorum hominum vindicandis: nec enim meminiſſe ſe, ait Auguſtinus, iuſtum quemquam, ni-

4. Reg. 17. 18 Vide Abul. & interpretes.

In lib. Iudic.

D Hieron. D. Auguſt.

4. Reg. 17.

Pſal. 77.

D. Aug. qu. in Exod. & hic.

ſi per Cacodæmonem fuiſſe à Deo punitum. Debeant hoc mihi Caſtellani, Philippos Reges Catholicos ab hac iniuria vindicaſſe. Licet enim in nobis torquendis, atque vexandis ad crudelitatem deflexerint, in impietatem certè non deuenerunt.

4. Reg. Iam verò ſi velle pergat, vt quod Salmanaſari in Iſraëlem licuit, id & Philippo in nos licuerit: & iuri, & pietati, & dignitati Regis ſui detrahit. Nam nullum aliud Philippo ius, præterquam tortoris relinquit. Cùm hàc tantùm ratione Salmanaſar ius in Hebræorum populum habuerit. Deinde quod Salmanazari propter ſcelera illius populi licuit, Philippo in nos licere non potuit. Itaque ſi eâdem nos pœnâ plecteret, non modò læderet iuſtitiam, ſed pietatem etiam violaret: cùm præſertim nullum à Deo vexandi nos, ac torquendi præceptum habuiſſet. Tandem ſi Salmanaſaris inſtar, imperium in nos accepiſſet, illud certè non Principis, ſed tortoris extitiſſet, atque adeo non Rex dignitate, ſed Tyrannus immanitate habendus.

Eſt adhuc quod refutem. Ait Phlippum multò plus iuris in Luſitaniam, quam Salmanaſarum in Samariam habuiſſe. Id nego. Nam Salmanaſari Deus præcipiendo ius dedit ac de ſuo, ideſt, diuino dedit. Philippus nullum ius, præter iniuriam, habuit. Si quod enim erat, violentiâ, dolo, fraude, crudelitate, impotentiâ extinxit, imò contra ius faſque tum humanum, tum diuinum, Regnum occupauit. Itaque rectè Capucinus ille. *Ius*, inquit, *armis vindicaſti: Luſitaniam per vim & iniuriam occupaſti, & vi intruſus ius omne amiſiſti. Oſtio aberraſti; atrio tanquam fur & latro irrupiſti.*

Capucinus Gallus in Epiſt. ad Philippum II.

Tandem animaduerto authorem Salmanaſaris nunc, & infrà Nabuchodonoſoris exemplo adducto, ingenio ſuo, id eſt, truci indulſiſſe: ſæuire in nos quippe pro ſua humanitate propoſuit. Itaque non ſequitur exempla, ſed trahit: & ad genium ſuum format, quò ſæuiat. Nam cum poſſet, aut Phulis, aut Theglatphalaſſaris, aut alterius Nabuchodonoſoris, aut eiuſdem alio tempore, aut Sennacheribi, qui multò in Hebræos minùs ſæuierunt, exempla adducere, noluit vti niſi Salmanaſaris, & Nabuchodonoſoris, cùm immaniſſimi extiterunt. Ea enim ei tantùm placebat crudelitas, quæ ſumma eſſet, & nullum pietati locum relinqueret. Alia, quòd deſideraret cumulum, immanitas; impar innatæ feritati: itaque illa placuit, quæ crudeliſſimi voti compotem faciebat.

4. Reg. à c. 15. ad finem.

ARTICVLVS SEXTVS.

NEc tamen materiem odii Aſſyrii tantam Hebræis ſæuiendo dederant, quantam noſtris Luſitani dederunt. Quippe qui ad rabiem ex ira verſi, diris nos ſemper modis exagitarunt, nunc priuatis rebus inſidiantur, publicis ruinam parant.

CONFVTATIO SEXTA.

FAllitur opinione, quòd exiſtimat Hebræos ab Aſſyrijs propter accepta detrimenta fuiſſe, mulctatos. Nec enim eos Aſſyrij tam pri-

uatæ vindictæ ſtudio, quàm iuſto Dei imperio perſecuti. Altiores habuit radices illa calamitas Hebræorum. Sceleribus Deum ſuis ad vltionem prouocarunt. Aſſyriorum manibus, vſus eſt. Supplicij author Deus: ij inſtrumenta. Itaque quemadmodum Iob cùm innocens eſſet, acceptas calamitates Deo authori referebat, *Manus Domini tetigit me*: quòd ille Cacodæmoni, inferre ad exercendam virtutem plagas, permittebat; Iob 19. Iob. 1.
ita, imò & multò potiori iure illata Hebræis damna, non Aſſyrijs, qui inferebant, ſed Deo, qui iubebat, tribuenda ſunt. Sed quid ille dicat, videamus. Tam eſt dicendi in felix, vt vel nolens errorē admittat. Illud vēdico quod verè affirmat, & in eundem retorqueo: Hebræos multo minùs Aſſyrijs, quàm Luſitanos Caſtellanis nocuiſſe. Imo nihil Aſſyrijs Hebræi nocuerunt: quid? ne nocere quidem potuerunt. Sacri euoluantur libri, nuſquam aduerſus Aſſyrios criſtas ſuſtuliſſe Hebræos inuenietur. Potentiores Aſſyrij erāt, quàm vt ſibi ab Hebræis timere poſſent. Aduerſus Vide libros Regum. &
eos ne hiſcere quidem Hebræi audebant. Nunquam eos prælio vicerunt, Lyran. ib. &
nunquàm laceſſiuerunt. Si quando Ægyptijs ſubſidio venire voluerunt, Abul. & Salian. & Tor.
temeritatis pœnas dederunt. Nec id Deus vnquam, aut imperauit, aut niel.
tulit. Imò ſemper Aſſyrijs obnoxios Hebręos habere voluit, vt metu in officio contineret. Hinc illæ apud Iſaïam minæ à Sargone: hinc illæ apud Reg. 4.
Ieremiam à Nabuchodonoſore: hinc illæ apud Oſee, & Ezechielem à copijs Regum Aſſyriorum: quibus populū à patrandis ſceleribus deterrebant. Frequēter Aſſyrij Hebræorū vaſtare agros, vrbes diripere, incen- Iſai.
dere, copias delere, Reges capere, ſeruituti ſubjicere, plerumque vecti- Ierem.
gales & ſtipendiarios habere. Quæ facilè norit, qui legat ſuſceptas à Phu- Oſee. Ezechiel.
le Manahemi', Nabuchodonoſore Iudithæ, Theglarphalaſſare Phacee- 4. Reg. c. 15.
filij, Romeliæ, Salmanaſar Oſee, Sennacheribo Ezechiæ Regis tempo- Vide Interpret.
ribus, in Hebræos expeditiones. Hi verò non modò ijs pares eſſe non po- Ibid.
terant, ſed cum Ægyptijs etiam coniuncti inferiores ſe multò bellando 4. Reg 15. 16. 17 ad finem.
ſenſerunt: vti malo eſt ſuo Oſee Rex Iſraël, & Ioſias Iuda expertus. Ab Aſſyrijs tandem Regibus, capti Manaſſes, Ioachimus, Sedecias, vtrumque Hebræorum Regnum funditùs deletum, & populi in ſeruitutem abducti.

Itaque verò eſt verius multò plus Caſtellanis noſtros, quā Hebræos Aſſyrijs nocuiſſe. Cōſtat non modò pares nos ijs bellādo, ſed ſuperiores etiā extitiſſe. Eorum ſæpè fines tranſgreſſi, interiora armis peragrauimus, oppida munitiſſima expugnauimus, præſidia dejecimus, vrbes frequentiſſimas vi cepimus, mari quinquies, terra vicies, iuſto eos pręlio profligauimus: copias attriuimus: opes accidimus: ad pacem iniquis etiam conditionibus accipiendam compulimus: vbique de ijs trophæa erexi- Hiſt. Reg. Luſitan. Monarchia Luſit.
mus. Hæc Alphonſo primo, hæc Tertio, hæc Quarto. Hæc Dionyſio Rege. Hæc Ioanne ſecundo experti ſumus. Semel, vt omittam alias Si-
mancas vſque, ad ipſius penè (Vallisolleti vbi tunc Rex Fernandus cum Brandan. Brittus.
Reginâ matre, ac tutoribus erat) portas armati, victoreſque excurrimus: Valconcel.
& terrore, quidquid libitum eſt, extorſimus. Iterum Caſtellam inua- Faria.
ſimus, & maximam eius, quæ Vetus appellatur, partem occupauimus: Souſa Macedo.
Regnumque totum occuparemus: ni Caſtellani nos Principes, qui ad

imperium vocauerant, fefelliſſent. Fuit, cùm claſſe inſtructiſſimâ Hiſpalim, quam vrbem nauigauimus, obſedimus, preſſimus, & menſes vndecim arctiſſimâ obſidione vinctam tantùm non cepimus. Nec Ioannis adhuc Primi tempora commemoro, quæ fatalia Caſtellanis fuiſſe, vel ipſi fatentur, cum pertinaci vtrinque ſtudio certatum: tam obſtinatâ aduerſus eos fortunâ, vtaliter pugnare non poſſent, niſi vincerentur: & in noſtra poteſtate eſſe victoria, non in armorum arbitrio videretur. Duas, annis prope ſexcentis, Romani funeſtiſſimas clades apud Alliam, Cannaſque acceperunt: Caſtellani, annis multò paucioribus, quatuor ad Valdeucſium, ad Trancoſum, ad Aliubarroram, ad Valuerdium ſimillimas, ſunt experti. Sanè qui geſta inter vtrumque populum bella conferat, natum ad domandam Hiſpani ferociam Luſitanum reperiet: ac neſcio quo fato vidimus, non modo Hiſpano Gallum, ſed Portugallũ etiam fatalem hoſtem contigiſſe. Quo apparet, victricem nos cum Gallico ſanguine, quo maximè gloriamur, traxiſſe fortunam. Quòd? quòd nunc Rege Ioanne Quarto, vixdum recuperatâ libertate, languente adhuc ex caſu in Caſtellanam ditionem, Regni corpore, bellum inferimus, agros vaſtamus, arces capimus, præſidia imponimus, vrbes oppugnamus: nullo hactenus oppido amiſſo. Multis hoſtium, iiſque munitiſſimis occupatis. At ne de tumultuaris prælijs, in quibus fermè victores ſumus, dicam, nuper apud Montigium collatis vexillis, iniquo loco, alieno tempore pugnauimus: & haud dubiè ſuperiores fuimus. Nam & equitem hoſtem arcuimus, peditem fudimus, ad Anam vſque fluuium fugientes perſecuti, ſpolia legimus, ſaucios reduximus, imò occiſorum cadauera Principum recognouimus, & in loco vbi pugnatum, quantum ad fidem victoriæ faciendam ſatis fuit, ſubſtitimus: quòd ſi pauciores nos Caſtellanos quam ij Luſitanos, cepimus: id argumento eſt, & noſtros ardentiùs dimicaſſe, & ſuos liberiùs fugiſſe, & noſtris maiorem cædendi, quàm capiendi curam fuiſſe: cum præſertim Caſtellanâ in regione recipiendi, in ſua ſeſe locus hoſti foret: noſtris non foret, quòd in alieno conſiſterent. Ne quid hîc ego de fœdiſſimâ ſtrage, quâ ab Eluenſibus muris Comes Terracutius repulſus eſt, commemorem: quòd paulò poſt de illa commodiùs ſum dicturus.

Hiſt. Ioan. I.

Liuius D. 1. & 3.

Ioan. Baptiſta Birag. in Hiſt. Luſit.

F. Franciſcus à S. Auguſt in Enarrat. prælii Montigienſ.

Luſitanorum virtuti, & fortunæ aduerſus Caſtellanos, ſocioſque hoſtes bellicæ, illuſtre reſtimonium reddidit Gallorum Chriſtianiſſimus Rex Carolus VIII. qui cùm armis occupato Neapolitano Regno, Europam pene totam famâ nominis ſui, terroreque compleſſet, audiens Hiſpanos Reges, Auſtriacos Principes, Italos Populos, & reliquos pené omnes Europæ Dynaſtas, aduerſum ſe vnanimi conſenſu coniuraſſe: reſpondit, *Satis ſibi ad vincendum fore, vnum Luſitaniæ Regem, Ioannem Secundum: eo armorum ſocio; non modò à ſe Europam, ſed totum terrarum orbem ſubactum iri.* Itaque libenter accipimus quod imprudens Author concedit, multò à nobis plura Caſtellanis damna illata, quàm Aſſyrij ab Hebræis acceperint. Reprehendimus tamen Authorem quòd putarit Hebræos Aſſyrijs quicquam nocere potuiſſe. Syros cum Aſſyrijs parùm in ſacris literis verſatus confudit. Ergo errauit ille narrando, nos eius errorem in vſum noſtrum conuertimus.

In vita Ioan. II. Faria. Macedo.

Redeamus

Redeamus eò vnde digreſſi. Fallitur, dum Syros cum Aſſyrijs confundit. Hoſtes Hebræorum proprij, ac perpetui Syri: quibus cum, vti finitimis, & paribus odia, & ſimultates exercebant. Cum his bellare, hos ſæpe fundere, & profligare: quemadmodum & nos Caſtellanos attriuimus. Nec id ego longiùs perſequar, quod ſit notiſſimum, locos tantum indicem, & ad marginem reiiciam, vnde euentus petantur. Quod ad odium attinet, non negamus magno nobis odio Caſtellanos eſſe, ambigimus tamen, an nos ijs maiori ſimus. Quid ambigimus? multò nobis inimicitiores eſſe Caſtellanos fatemur: vt ſi quid nos in eos regerimus, prorſus reddamus: itaque eorum eſt odiſſe, noſtrum reſpondere. Ad externorũ iudicia prouocemus. Author & quidem idoneus ille Gallus, qui de irruptione in Luſitaniam à Philippo II. facta libellum Gallicè ſcripſit, affirmat, multò maius eſſe Caſtellanorum in nos odium, quàm noſtrum in Caſtellanos: cauſaſque odij, & iniurias ab ijs nobis factas recenſet. Philippi Comminei locupletis authoris, & Lipſij ſententia maximi illuſtre teſtimonium eſto. Is igitur in vita Caroli VIII. *Nulla Gens eſt, quæ magis inuiſa Caſtellanis ſit, quàm Luſitana, hancilli odio perſequuntur: hanc traducunt: hanc inſectantur.* Idque non negat eius Commentator Virrianus: imò eius rei rationem reddit, quæ in gloriam noſtram cedit. Inuidiam ſcilicet, rabiemque ex eo conceptam, quòd videant ſe à nobis duabus ijs maximè rebus ſuperari, quæ inter homines magni fieri ſolent, virtute foris apud hoſtes, amoribus domi apud feminas: cum nemo Luſitano promptiùs dimicet, nemo ardentiùs amet. Quin & afferre pergit virtutis exempla in prælijs aduerſus Caſtellanos edita, commemoratis apud Trancoſium. & Aliubarrotam victoriis. *Quas Luſitani,* ait *multo minore numero militum, de Caſtellano hoſte reportarunt: argumento, ſuperiores illos animo, & virium magnitudine Caſtellanis eſſe.* Quod ſi hæ odij cauſæ ſunt, næ illud nobis odium gloriæ fuerit.

3. & 4. Reg.

Lib. de la liberté de Portugal.

Philippus Commin.

Virrianus.

Vide Marian

Verùm, demus nos odio habere Caſtellanos. Quid tum? iure ne, an iniuria odimus? Iuſtam ij nobis & amplam materiem odij dederunt, longe aliud iſtud, ab illo Dauidis & Chriſti Domini odio fuit. *O dio iniquo oderunt me. O dio habuerunt me gratis.* Hoc malè de nobis merendo meruerunt. Praua eorum opera, & peruerſa odio habemus. Vitia, non homines odimus. Quæ Auguſt. doctrina eſt, à Dauide illo tradita verſu. *Perfecto odio oderã illos.* Acceptas ab ijs iniurias referamus. Cõſtabit, & quo nos ij sũt odio perſecuti, & quo eorum iure facta oderimus. Vix dum ortum in eunis Luſitaniæ Regnum erat, cum illud ſepelire Caſtellani in cunabulis ſtatuerunt. Cum enim Henricus Burgundus Comes dotatam Luſitaniæ Comitatu Tharaſiam, Regiam ſponſam, à Patre Imperatore Alfonſo VI. accepiſſet, cũque is Comitatus multò auctior, ereptis è Maurorum poteſtate multis & nobiliſſimis oppidis, ad Alfonſum Filium hæreditate veniſſet: ipſeque Alfonſus eumdem, multò pluribus ademptis hoſti locis locupletaſſet: eripere illi, tum Alfonſus VII. conſobrinus, tum Ferdinandus huius Alfonſi filius, & noſtri Alfonſi nepos, ac gener voluerunt: magna Alfonſi, maiori certè Ferdinandi iniquitate, quòd noſtrum Alfonſum, inſtitutũ iam, & Regem confirmatum Innocẽtij II.

D. Auguſt. hic.

Hiſt. Luſit. Brand. Britus. Vaſconcel. Souſa. Faria.

Iidem Authores.

& Alexādri III. ſentētiā de ſolio deturbare conatus fuerit. Sancio I. Rege Alfonſi I. filio Caſtellanorū copiæ Mauris mixtæ, in noſtram Luſitaniā irruperunt. Quo animo: inita cum Mauro hoſte ſocietas, declarat. Aduerſus Regem Alfonſum II. quòd ſe imparem fore vidit Rex Alphonſus Legionēſis, Vrgelenſem Comitem prouocauit, vt cōiunctis cum Ferdinando Principe viribus, Luſitaniam deuaſtarent. Hoc velut inſitum Caſtellanis in Luſitanos odium cum probè noſſet Sancius II. Capello, cognomento: Regno iam Apoſtolicā ſententiā ſpoliatus, in Caſtellam ſe recepit; & Ferdinādi Regis, illius qui ſanctus eſt cognominatus, opem implorauit; apud quem neſcio an minùs virtus, quàm innata in Luſitanos maleuolētia valuit; vt Mollinæ Infanti expeditionem in Luſitaniæ Regnū mandarit, quanquam pro ſua pietate, vti certior de Pontificis ſententiā factus fuit, à propoſito deſtitit, & Infantem cum copijs reuocauit. Quid? quod Alfonſus item III. Bononiæ primùm Comes, qui à Rege Alfonſo VII. Sapiente magnis fuit honoribus, & beneficijs cumulatus, Caſtellani tamen odij, & inuidiæ vim eſt, effectumque expertus. Graues enim illi, & importunæ intentatæ à Regni Primoribus lites ſuper poſſeſſione Regni Algarbiēſis, cuius ei partem donauerat Rex Alfonſus ſocer, multis nominibus debitam, quòd eum gener ſuus Alfonſus Luſitanus, aduerſus iniuriam, & impotētiam Sancij Filij, qui Regnum patri ademerat, auxilium tuliſſet. Dionyſio Regi, quantæ ſunt à Sancio Auunculo & Ferdinando conſobrino Caſtellæ Regibus, illatæ iniuriæ, ob quas ille iuſtā iracundiā ductus, in Caſtellam irrupit; ac & nullius obiectu hoſtis Simancas vſque ſeptem à Valliſoleto milliari, vbi tum Regia, & Curia erat, peruenit, vnde armorum tonitrus Luſitanorum, ad aures Regis delati, Regis Matrem, Regioſque miniſtros ad veniam pacemque petendam coēgerunt. Hāc odij facem Caſtellanis admouit Alfonſus Sancius, Nothus, Alfonſi IV. Luſitani Regis frater, ad vlciſcendas, quas à fratre accepiſſe ferebat, iniurias. Itaque facilè populos in quamuis occaſionem ſæuiendi intentos concitauit: vnde haud dubiæ clades extiterent, niſi Rex Aragoniæ Iaymius Regis Auunculus interceſſiſſet. Iam quæ damna Alfonſus idem IV. bellando Caſtellanis intulit, ob iniquè vexatā afflictāq; Reginam Filiam Mariā, vti Caſtellani in nos odij argumenta ſunt: ita & allatæ Caſtellano Regi, tū ad debellādos Saladēſi prælio Mauros, tū ad occupandā Algezirā ſuppetiæ, noſtrum in eo Amorem teſtātur. Rege Henrico Notho, quanta vis Caſtellani eſſet odij, Regia vrbs Oliſippo ſenſit: nec Hiſpalis eodem tempore minùs, quid Regis noſtri Fernandi Pulchri arma claſſiſque valerēt, experta eſt. Quod ſi Author ad Ioānis I. Auguſti Regis tēpora reſpexit, cùm in Caſtellanos tū foris, tū domi maximè ſæuitū: & velut intercurrēte turbine, duo illa atrocia præcipitati è turri Archiepiſcopi Oliſiponēſis, & dehoneſtatæ Abbatiſſæ Eborenſis contigerunt, præterquam quòd iſta furentis populi veſaniæ danda ſunt: certè multa tum Caſtellani tetra facta, dictaq; fœda in nos admiſerūt: vt enim omittam fracta iuris à Ioanne Caſtellæ Rege, legumque repagula, ruptaque amoris, & ſocietatis vincula: Ioannem Principem Luſitanum apud ſe verſantem, innoxium & indemnem ille in ergaſtulū detruſit, eique catenas iniecit; ne quid ad occu-

pandum Luſitaniæ Regnum moliretur. Cuius imago, vt in vinculis erat, Principis, per totam Luſitanam circumlata, miros in populo affectus excitabat. Cuiuſmodi proh dolor! egregij Principis noſtri Eduardi contra fidem proditi, per infamiam venditi, per vim detenti, per iniuriam vincti memoria, noſtrum hodie omnium animos exulcerat. Quid? quòd multò immaniora apud ſanctũ Alexium in ſtrenuos illos ciues, eorumque coniuges, ac liberos Caſtellani patrarunt: quæ apud Sarmatas, Gelonoſque lecta, eos ad crudelitatem erudiant. Benè eſt tamen, quòd & tum Rex Caſtellæ Ioannes apud Aliubarrotan non prælio modò, ſed bello turpiter victus, & nunc Comes Terracuſius apud Eluas fœdè, & cum magna ſtrage repulſus, immanitatis ſuæ pœnas dederunt.

Quantam nobis odij, iratumque ſegetem iuſtarum Caſtellani dederunt! cum Ioannam, Excellentem Dominam vulgo nuncupatam, hæreditario Regno ſpoliarunt, quod ei vt adimerent, Henrici Quarti Patentis thoros macularunt, quòd opinor, timuerunt, ne ad Regem noſtrum Alphonſum V. qui eam ſibi hac ſpe deſponderat, Regnũ veniret. Nec minus in Regibus Catholicis, miniſtriſque Regijs deſideramus, quã in reliquis, qui Regiæ Principis partes ſunt ſecuti, perfidiam admiramur, paulò poſt enim ad hoſtes defecerunt: Regemque noſtrum pro iure, pro virtute, pro honeſtate decertantem deſeruerunt. Hinc illa Regis Alphonſi calamitas, qui belli tandem fructibus caruit. Licet prælio Taurenſi victus non eſſet, nam vtroque tum Catholico Caſtellano, tum Sereniſſimo Luſitano pugna excedẽte, Ioannes Luſitaniæ Princeps pulſo qui ſibi obtigerat cornu, aciem inſtaurauit, ordines reſtituit, & fugiente Caſtellano loco ſe continuit, & victoris ſpecie ſubſtitit, tandiu, quantum ſatis eſſe Toletanus Archiepiſcopus iudicauit. Qui neſcio an maleuolo animo, tres tantùm horas ſufficere, vt victoriæ fidem faceret, pronũtiauit: cũ Princeps, tres eo in loco dies manere ſtatuiſſet: ne ſcilicet acer, & ſtrenuus iuuenis totius ad ſe exercitus collectis reliquijs victoriã frueretur: & Caſtellano tandem Regno potiretur. Certè multò ille Annibale prudentiùs & fortiùs Caſtellanum occuparet imperium, ſi alter ei Maharbal contigiſſet: ſed quòd Archiepiſcopus Caſtellanus erat, punica fide ſuaſit, quod Pœnus Chriſtiano Principi ſuaſiſſet. Hiſt. Luſit. Liu. D. 3.

Nunquam tamen aliàs vehementiùs in nos Caſtellanorum odium incubuit, quàm his annis ſexaginta, quibus eorum imperium ne?an iugũ tulimus. Triumuiratum in nos ſçuiſſimum Tres Philippi exercuerunt. Primùm legũ effracta repagula, iuris vincula rupta, priuilegia cõculcata, ſpes attritæ, vires acciſæ, pecuniæ interuerſæ, domus compilatæ, ærariũ exhauſtum, nauigationes præciſæ, expeditiones ſublatæ, commercia interrupta, pręſidia occupata, arces inſeſſæ. Nihil nobis integrum, intactum nihil. Omnia quæ ad luxum, & apparatum pertinebant, auidiſſimè arripere, ne ijs quidem, quæ ad defenſionem neceſſaria prorſus erant, abſtinere, nudare claſſibus portus, tormentis littora, epibatis naues, remigibus triremes, frumentis horrea, rebus bellicis armamentaria: ea demum efficere, quæ ab hoſte non timeremus, nempe ruinam ij, ſtragemque meditabantur: ne caput attollere vltrà poſſemus. Niſi fortè hac ratione

cædes, quas bellando intulimus vlciſci voluerunt.

Quid? Quòd & ſi nulla præter eorum ſuperbiam, & impotentiam cauſa ſupereſſet, iuſta ſanè odii, & probata eſſet: hęc enim illis omnium penè gentium inuidiam concitauit. Suſpicione, commune ſi ſit odiũ, caret. Eamus quæſo cògitatione per omnes Europæ populos: inquiramus ab eis, odione, an amore Caſtellanos proſequantur? Vereor vt hi periculum fieri hac de re velint; ne cauſæ, cũr omnibus ſint inuiſi, pateſcant. Atque vti certum omnium in eos odium, ita qui plus oderint, incertum. Oderunt Caſtellanos Luſitani, oderunt Aragonii, Catalani oderunt: inuiſi ſunt Gallis, Anglis, Germanis, Italis: tam de Caſtellanorum inter ſe odio videntur certare, quàm de amore erga alios ſolent contendere. In tantam ex impotentia, & ſuperbia inuidiam deuenerunt. Illud huiuſce rei illuſtre documentum eſt, quòd Luſitanos nemo, cum eramus liberi, odio habuit; nemo armis laceſſiuit, nemo bello eſt perſecutus, ex quo tamen in eorum poteſtatem venimus, omnium in nos odium nationum, vimque experti ſumus.

Præſtringo illud *Rabiem Tartaream*. Itane verò, ſtudium ſeruandi leges, tuendi iura, defendendi patriam, retinendi libertatem Rabies Tartarea nuncupatur? An etiam Collectorem Apoſtolicum, cui miniſtri Regis manus iniecerant, eorum furiis, iniuriiſque eripere rabies fuit, furiarum faucibus inhalata? ſane quæ tunc à nobis piè, præclarèque pro Eccleſia Dei geſta, ea ad ſalutem, libertatemque noſtram viam aperuerunt.

Cætera vt in tranſcurſu. Putabam rabiem iſtam aliò deflexuram; nam ſi Tartatea, contra Deum, & Romanam eſſet Eccleſiam eruptura. Sed non id nobis imputarum: tãrũm aduerſus ſe ſuſceptum queritur bellum, perinde quaſi, qui cum iis vel ſua recuperando, tuendove bellet, in ſupetos pugnet. O egregiam pietatem! Diri modi, qui ſint prorſus ignoto, niſi quòd eos ſæpè vicimus: at cùm vicimus, mitiſſimè nos egimus: victores fuimus, non vltores. Priuatis eorũ rebus quî inſidiemur, qui aperto Marte in acie prouocamus? Romæ nihil contra eos fraude, ac dolo moliti ſumus; redeat ad ſe, & quod nobis imputat, ſibi imponat, Romæ quas adhibuit, adhibetque, conſcius machinarum. Publicis eorum rebus ruinam parare, nobis, cùm iugum ſeruitutis excuſſimus, propoſitum certè non fuit: libertati noſtræ conſultum: non alienæ cladi litatum. Benè eſt tamen quod auulſâ Luſitaniâ, nutat Caſtellanum Imperium; imò, & ruinam minitatur, præſertim iniectâ Gallicâ ſecuri, quâ tandem, niſi Pax interueniat, præcidetur: Furiale illud. *Politicis noſtris rebus aduerſatur.* En quò perducit Caſtellanos ambitio, & libido imperandi, vt execrentur quicquid eorum imperio aduerſatur. Videndum an id ſit à iure, aut iniuria profectum: non eſt is Chriſtiano Principi ſcopus conſtitutus: Ratio imperandi: ſed Dei cultus, & Religio, ex quâ ſunt cætera ſpectanda. Fruſtra Dagonis ſimulachrum Atcę Dei in Ara ſocietatem ambit: corruat, & adoret neceſſe eſt. Profana ſacris longè poſtponenda. *Summa ratio*, vti eſt in ſacris Paræmiis *pro Religione*. Auguſtino trado, cui magiſtro inſtruendum: tum alibi, tũ ibi maximè, vbi eminet. *Felices*, ait, *di-*

Homil 35. & Epiſt 48. Lib. 5. de ciuit. c. 24.

cimus illos Imperatores, ſi iuſtè imperant, ſi ſuam poteſtatem ad Dei cultum, maieſtati eius famulam faciunt.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

DVrum, Luſitani, hominum genus. Beneficijs, donis, muneribus, vel indigni affecti, emolliri cum deberent, obdurauerunt. Non illos aurea Philippici Imperii felicitas tenuit, non prolixa indulgentis ſceptri beneficentia deuinxit. Quod amore Caſtellani Reges meruerant, à Luſitanis odio retributum.

CONFVTATIO SEPTIMA.

DVrum quidem à ſtirpe genus: ſed non indole, aut ingenio. Durum robore, & aſperum bello, induratum armorum vſu. Oppugnatu difficile. Cætera mite, humanum, & come, & ſuauitatum plenum. Omnibus amabile, nemini inuiſum. Accepiſſe priuatos quoſdam beneficia à Caſtellanis Regibus, vti non negamus; ita hoc in magni beneficij loco ponendum inficiamur. Nam quidquid ijs donatum, de Regno Luſitaniæ, deque Regni bonis donatum Quid ergo mirum, ſi quod acceptum ab ijs, de noſtro expenſum? Deindę, ſi in quos beneficia collata, ij digni erant, Iuſtitiæ tribuendum. Si indigni, contra ius, faſque tributum; cùm quæ aliis merentibus iure debebantur, immerentibus donarentur. Itaque non in laudem cedit, quod donatum à Regibus eſt, ſi collata in indignos beneficia ſunt. Illud mihi tamen volo perſuadere, quos honores contulerunt, dignis contuliſſe. At quod ille fatetur accipio. Inmerentibus, indignis beneficia facta. Non pudet hoc de Regibus ſuis palàm dixiſſe? ſanè vidimus præclaris functos honotibus, adulatores, delatores, quadruplatores, ſeditioſos, turbulentos, de fæce populi: & iiſdem priuatos vidimus homines graues, honeſtos, opinione virtutis florentes. His vendebantur, quæ aliis donabâtur. Vtrum ſit iniquius, non diſputo. Donarine indignis, an dignis vendi: certè vtrumque iniuſtum. Sed donando indignis, dona prodiguntur, & infamantur: vendendo dignis, dona addicuntur, merita excluduntur. Qui indignos remunerat, ineptè prodigus: qui dignis vendit, ſordidè auarus. Ille ſubtrahit merẽtibus, quod immeritis tribuit: hic emere merentes cogit, quod debitum eſt: & dum venditur quod meretur, aufertur quod eſt proprium, & vẽditur vti alienum. Ac vnâ bis actione peccatur. Tam gnauiter & ſtrenuè Caſtellani delinquunt. Non ſatis eſt peccare ſemel, iuuat vſque frequenter peccare. Quare, hoc homine authore, maneat honores, & præmia à Regibus Philippis malè diſtributa. Quo, neſcio an maius Principi dedecus affingi poſſit. Hinc turbari merita, confundi præmia; honores infamari. Cùm honeſti, & frugi nollent magiſtratus gerere, quòd hominis ſordidiſſimi adminiſtrabant. Quod vti rarum, & portento ſimile, Chriſti Domini mortem prænunciâs, obſeruâr interpretes ſacri, nempe addictas pretio Eccleſiaſticas dignitates, id ſolenne temporibus his proximis eſſe fertur. Hæc tamen Fortunata vocat, & aurea. Ego felicia negarim, aurea

Vide Salmer. Ianſen. Bar. tad. Toled.

conceſſerim quòd auro addicta, cùm auro omnia venderentur. Honores, Magiſtratus, Dignitates voci quaſi præconis ſubiectæ ſub haſtâ ſed in palatio tamen, quò honeſtior eſſet auctio venibant, nec admiſſi tantùm; ſed vocati, inquiſiti: quos maximè Seuerus Alexander oderat. *Mercatores poteſtatum.* Ille dicebat. *Non patiar mercatores poteſtatum: neceſſe eſt enim, vt qui emit, vendat.* Caſtellani contrà. *Amamus mercatores poteſtatum; oportet enim vendere, vt ſuppetat vnde emamus.* Itaque non dignitatibus perſonæ, ſed perſonis dignitates quæſitæ: ne quid rectè adminiſtraretur, honores gerentibus nihil congruebant. Non meritis ad ſumma homines ibant, ſed ſaltu occupabant; non lentè tracti, repentè aſſumpti: non palàm aſcendebant, ſed furtim obrepebant. Quòd hominum licet nulli, volabant, ſed gratiæ pennis nixi. Audiebatur inter Sanctos illa querela Nazianzeni. *Vnius diei Sanctos facimus, ac ſapientes eſſe videmus eos, qui nullâ ſunt ſapientiâ.*

Apud Lampr. & Lipſ.

Nazianz in Orat. funeb. D. Baſil.

Contrà quàm nos natura inſtituit, Caſtella conata. Paulatim à Natura ipſa formamur, gradatim nos ad ſummum deducit. Haud temerè eſt, quòd lentè, ac cum pondere fit. Cùm quæ naturam imitatur ars, ea demùm fit perfecta: maluit tamen Politice Caſtellana à naturâ deuiare. Extulit de repente homines, impotens ſui, inſolens noſtri, Deo infenſa, cuius potentiam vſurpare auſa eſt: dum vti ille homines de integro creat, & inducit in rerum naturam: ita illa nullis inſtitutos dotibus vult ad omnem dignitatem accedere. At præceps illa præcipitium iis feſtinatione parat. Subitus aſcenſus ruinæ præluſit. Quàm diuerſa illa apud ſcalam Iacobi Angelorum conditio? Alati volare qui poterant, & cœlo tritum per iter ſe credere, ire per gradus malebant, *Aſcendentes*: vt meritis nixi, non temerè ferri, viderentur. Itaque detrahebant pennis, vt paſſibus adderent, eamque exiſtimationem colligerent: non ſe caſu, aut alieno fauore, ſed propriâ virtute ad ſumma euaſiſſe. Aliud molitus eſt Lucifer: ſaltu voluit faſtigium obtinere, & violentiâ ſolium aſtris inſerere, *Exaltabo ſolium meum.* Ideo traxit ruinam. *Cecidiſti.* Nimirum quòd cùm manè oriebatur, tum lucis cumulo frui voluit. Beneficia honoreſque priuatis collati, niſi è re publica ſint, detrimento ſunt. Quare collocando, beneficio ſua ars eſt. Quæ Philippi effuſè contulerunt, ruinam regno pararunt. Tam domi ob collocata malè beneficia, hoſtes, quàm ſi foris arma inferrent. Poſito apud indignum beneficio iuxtà læditur, ac vulnere inflicto Reſpub. Imò & magis, ſi rem conſideres læditur, Nam ex dolore vulnus agnoſcitur, & ſanatur. At beneficium, quòd dulcedine alliciat, ſuperbiam creat indigno; digno, qui eodem caret dolorem affert; & aliis merentibus ſpes præciditur. Indigno vinculum injicitur, & fit donantis mancipium. Vndè huic libertas, digno poteſtas obtinendi eripitur. Vertamus ad Luſitaniam oculos: nuſquam niſi ruinarũ ſigna videmus, cicatrices nouimus, quæ accepta vulnera teſtantur. Beneficiorum ne veſtigia quidem ſuperſunt. Eò Caſtellæ beneficia reciderunt.

Geneſ. 28.

Iſai 14.

Quid? Quòd quæ à nobis Caſtella accepit, ea ſunt demùm beneficia appellanda? In eam quæ ex portoriis, decumis, tributis, aliiſque

omnis generis vectigalibus pecuniam, veluti flumina corriuata, influebant. Illud celebre apud Madritum *Gallinarium Seceſſum*, vulgò *Retiro*, dicere debui, noſtra certè ſupellectili inſtructum. Vbi aulæa, peripetaſmata, ſpondæ, periſtomata, lecti, plutei, ſcrinia, vaſa ex auro & argento cernebantur. Referta Curia Madritenſis noſtris margaritis, gemmis, annulis, torquibus, odoribus, aromatis, mercibus, citra maris tædia, præter nauigationum pericula. Illi mare noſtrum, peregrinos piſces: prędia, pingues prouentus: horti, optimos fructus: campi, tenuiſſima lina: domus, ſupellectilem ſuppeditabant. Illi noſtra induſtria pulchetrima arte facta: illi ars noſtra voluptuaria, tragemata, bellariaque nectare, & ambroſiâ dulciora miniſtrabat. Dolet, & quidem vehementer, hodie illa Curia, quod hiſce bonis careat; atque adeò quòd Author dolentiùs agat, imo & ſuccenſeat, condonamus: eſt enim iuſtus dolor, qui & noſtris opibus, ac deliciis exiſtimationem, famamque conciliat. Quæ enim amiſiſſe intemperantiùs dolet, & maxima eſſe bona, dolendo teſtatur.

Pergo illam aurei temporis felicitatem expendere. Sanè, ſi quod ſumus experti fateamur, ferrei tēporis onera ſenſimus. Itaque tam infelix nobis Philippica illa ætas, quàm Saturnia felix fuit. At fortè Caſtellani infelicitatem noſtram, felicitatem ſuam putant. Quod eximiùs certè in nos Amor facit. Conferamus capita, rationem ineamus. Cuius vel claſſis, vel portus, vel arcis, vel præſidii iacturam feceramus? Stabat integrum, intactumque Regnum, nullâ ſui parte truncatum. Vbi Philippi occuparunt, luxari, frangi, ruere cæpit. Quâ domi, quâ foris, quâ mari, quâ terrâ turbatum, quaſſum. Amiſſę claſſes, profligati exercitus, emporia occupata, arces infeſſæ, præſidia diſſipata, nauigatio intermiſſa, commercia ſublata. Ire per plura non ſinit dolor: ſunt qui latiſſimè ſcribant Authores. Non domeſtici modo, ſed externi, ij oportet conſulantur. At ne videar ex compoſito Authori contradicere, cum eo ſanè conſentio. Annuo duplicē nobis felicitatem eorum Imperium attuliſſe: alteram quòd ex iacturâ rerum quas amiſimus, quantæ noſtræ eſſent, intelleximus: alteram, quòd ex iis quæ ſub eorum poteſtate paſſi ſumus, didicimus ſeruitutis mala; atque adeo nouimus, quàm ſit exitiale Caſtellano imperio ſubjacere. Quod ſupereſt, Si Amor in nos Caſtellanorum nullus fuit, nulla fuit gratia reddenda. Si ij nos maximè amoris prætextu oderunt, amare certè non debuimus, ne amori iniuriam faceremus.

Vide Velaſc. SouſamAnonym. Paris. Luſitan. vindicat. Birag.

ARTICVLVS VIII.

NAbuchodonoſor item, ſacris iiſdem vti in monumentis legitur, captis, ac expugnatis Solymis, habitatores cum domeſtica omnes ſupellectili Babylonem traduxit, vix præter capitè cenſos, & è fæce plebis infimos quoſdam, honeſto quoquam relicto.

CONFVTATIO VIII.

ATqui non minùs legitur Nabuchodonoſorem, cùm primùm in Iudæam irrupit, Regnum non euertiſſe, Regique Ioachimo perperciſſe, tantùm ei tributum imperaſſe. Imò & in hac ipſa, quâ de agit expeditione, vaſtato Regno, & tranſlato Rege, ac Optimatibus, Regem tamen permiſit Sedeciam; quo fruerentur. Quid? quòd qui & ſucceſſit Euilmerodachus Ioachimum detentum indignè Babylone in vinculis, ergaſtulo eduxit, & in ſolium apud ſe recepit: nec è Regia quenquam Iuda ſobole extinxit. Quo factum eſt, vt ſuperſtites ex ea Principes Cyrus Perſarum Monarchiæ auctor, Solyma reuerti, Regnumque inſtaurari curauerit Zorobabele Iudæi Sanguinis Principe Duce attributo Sed Authori nimirum noſtro hæc mitiora exempla non placuerunt. Illa tantùm probauit, quæ immanitate excellunt.

4. Reg. 24. & 20.

1. Eſdr. 2.

Illud verò attentè obſeruandum. Velle illum nos ſimiles Dei populo fore, ſuos alienis: quos noſtri terrores facit, nec quid inde ſequatur curat, nempè nos Dei amicos, ſe hoſtes & idololatras videri. Sed tanto ille, opinor, vindictæ ſtudio tenetur, vt vereat, ne Dæmonis loco, vt nos puniat, eſſe malit: quippè qui acerbiſſimè torquere ſoleat. Immortales certè à nobis Deo agendæ ſunt gratiæ, quòd truculẽtum hunc hominem temporibus à Philippo Rege ſeiunxit, nam eâ ſi ætate vixiſſet, ſui eum furoris impleſſet: aliamque de nobis tranſmigrationem, Nabuchodonoſoreæ ſimilem inſtituiſſet. Quam olim vocem Mantuæ ciues. *Veteres migrate coloni* audierunt, ingeminaret, noſque patriâ exire compelleret. Quin imò vlteriùs cùm Nabuzardane ire pergeret, & Regnum funditùs dirueret: ne qua Imperij noſtri memoria remaneret. At ne perſiſtam in ſententia facit, quod tam eum auarum puto: vt, ne alere, & nutrire tot exules cogeretur, tranſductione abſtinendum duceret: vti enim conijcio, Nabuchodonoſorem crudelitate vinceret, magnificentiâ non æquaret.

Virg. Ecl. 1.
4. Reg. 25.

Reliqua oportet breuiùs pendere. Ait: capite cenſis, & è fæce plebis inertes, & inutiles quoſdam, ſolùm relictos. Hoc in noſtros Luſitanos minime quadrat. Quippe qui hoc inertium, & in vtilium nomine venire non poſſint. Sunt enim Luſitani, omnium ſanè Hiſpanorum, quicquid cornix Caramuelica obganniar, fortiſſimi. Authore enim Diodoro *Celtiberorum fortiſſimi habentur, qui dicuntur Luſitani.* Imò & inter cæteras gentes ſtrenuiſſima creditur Luſitana. Id poſt vniuerſum penè orbem luſtratum, Ludouicus competit Vartemanus Venetus: Ego, inquit, *vniuerſum terrarum peragraui, multis ſæpè bellis interfui, ſed hac gente Luſitanorum fortiorem vidi neminem.* Iam de bellaci Luſitanorum ingenio, deque animi magnitudine, quâ maxime excellunt, eleganter Caſtellanus inquit ſcriptor. *Luſitanorum indoles excelſa planè, & militaris: altiora ſemper appetens, & ad ſumma quæque adſpirans.* Et iterum. *Non vulgaris Luſitano virtus, ſed excellens, & vltra modum.* Et rurſum. *Luſitania ſpiritu & factu militari plena, ingentes animos gerit. Duci famâ, trahi gloriâ, immortalitati ſeruire inſitum genti eſt.*

Caram in Vlponſ. ad Manifeſt Luſit.
Diodor. Siculus.
Vartemanus.
Vitrian.

tieſt. Nemo Luſitanus abjectus, nemo iners, inutilis vè exiſtit. Nec id Caſtellani, qui nimium ſibi arrogant, fateri erubeſcent. Quiuis è Luſitanis, ſtrenuiſſimo Caſtellanorum, deſtinari par in arena poſſit. Vltra Maffeius progreditur. *Luſitani*, inquit, *præferuido ingenio in prælium ruunt, & cum denis interdum ſingulos concurriſſe, egregiam laudem, & decus exiſtimant.* Petr. Maffe. At ne illuſtres cum Caſtellanis illuſtribus conferam, hoſce abjectos, & inertes quos vocat clariſſimis Caſtellanis militibus opponamus. Conſtat in prælio Aliubarrotenſi ſex millia Luſitanos, maximam partem, rudes, & ruſticanos: Hiſtor. Luſitan. florentiſſimas Caſtellanorum copias, trium & triginta armatorum millia, nobilitatis florem, profligaſſe: adeo vt Caſtellani noſtros cum riſu & ſanna, ceu deſpectos & capite cenſos traducerēt: ſed euentus, quam ij eſſent virtute, armiſque nobiles demōſtrauit. Pagani, agreſtes, ruſticani erant, ſed optimis tamen & clariſſimis ducibus, qui in Beira apud Chron. Portugal. Trancoſium exercitum Caſtellanum, ex Illuſtriſſimis viris conflatum opibus, & copiis refertiſſimum, acie fuderunt. Illa Luſitanæ virtutis miracula ſeptemdecim milites, qui à quadringentis equitibus Caſtellanis vndique Mariſius. Camon. obſeſſi in orbem pugnare coacti ſint, eorumque tandem vim euaſerunt, è domeſticis Martini Vaſqui Acunii ſeruis erant.

Quorum vnus, Coclite & Aſinio, & Cincinnato major per medios ſe hoſtes iniiciens, obuios quoſque contundens, & auertens, euaſit, & periculo ſociorum nuntiato, Nónium Aluarez Pereyram fatalem Caſtellanis Ducem, cum iuſta manu comitibus in auxilium attulit, quo illi ex hoſtium ſunt manibus liberati, & per ſtrues cadauerum Caſtellanorum, triumphantium more in caſtra reducti, At vt omittamus vetera, & his vetuſtiora: quid opus eſt niſi recentia commemorare? Certè his annis proximis quinque, Regno aſſerto, vidimus Agricolas, & meſſores noſtros in Caſtellanorum equitum turmas cum ipſis falcibus, & vo- Recentes. Hiſtoriæ. Typiscuſæ. Buragus. meribus irruentes, eoſque ex equis deiicientes, dejectos occidētes, & detractis ſpoliis, domum redeuntes; & quòd rudes equitandi eſſent, habenis equos reducentes: gaudente terrâ, paſſu laureato, triumphali inceſſu. Quid quæris? Ipſe feminæ aduerſus Caſtellanos Heroides extitiſſe comperimus, quos tam facile ſuperarunt, ac ſi in feminas incidiſſent; non alio melius documento patet & fuiſſe olim, quæ ſeptem extinxerit Caſtellanos, feminam, non alio quàm pala furnariâ inſtrumento, quàm fe- Chron Regis Ioan. 1. minam ipſi per iocum Caſtellani appellarunt *la Forneira*.

ARTICVLVS IX.

Athalia Regina Iuda, cum animum ad occupandum regnum adiecit, de exſcindenda Regia ſtirpe cogitauit, ne qua ſpes defectionis populo ſupereſſet.

CONFVTATIO. IX.

PRæclarum ſanè exemplum. Æquius fuit ex Hircania tygridem, aut cautem è Caucaſo, quàm è Iudæa Athaliam euocare. Apagè ſis hoc monſtrum. Illam Achabi & Iezabelis geminam parentibus ſuis pro- 4. Reg. 11. lem, facem, & turbinem ſui ſæculi, animatam rupem, viuam cautem,

vt nulla inrer feras, vixdum inter furias aliqua par ſit. Illam inquam
2. Paral. 22. Athaliam, quæ non modo in aliena viſcera graſſata eſt, ſed in vterum quoque ſuum ſæuiit; & Ochoſiæ filii animum peſtifera educatione occidit: Vltra mortem matricida.

Quid non mortalia pectora cogis
Æneid. 3. *Sceptri Sacra fames?*

Interfectis crudeliſſimè nepotibus, è cruentis cadaueribus gradus fecit, vt ad ſolium conculcatâ pietate aſcenderet. Medea, cùm maximè immanis, Abſyrti fratris membra, quò moram inſequendi parenti faceret, diſperſit. Athalia, integra nepotum ſuorum cadauera copulauit, vt cumulo ex iis facto celeriùs Regnum capeſſeret. Et tamen documento eam vult eſſe imperandi, Auctor hic noſter, eamque ſi poſſet ab inferis excitaret, quam Ioiada Pontifex Maximus ad inferos miſit, vt maximam ageret Furiarum: ac eiici è templo trucidandam imperauit, ne tam polluto ſanguine temeraretur. Quid ergo Philippo ſuo imitandam proponit, cùm maximè deteſtanda ſit? Si Philippi eodem iure ſunt vſi, nullum certè Athaliæ ius fuit; cui ſola vis ad ſceptrum occupandum fuit. Si quod illa patrauit, exequeretur à Rege: degeneraret in feram. Adduci tamen ego non poſſum, vt credam fore, ſi Philippus aliis artibus regnare non poſſet, iis ad regnandum eſſe vſurum: atque adeo vt hominibus imperaret, humanitatem abiecturum. Quæ tandem imperandi ars eſt, vt inter homines regnes, hominem eſſe deſinere? Vt Philippus cruentam, certè multo minùs cruentam ad ſceptrum viam iniuit. Non deeſſe tamen, fateor, qui Author ſit, nepotem ſuum Sebaſtianum Regem ad exitium ruentem impuliſſe, dum ei & ſubtraxit auxilia, & Xariſio hoſti non obſtitit, ne integris viribus nepotem exciperet. Sed hoc non tam impellentis, quàm permittentis fuit. Velim hac defunctorum Regum promereri gratiam ratione, eorum famæ conſulendo, nequis traducat, quippe quorum *nomen* apud Ciceronem *ſanctum, quòd Regium*, eſſe videatur.

(Margin notes beside the preceding paragraph: Tabulæ. Cicero. pro leg. Manil. — 2. Paral. 23. & 4. Reg. 11. — Capucin. Gallus in Epist. ad Philip. 2. — Cicero. pro Manil.)

Quòd ſi ex innata ferocia huiuſmodi exemplis Author oblectatur, & ad genium mauult ſuũ Principes fingere, miror non intuliſſe Abimelechi
Iud. 10. tyranni exemplum, quem libido imperandi eò deduxit, vt fratres ſuos Gedeonis Parentis ſui filios ſuper vno lapide iugulauerit? Non aduocaſſe
Iud. 1. Adonibeſechum, qui totidẽ Reges præciſis manuũ, pedumq; digitis mẽſæ ſuæ, quo immaniùs conuiuaretur, ſubiici imperabat. Niſi forte crudelitatem excuſat, ſtudio imperandi: atque adeo carere illos vult culpâ, qui imperii capeſſendi cauſâ, ſæuiant. Igitur quotquot tyrannos Hiſtoriæ repræſentant, in theatrum producat. At ne in re tam obuia morer; excitet è tenebroſis immanitatis luſtris Tulliam, quæ infami vecta carpẽto in Set-
Titus Liuius. D. 1. l. 1. uii Tullii Patris cadauer abiectum incurrit; & cùm pauentem ad atrox ſpectaculum aurigam, & alio curtum deflectere meditantem vidiſſet, quo ille flagello equos auertebat, capiti illiſo mentem excuſſit; & quaſi regeret currũ, equos ire vlteriùs reluctantes in cadauer impulit, vt ferteis illatis ſoleis ſpeciem paterni corporis delerent, feruentesque rotas per frigidum cadauer deduxit, vt ſecti in partes corporis compago ſol-

ueretur, obtundente interim colliſorum oſſium ſtridorem, citatarũ ſtrepitu rotarum, nequis per aures ad animum pietatis ſenſus obreperet. Verùm fortaſſè, quòd amat feminas, vitia quoque amat feminarum: atque adeò immanitas ei feminea placet. Ergo aduocet Martiás, Lucillas, Eudoxias, Martinas, Sophias, Meſſallinas quæ ambitione Imperii vltra feminas, id eſt, pluſquam feræ ſæuierunt. Si tyrannum ſonuit vox illa, *Violetur ius, modò imperetur.* Cuius monſtri hæc fuerit? *Imperium affectanti iuris nulla, pietatis nulla, nulla religionis habenda ratio eſt: per calcatam ad ſolium pietatem eundum.* Sueton in Cæſare. Theodoret. hic. Vide Abulenſem.

Ne tamen iterum Author deſipiat, audiat, quid hac de femina Theodoretus ſentiat. *Athalia*, inquit, *vt impia & tyrannica voluit omne genus Dauidis tanquam pium, radicitus extinguere, vt arrepto imperio ſuam doceret impietatem.* An hic ſcopus Philipporum? Pudeat exempli: ac eò magis, quòd audit Lyram, qui in fontem digitum intendens, *Athalia enim*, inquit, *erat educata á parentibus idololatris.* Itaque, quam impietatem cum lacte imbiberat, cum ſanguine inſtillare conabatur. Nec euadet, ſi dicat, nolle ſe his exemplis ad impietatem erudire; ſed id tantùm velle, vt ratio parandi, & retinendi imperij probetur citrà impietatem; atque adeo, id quod in vitiis ſpecioſum eſt, ſecernere, atque ad imitandum proponere. Nam hæc certè doctrina plena periculo eſt; cum eâ vitia, & peccata condecorentur, ſpecioſaque reddantur: vnde fiet, vt ad illa patranda animi hominum excitentur, quòd aliqua videant parte ſpleneſcere. Nullum fermè peccatum eſt, cui tu aliquid laudis affingere non poſſis: cum quò eſt atrocius delictum, eò ſæpe videatur ſpecioſius. Nam qui turpibus eſt amoribus deditus, audacior ſolet eſſe in aggrediendo, & in donando profuſior: qui furta, & rapinas exercet, plerunque cùm ingenio ad excogitandum, tum manu ad patrandum valet. Ad magna ſcelera præſtanda, magnitudine quoque animi opus eſt. Quare, ne iſthęc in ſacram doctrinam methodus docendi obrepat, diligentur cauendum: ne videamur honeſtatis ſpeciem præbere ſceleribus, & ſtimulum peccantibus addere, quò liberiùs hoc prætextu in vitia ruant. Quæ certè Cacodæmonum ars eſt: idoneo teſte Auguſtino. *Qui hac ratione*, inquit, *moliuntur, diuinam Authoritatem præbere ſceleribus.* A quo eò eſt diligentiùs abſtinendum, quòd homines priſcæ ſuperſtitioni dediti, Diis quos colebant ſuis, vitia affingebant, ne inhoneſta & turpia viderentur, atque adeo ſpecioſa reddebant, quò liberiùs & laudabiliùs fierent. Ecquis enim non eâ patraret, quæ â Diis agi videret. Quare vitium in Religionẽ tranſibat. De quo ſanè queritur inter alios Cyprianus, cuius illa dolentis vox eſt. *Fiunt*, inquit, *miſeris Religioſa delicta.* Duarum hic noſter Author reus culparum agitur, excuſandi peccata, & condecorandi delicta: quorum altero horror detrahitur peccato, altero ſtimulus additur peccanti. Lyra. Auguſt. cõtr. Fauſt. Cypr. epiſt. 2. l. 2.

ARTICVLVS X.

Q*Vid? Quod IEHV Rex à Deo inſtitutus totam Achabi familiam delenit: nemine eius vel conſanguineo, vel affine, vel cliente ſuperſtite relicto. Quin ne ipſis quidem ſacerdotibus pepercit.*

CONFVTATIO X.

Ecce alium Regem Idololatram & impium! Fatale videtur Authori ne vnum quidem in ſacris litteris Principem honeſtum, & rectiamantem inuenire. Omnes, quotquot ei occurrunt, praui, ſceleſti, nefarii. Quod ipſum argumento eſt, ſuſpectam eius eſſe doctrinam, quippe quæ
4. Reg. 9. & 10. ſceleſtiſſimorum, tantùm exemplis probatur. Inſtitutum quidem à Deo Iehu Regem non inficiamur: ſed vt eo Authore de Achabo Rege impiiſſimo, eiuſque tota ſtirpè, & clientela ſupplicium ſumeret. Annon id antè Eliæ Prophetæ promiſſum à Deo, & prædictum? Itaque non, aut
3. Reg. 21. hæreditatis, aut ſanguinis iure Regnum iniit; ſed vltionis & vindictæ inſtrumentum à Deo aſſumptus, cuius flagellum foret. Quo locum nobis Auctor ſuſpicandi facit, velle ſe Philippos ſuos tortorum numero haberi; vt in Luſitanos noſtros ſæuirent potius, quàm imperarent. Itaque vti Iehu in Iſraël, vti Hazael in Syriam, vti Nabuchodonoſor in Iudam ad
4. Reg. 8. 4. Reg. 24. pænam repetendam, ita Philippi in Luſitaniam miſſi. Qua item ratione Attila in Italiam venit. Quàm ille Regum ſuorum exiſtimationi conſulat, viderit: certè non probis & iuſtis Regibus confert. Quid verò vſurpat illud? *Totam Achabi familiam deleuit, nemine penè relicto.* Id iuſſu & præcepto Dei factum: nam aliter fieri quî poſſet? An & hoc fieri Philippo à ſupremo numine imperatum? Certè de huiuſmodi præcepto non conſtat. Quòd ſi imperatum non eſt, præſtari certè non potuit. Niſi fortè magno huic Theologo, aliud pro ſuo ſupercilio videatur. Iam verò illud.
4. Reg. 10. *Ne ipſis quidem ſacerdoribus pepercit.* Quod per exaggerationem quandam dictum: non video quomodo cohæreat. Fateor enim eos ſuſtuliſſe, ſed fraude & dolo malo ſuſtuliſſe comperio. Itaque vltrà crudelitatem mendax, & mendacio factum corrupit: imo & mendacio colorem quendam
D. Auguſt lib. 1. contra mendac. Idololatriæ addidiſſe conſtat. Rem vrgeo. Quorſùm exaggeratio iſta tendit? Occidit deditos idolorum cultui, Baali addictos. Quid ergo mirum? Si ſacerdotes ſancti ac religioſi eſſent, ac huiuſmodi à Iehu tollerentur, admirationi tùm, & exaggerationi locus eſſet. Fefellit eum, opinor, ipſa quâ Præceps fertur, in nos ſæuiendi libido: vt eos iuſtos, pioſque eſſe crederet. In triuio bonus Author errorum conſtituitur; in vnum è tribus, diuertat, oportet. Nam vel Rhetoricæ prorſus ignarus eſt, qui vbi non debuit, exaggerationem adhibet: vel Sacræ doctrinæ imperitus ac rudis, cùm Sacerdotes eos Baalis, non Dei fuiſſe ignoret: vel certè pietatis & religionis hoſtis, nam quos Religioſos &
Vide Gloſ. & Interpt. Sanctos putat, eorum à Iehu factam cædem probat. Imò & hoc exemplo Catholicum vult Principem ad immanitatem & ſacrilegium erudire.

Quòd ſi huiuſmodi exemplis delectatur. Domi habet quæ cum voluptate recolat, nam & olim in Hyppolitum Cardinalem manus Hiſpanorum iniecta, & bipennis in collum Carraffæ Cardinalis inflicta. Imò & Clemens VIII. Pontifex, Româ captâ, in anguſtias arctiſſimi loci contruſus. Paulus IV. armis appetitus, & vrbs armorum fulmine afflata. Vt omittam de cæde Sixti. V. Pontificis inquirere, ne Caſtellani

erubeſcant. Certè in Luſitaniâ Dux Albanus gulas Sacerdotum ad laqueos expetiuit. Sed hæc antiquiora ſunt. Recentia fortè amabit. Vidit nuper Roma, cruenta duo ſpectacula. Alterum cùm tentauit Marchio Velezius in Lamecenſem Epiſcopum inijcere manus: nec potuit. Alterum cùm Comes Ciruelius Priorem Cedofeitienſem Sacrilego auſu intercepit, & pulſauit. Sed benè eſt, quòd & Velezius Marchio ſuæ temeritatis, inhoneſtè fugiens, pænas dedit, & quòd Ciruelius Priori occaſionem infulæ habendæ, eâ iniuriâ, præbuit. Lamecenſi Epiſcopo Triumphus: Priori Epiſcopatus decretus.

ARTICVLVS XI.

HÆc nobis documenta ſacræ Scripturæ præbent. Ad hanc legem formentur oportet, qui ad ſceptrum nituntur: vt qui regium ſanguinem trahunt, & regios ſpiritus gerunt: quique ſtudia & fauorem populi ſecum afferunt, eos è medio tollant, omnemque rerum nouarum auidis ciuibus occaſionem præcidant.

CONFVTATIO XI.

MIſerè labitur infelix Magiſter. Natus ad corrumpendos peruerſa doctrinâ animos, non bonis inſtitutionibus imbuẽdos. Quid? quòd ſacram doctrinam deprauat, ac ex eius floribus araneæ more virus elicit, vt venenum infundat. Manichæos & errando, & corrumpendo vincit. Hi iactabant ſacram Hiſtoriam pernicioſam eſſe, quòd praua narrando erudiret ad prauitatem. Quo ſanè errabant, at minùs errando nocebant. Noſter hic author exiſtimat, quæcumque in ſacris litteris exẽpla continentur, ad imitandum eſſe propoſita, nec inter honeſta, & turpia quicquam intereſſe exiſtimat, quin omnia imitãda eſſe cenſeat. Quo fit, vt aut omne virtutis, vitijque diſcrimen tollat, aut putet vitia in ſacris litteris quodammodo conſecrari. Quorum alterum à ratione, alterum à Religione alienum. Vnde & animarum ſaluti pernicioſior exiſtit, cùm
non modo ijs vitioſa, & turpia licere doceat, ſed etiam ſpecie quadam Paul. ad Timoth. 3.
pietatis ad ea patranda inuitet. Hîc eum mihi ſiſto, & inſtituendum &
caſtigandum. A loco Pauli regula doctrinæ petenda. *Omnis*, inquit, *ſcri-* S August l. 12 contra Fauſt.
ptura, diuinitùs inſpirata, vtilis eſt, ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum,
ad erudiendum in iuſtitia. Eâ ratione interpretantur Patres, ac reliqui egre-
gij Commẽtatores: vt ad honeſta & ſancta imitanda accẽdamur: à prauis, S. Ambr. l. 3. in Luc. c. 3.
& turpibus deterreamur. Nam ſanctis quidem, & iuſtis ante oculos exẽ- Chryſoſt.
plis poſitis docemur, & erudimur ad iuſtitiam. Iniuſtis & impijs à vitijs Ioan. 21.
auertimur, & reuocamur: cùm viſis eorũ, & ſucceſſibus, & ſupplicijs ar- Baſil in Ezech. Reg.
guamur, & corripiamur. Vnde *in iuſtitia* erudimur, ſiue, cùm à iuſtitia ſan- Hieron. ad Paul.
ctè profecta imitamur: ſiue, cùm iniqua & turpia iuſtè à Deo vindicata Gregor.
auerſamur. *Aliter*, inquit Rabbi Salomon, *eſſet in ſcripturis ordo peruerſus.* Nyſſen. in vita Moyſi.
In hanc præclarè mentem Ambroſius. *Patriarchæ inſtruunt non ſolùm do-* Ambr. lib. 1. de Abrah c.
centes, ſed etiam errantes, ideſt, *docentes*, vt imitemur. *Errantes*, vt fugiamus.
Vti enim appoſitè Auguſtinus. *Caſus maiorum, eſt tremor minorum.* Quin & 12.

hoc ipſum profani Authores tradiderunt, nam cum in Hiſtorijs & honeſta, & turpia ſcribi oportere vidiſſent, obſeruatunt ideo honeſta prodi
Liuius l. 1. D. 1. vt amplectamur: ideo turpia, vt deteſtemur. Eleganter Liuius. *Inde tibi quod imitere, capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites.* Hoc ſanè nomine à Marco Tullio Hiſtoria, *magiſtra vitæ* dicitur, quòd quemadmo-
Cicero. dum magiſter diſcipuli iuſtè facta commendat, & probat, commiſſa turpiter caſtigat, vt ad illa accendat, ab his auertat: ita & hiſtoria honeſta ad imitandum, praua ad fugiendum proponit.

Quare, ſi grauiter in humanâ hiſtoriâ peccaret ille, qui praua imitanda proponeret, multò certè ab eo grauiùs eſſet peccatum, qui quæ in diuinâ enarrantur hiſtoriâ, impia, & turpia, ſequẽda eſſe contenderet. Nam
Auguſt. cont. Fauſt. ille ſcelera tantùm adduceret, nec extolleret; at hic etiam commẽdaret, & quaſi conſectaret. Cùm, teſte Auguſtino, *ad ſceleſta illa & turpia perpetranda ab ipſo cælo traduci videretur authoritas.*

Agè verò, an ſint in diuinis litteris alia commodiora, & ſanctiora exempla videamus: quæque Reges ad iuſtitiam, non ad tyrannidem: ad Pietatem, non ad crudelitatem: ad moderationem, non ad ambitio-
1. Reg. 16. nem erudiant. Dauid certè, à Deo in Regem electus, & Dei iuſſu à Samuele vnctus, reprobato iam Saule, mortem illius expectauit, nec ſe ar-
2. Reg. 2. mis in Regnum inferre voluit. Quid? quòd eo iam apud Gelboenſe mõtes extincto, adhuc ſuſtinuit, nec ſine conſenſu populi, Iuda in Hebron
2. Reg. 5. primùm, mox Iſraël in Hebron item ſceptrum ſumere auſus eſt? Adeo, vt qui iam vnctus à Deo, eo non contentus, iterùm permiſſu populi vngeretur, perinde ac ſi ex illius conſenſu regnaret. Non minùs modeſtiæ do-
2. Reg 5. cumentum edidit cùm inito Iuda Regno, annos ſex & dimidium ſe continuit, ne Regnum Iſraëlis occuparet; tantùm illud, quòd ceperat Regnum armis ſtrenuè defendens, nec in aliud ſibi debitum manus injiciens, quòd Isboſethus Saulis filius in Iſraële imperabat, cui nullum ſanè
2. Reg. 4. ius erat. Imò & eius cædem à Baana, & Rechab ſæuiſſimè patratam indignè tulit, & morte parricidarũ vindicauit. Nec omnino Rex, niſi petente, & cogente Decem Tribuum populo inſtitui paſſus eſt. Illud hæret lo-
2. Reg. 9. co, & concinit. Quòd ſuſcepto & adminiſtrato Regno, Regij è Saulis familia ſanguinis Principes, ſolij æmulos, non modo non inſectatus, ſed etiam humaniter complexus eſt: vti in Miphiboſetho apparet, quem
2. Reg. 19. menſæ ſuæ adhibuit, & liberaliter habuit, & à calumnijs, doliſque Sibæ clientis infidi liberauit. Nec objicias, ſeptem Saulis filios à Dauid è
2. Reg. 21. medio fuiſſe ſublatos; cùm conſtet id à ſuperis in gratiam Gabaonitarum, vltionemque Saülis perfidiæ ſupplicium conſtitutum: fame cælitus immiſſâ, voluntatis diuinæ argumento. Quare illa Dauidi cædes imputari nequit, qui ni eam patraret, impius in Deum exiſteret.

Neſcio vtrum ſit aptius Roboami exemplum. Quippe qui Rex Iuda, & Iſraël cum eſſet, Regno ei, maximam partem, detracto, & in Ieroboamum tranſlato, monitus eſt à Deo quieſceret, nec armis contra tende-
3. Reg. 12. 3. Reg. ret, ac æmulum regnare permitteret. Quod ille ſanè moderatè tulit, mirabili patientiæ documento. Id que ad poſteros cum virtute tranſijt, nam ij Reges Iſraëlis æmulos, & à ſe diſciſſos amore poſtea proſecuti, eos

ſæpè armis, opibuſque aduerſus hoſtes irruerunt, nec Regno exuere tentarunt.

Quantò ad Chriſtianam inſtitutionem accommodatiùs, illa moderati animi exempla afferre, quæ Abraham, Iſaac & Iacob Patriarcharum lumina reliquerunt? Quàm ſe modeſtè, ac demiſsè cum nepote Lotho Geneſ.13.
Abrahamus in diuiſione terrarum, facta ei optione, geſſit? Quantâ moderatione cum Abimelecho egit Iſaac, cedens poſſeſſione aquarum & Geneſ.26.
puteorum, quos effoderat? Quorum ſe ad imaginem componens Iacob, Eſau ſe fratri apud Manahemum ſubmiſit, Pacemque cum eo, Geneſ.32.
quàm aut diſſidium, aut prælium maluit. Nec hi tantùm, quòd à Deo electi Hebræi Populi Principes, atque adeò domeſtici, Eccleſiæ documento ſint, ſed alij quoque ab eo, & Religione, & genere alieni, mirabile temperatæ moderationis ſpecimen præbuerunt. Ecce enim Cyrus 1. Eſdr.c.1 &
& Darius, & Artaxerxes Hebræos captiuos, Patriæ cum ingentibus donis reſtituerunt, Regnique recuperãdi poteſtatem fecerunt. Nonne Io- 6.&7. 1. Machab.
nathæ Machabæo, quòd populum à ſeruitute liberaſſet, labentemque 10.
Rempublicam ſtatuiſſet, Antiochi filius Rex Alexander Purpuram, & 1. Machab.
Coronam dono miſit, eòque ad Regnum inuitauit? Nonne Simonem 14.
eiuſdem Ionathæ fratrem Rex Demetrius, ob eandem cauſam ampliſſimis honoribus affecit? vt alia omittam, & in ſacris, & in profanis hiſtorijs contenta, moderationis exempla, quibus Author vti cum poſſet, noluit niſi ea exhibere, quæ ad ambitionem, & crudelitatem Principes formarent, & his infectos vitijs deformarent.

ARTICVLVS XII. XIII. & XIV.

XII.

QVos intimos & arbitros Philippus habebat, Purpurati; hoc ei conſilium dabant, cùm de occupando Luſitaniæ Regno cogitabat: imminente iam profectione, bis, ad conſilium vocati de eo deliberarunt.

XIII.

LVſitanicâ expeditione decretâ, & in Concilio propoſitâ, diuinitùs in hanc mentem à priuato quodam purpurato conſultum: cuius literis mandata ſententia, palàm, cum admiratione conſeſſus audita, & cum plauſu excepta, magnos foris clamores fecit. Extat, & teritur hodiéque manibus Studioſorum.

XIV.

DVm de Luſitania deliberando, tempus trahitur, fatalis ſibi Hiſpanus cunctator fuit. Quandiu ab Hollandico bello ceſſatum, bellam eſſe occaſionem optimi quique Conſiliarij monuerunt. Nec ego deſtiti vrgere, quod ex inſito gentis in nos odio, & ingenitâ perfidiâ, quò eſſet ſimulata iſta patientia erùptura, præuidebam. Ac in id vehementiùs incubui, cum anno ipſo 1638. propè defectioni, rem Luſitanam eſſe intellexi.

CONFVTATIO XII. XIII. XIV.

§. I.

QVòd eodem recidunt hi tres, eâdem ſunt omnes ratione confutandi. Summa illorum eſt: Luſitanorum ſimilem Hebræorum in alias regiones tranſmigrationem fieri debuiſſe: Principibus, qui Regij eſſent ſanguinis, omnino antè è medio ſublatis, ne qua ijs Regis in poſterum creandi ſpes ſupereſſet. Ecquis hoc vnquam aut Seſoſtris, aut Pheræus, aut Dionyſius cogitauit? ſanè in hunc hominem Seneca.

Plutarch.

Seneca Tragic.

Vt fiat tuus,
Vis eſſe nullum.

Barrius. D. 2. Couto. Maffæius. 4. Reg. 25.

Non ſint Luſitani, modò noſtri ſint. Deportentur, tollantur, extinguantur, vt nos imperemus. Ita Barbari apud Armuſiam. Cum quis imperium capiebat, æmulum ſceptri ne quem haberet, omnes viſu, admotâ candenti lamina, priuabat. Quod iam in Sedecia Rex Protobarbarus excogitarat, quem oculis erutis in carcerem coniecerat. Noſter in eo humanior, quòd occidere malit, quàm viuos ad pœnam ſupereſſe. Nam Armuſiani in Xenodochia coniecti, miſerè vitam trahebant. Infamante ambitionem cruciatu. Noſter acutiùs & vtiliùs remouet occidendo, ne pateat crudelitatis ſcena, & ſpectaculo ambitio redarguatur, quin & vtiliùs conſulit, vt nemo ſuperſit, quem neceſſe ſit ali, atque adeò nullo impendio regnetur. Similes Authori Conſiliarij illi fuerunt, quos ait idem ſuaſiſſe Philippo, antequam Oliſipone excederet. Quem Prudentem ſuo iudicio, & valentem conſilio dixerim, ſed alienis conſilijs infirmum, ac debilem, nec enim ſana latera habuit, quemadmodum vocat Conſiliarios Bernardus. Cuius in Philippum quadrat ſententia. *Ne te dixeris ſanum dolentem latera.*

D. Bern. l. de Conſiderat.

Cur tantoperè inculcat genus hoc ſenatorum, & commendat crudelem eorum ſententiam? Certè non eos D. Thomas ad concilium & ſenarum eligeret. Alios enim ille ad pietatem comparatos inſtituit. *Conſiliarii*, inquit, *vulgus non ſpernant, pauperes ne grauent, ad honeſta & glorioſa prouocent.* Similes illos legibus Seneca eſſe vult, qui citra odium puniant: & delicta, non homines inſectentur. *Leges*, inquit, *ad puniendum non iracundiâ, ſed æquitate ducuntur. His oportet ſimiles eos eſſe qui præſunt.* Quas Pœnas nobis vult infligi, eæ crudelis, & impij animi vulnera ſunt, in vindictam illata: non medicamenta ad ſalutem adhibita. Ergo abſurda, & præpoſtera ratio & imperandi, & conſulendi: nam vti prudenter Ariſtoteles: *Pœnæ in legibus inſtitutæ medicinæ ſunt.* Longiſſimè abeſt à iuſtitia iſtud excogitatum ad noſtram perniciem damnum. Cùm teſte D. Thoma; *Iniquum regimen ſit, quod ordinatur ad onus & miſeriam ſubditorum.* Sed vim, quæ præcipua Authoris eſt in c. 15. videamus.

D. Tho. de Regem Princip.

Seneca apud eundem,

Ariſtot. Eth. c 9.

D. Thom. de Regim. Princip. l. 2. c. 16.

§. 2. ad Art. XIII.

QVam hoſtili animo ſuſcipiebat, aptè expeditionem vocat. En quo iure paludatus intrabat! Togam ius amat, vis paludamētum,

&arma

& arma. Ergo vi agebat. Quod primùm inuaſit,ius ipſum fuit. Legibus priùs quàm nobis bellum indixit. Occurrimus, interceſſimus. Orotyriarcham Regni cum Epiſcopo miſimus. Nihil profuimus. Capulo admota manus,vbi ius eſſet ſuum admonebat.Mutus,quod tyrãni voce clamant, *ius eſt in armis*, ingeminabat. Annon hæc ipſa quam aſſerebat vim, tyrannis? Polirices magiſtrum appello:ſic notantem. *Violentum vnius imperium, præter mores & leges*. At qui legibus auſcultaret Philippus, qui imperare conabatur? *Voluit*, quod eſt in Plutarcho, *ipſis legibus imperare*. Iuſti ea Principis vox fuit. *Principem ſenatui ſeruire debere, & vniuerſis ciuibus*. Philippo aliud viſum, quod omnia ſibi addicta eſſe putabat. Conſilia ſpreuit, interceſſiones ſuſtulit, ipſius Pontificis Riarij nobiliſſimi Legati orc monita contempſit. Profeſſus hoſtem, cùm amicum profiteri ſe debuit. Dominari in iudicio, cùm ſubjici oportebat, maluit. Quantò æquius, ſi iuſtè regnum inibat, eſſet Paterno more corda ſubigere, & amando voluntates trahere. Hoc ipſum, quod vim adhibuit, terroremque intulit, & amorem excuſſit, non Regem ſe, non patrem, ſed tyrannum declarauit. Itaque vſurpauit, non accepit Imperium. Inuaſio illa non poſſeſſio fuit. Nemo enim inuitis & repugnantibus ſubditis poſſidet Regnum: ille verè poſſidet, qui amore corda conciliat. Hanc ſibi ad ſceptrum capeſſendum viam Dauid prudenter munijt. Cùm prorſus deleto apud Gelboëcum copijs Saüle, Regnum facilè occupare poſſet, quod ei alias iure diuino conceſſum: noluit armis, & vi graſſari, quò amore & beneficijs poterat peruenire. Communi populi cladi indoleſcens, omnium ſuſcepit affectus; ſolutus in lachrymas cor fletui impendit: ijs quaſi igneis glandibus corda expugnauit. Ea illi fortaſſe mens fuit, cum deſleta Saülis & Ionathæ cæde ſuis edixit. *Vt docerent filios Iuda arcum*. Quæ Amoris arma ſunt: vt quanta ſit huius in expugnando vis ſignificaret: minus enim ſpicula, & mucrones ferrei, quàm ſagittæ ex Amoris pharetra eductæ, & ex cordis arcu emiſſæ ad cõparanda imperia valere ſolẽt.

Lipſ. in Pclit.

Plut.

Auguſt.

Manifeſt

Anony. Pariſ.

2. Reg. 1.

Ibid.

O quàm à Dauide Philippus diuerſus! Sebaſtiano in Africa ſublato, Henrico in Luſitania extincto, in luctu & ſordibus erat Luſitania; dolor intimus, qui corda affecerat tenera illa, molliaque reddiderat. Poterat ijs Philippus condoleſcens amoris ſigillum indere, quod fortè recepe-rent: ſed maluit in ferrum imprimere, & lacerare. Cruorem elicuit, iram prouocauit. Ceſſerunt armis, ſed obduruerunt. Ecquis vnquam gladio corda expugnet? Tum cum ſcuto maximè opus erat ad protegendum, gladio vſus Philippus, Patrem ſe negauit. *Hic enim ſcutum magis, quam gladium ſumit*, vt tueatur. Hæc ars expugnandi. Quàm à Deo edoctus Ioſuc cum ei imperatum, vt inſertatum læuæ clypeum attolleret, & in vrbem Hai intenderet. *Leua clypeum contra ciuitatem Hai*. Nulla enſis mentione facta: perinde quaſi maior ad expugnandum ſcuto, quam gladio, vis eſſet. At ſtringere interdum enſem oportet. Fateor, ſed ſatis fuerit proferre, & vel recondere, vel abjicere, vt videant acie intentatã ſubditi, quid poſſis, proiecto gladio, quantum ames. Idem paradigma Ioſue objicitur. Aliàs enſes exeruit, vrbes expugnaturus: ſed exertos abiecit. *Iactando contra ciuitatis romphæas*. Igitur cùm appropinquabat ciuitatibus,

Iuſt. Lipſ.

Ioſ. 8.

Eccleſ 48.

euaginabat gladium, nudum intentabat, fulmen oſtendebat. Sed mox abijciebat, vibraſſe contentus, ictu abſtinebat, imò & acie deluſâ pietati litabat. Aliter Philippus: clypeum remouebat, gladium admouebat. Occurrunt tamen Caſtellani. Voti compotem ſe fecit. Regnum obtinuit. Nimirum non quid vis poſſit, ſed quid ius valeat, quærimus. *Honeſta quædam ſcelera ſucceſſus facit.* Non ſunt res euentu pendendæ. *Proſperum ſæpe ac felix ſcelus virtus vocatur.* Indignum virtutis eſt nomine, licet mentita virtutis ſpecie blandiatur. Nunc ad illam Diuinitus, vt ait dictam, & omnium plauſu exceptam ſententiam. Oraculum iudicat: credo quòd in noſtram perniciem. Sibyllæ tamen fore dubito, quod de illius ambigo veritate, etſi videatur Sibyllinum, quòd dignum eſt quod folijs ludibria ventis ſcribatur: nec venti deerunt, vbi flatus Caſtellanorum: itaque ex eorum manibus facilè euolaret. Sanè ſi Author ille, huic noſtro conſentit, capitalis illa in nos ſententia fuit. Quod illam ſententiam mire commendat, facit more Hiſpanico, & Thraſonico, hyperbolicôs. Ita ſolent tenuiſſimas res exaggerando ridiculas reddere. Dandum eſt aliquid ioco in re tam ſeria quod tam ſit prolixa. Cũ Mardriſti eſſem; qua die Corporis Chriſti ſollennia aguntur, ac vt eſt loci conſuetudo ante pompam ludicra, & ad riſum plæbeculæ incitandum turpiſſimæ ſpecies feminæ, ſed ornatæ, tamen præferrentur, (quæ Taraſca, vulgo appellatur) ridentibus effusè Luſitanis honeſtis qui aderant hominibus, miratus Caſtellanus quidam, nec ignobilis, intento in eam digito exclamauit. *O Rem profectò mirabilem! quid melius excogitari potuit. Digniſſima Luce huius Regii oppidi Taraſca.* O *decus & ornamentum curiæ Hiſpanæ.* Cohibuerunt paulìſper Luſitani riſum, & ex ijs vnus hilarior reſpondit: Sanè *Bella eſt Taraſca. Sed vnica non eſt: acne ſit, faciunt multæ, quæ è feneſtris eam intuentur.* Puduit ſuæ Caſtellanum ſententiæ: ac eò magis, quod cæteri effusè riſerunt. En quò hyperboles Caſtellanos deducunt. Affirmat *extare, & teri hodieque manibus multorum.* Id minùs certè miror. Aurum non erat, ſi foret, in quam primum manum incidiſſet, ab ea non dimitteretur. Tam tenaces auri manus ſunt Caſtellanæ. Quid? quòd in noſtram perniciem ſententia dicta ſtudiosè conſcripta & intentiſſimè ſeruata: ſic omnium manibus verſabatur, quæ in omnium animis erat impreſſa: Inde illi fatales characteres in papyrum tranſcripti. Plura in nos pænarum genera in eorum fabricata pectoribus, quâm attramento repræſentata. Tyrannorum more agebant, quorum viſcera immanitates continent, & quot re ſuplicia exhiberi poſſunt, animo expreſſa retinent. Quò illud ex Tacito verti poterit. *Si tyrannorum mentes recludantur, poſſint aſpici laniatus & ictus.* Videat Author, dum ſibi de huiuſmodi immani ſenatuſconſulto blanditur, ne in ſe ſuos que quadrare faciat Senecæ ſententiam. *Quid,* inquit, *illud? Delectari ſono catenarum, quocumque ventum, eſt, multum ſanguinis effundere aſpectu ſuo terrere & fugare. Quæ alia vita eſſet, ſi leones, riſique regnârent?*

Seneca Trag. — Virgil. l. 3. — Tacit. 6. Annal.

§. III. ad ART. XIV.

Fatalem ſibi moram fuiſſe cum dolore teſtatur, quam nos cùm gaudio ſalutarem experti. Nempè nos Romanis: illi Pœnis ſimiliores. Iniectam à Deo moram illud confirmat, quòd morando Hiſpa-

ni rarò iacturam fecerunt. Feciſſe,cum nobis ſpatium ad excutiendum dederunt,argumento eſt Dei,Prouidentiam interceciſſe:ſanè vt id arripiam,& intorqueam, opinione, quâ maximè valere volunt, Prudentiæ ceciderunt. *Tractandum eſt enim ante factum, nam poſt factum ſera retractatio eſt.* Et tamen retractat Author, cùm dolor ex amiſſa occaſione ſolus ſupereſt. Imo & dolore in rabiem verſo furit ac æſtuat iracundiâ, vindictamque truci animo meditatur. Vltrà cauſam voluntatem ſæuiendi retinet, contra quàm præcipit Seneca. *Oportet*, ait, *antè voluntas ſæuiendi deficiat, quàm cauſa.* Ac eò iniuſtius ſæuit, quòd anſam fatetur cunctando ſe dediſſe. Sibi iraſci, ſibi ſuccenſere debuiſſet. Neque de pœnis irrogandis cogitare, ijs qui non læſimus; ſed tantùm libertatis occaſionem oblatam ab illis, arripuimus. Quantò ſatiùs eſſet, vel acceptas iniurias condonare? *Cum* nihil eodem Authore Seneca, *ſit glorioſius Principe impunè læſo.* Sed omnem honeſti conſcientiam author vult abjici, vt imperetur. Perinde ac ſi in ſceptro Felicitas ſita ſit. *Væ coronę ſuperbiæ*, cecinit ne, an plâxit Iſaias? Et *Domus quæ nimis locuples eſt, annullabitur à Domino.* Mentem debuit eò vertere, quò res humanæ omnes tendunt, à quo procedunt, ſupremum Numen, ac ſeriò ſecum reputare: Mutationes, ac declinationes Imperiorum in eius, eſſe poteſtate, *& per quem Reges regnant*, ab eo cùm attolli, tum dejici, tum deponi. Nec ſe melioris eſſe, quàm quâ vtuntur valetudine, conditionis: quæ vti fluxa, & caduca variè afficitur, & morborum varietate agitatur: ita & imperia non certa & conſtantia, ſed fragilia, & incerta, non poſſe diu integra & firma conſiſtere. Ne meliore Fortuna, quàm natura loco ponatur. Reſtituta ſibi Luſitania fauente numine.

D. Thom. de Regi Princip.

Seneca Philoſophus.

Idem Seneca.

Iſai. 28.

Eccleſ. 21.

Quodque mirum magis fuerit Canente claſſicum præter ſpem mentemque Harpyia illa librorum plagiaria infelici vate Cælenone Caramulicâ, qui hoc temporis excitatâ de iure in Luſitanicum Regnum quæſtione, nos admonuit iniuſtitiæ Philipporum, & iuris Birgantini memoriam renouauit; anſamque præbuit noſtra vindicandi, demonſtrato in ſuo Demonſtrato Philippo Regni Luſitanici Prædone. Quem hominem odiſſe, ac deteſtari debent Hiſpani, quòd eam ijs Camerinam mouerit, quæ totam Regiam conſpurcauit; ſed quid ille faceret, qui Harpyæ vicem gerebat cui

Caram in ſub. Philip. Demonſt.

Fœdiſſima ventris
Proluuies.

Virgil Eneid. 3.

Quæ in ſtilum quoque peruaſit, quo nullum in hiſce aureis ob cultam latinitatem temporibus, inquinatius inueneris. Neſcio quibus è latebris Ennius iſte Pater (Abbas eſt enim) prouenerit, in cuius ſcriptis ſtercoris plurimum, auri nihil Virgilius ſi viueret, repeririſſet.

In vita Virgil.

ARTICVLVS XV. & XVI.

FO nos fatum, & fortuna noſtra deduxit, vt timore prepediti, arma non expediremus, quibus ſecretę rebellionis fibrę prçciderentur. Que cum erupis, attonitos magnitudine ſuâ deterruit. Nec enim maior accidere poſſet, ſi arma in Luſitaniam intuliſſemus. Sedentes nos & morantes occupauit, quę bellantibus fortè non accidiſſet.

XVI.

VT ſibi vim ad ſimulandum facerent Luſitani, non potuerunt inſitum à natura in Caſtellanos odium, quin ſe proderet, continere. Hoc tantum inter eos diſcrimine, quòd qui nobis ſpeciem fidei obiiciebant, ii iocò eadem, que alii ſeriò, iactabant.

CONFVTATIO XV. & XVI.

§. I. ad ART. XV.

OMiſsâ, de qua toties queritur, cunctatione, & quod ad nauſeam vſque odium, inculcat, ſupereſt de deliberatione dicendum. Dolet, quòd arma non ſint ſtatim ad componendos motus expedita. At non ſatis ſe expedit conſilio: nam ſi timor præpediebat manus, quî arma çapere poterant? metu contrahente neruos animi, quî poſſint brachia explicari? Quod ius armis primùm quæſiuit, armis duxit Caſtellanus repe-
Prouerb. 32. tendum. Sanè, *Arma & gladii in via ſuperbi.* Quid? non ille mihi piè, ſed politicè arguendus. Arma tum parari cœpta, & bellum agitatum. At deſtitum, quod ſpes non foret vi proficiendi. Ergo non defuit conſilium, ſed vires defuerunt. Timendo igitur accidit, vt eueniret idipſum
Seneca. quod timebant, vt fides Senecæ dicto eſſet.

Multi ad fatum venere ſuum,
Dum fata timent.

Liranus. & egregiæ Lucani ſententiæ,

Multos in ſumma pericula miſit.
Venturi timor ipſe mali.

Fatalis igitur ſuo vocabulo hic timor fuit. Quid ergo cótra Fatum quicquam, quæ eſt ipſa cauſarum rerumque ſibi ſuccedentium à diuinâ Pro-
Seneca de Proud. uidentia inſtituta ſeries, conábitur? Dei iubentis Imperium recognoſcar. Nam *Eſt boni viri præbere ſe Fato*, ait Seneca. Quid ſi arma tum vti, retur,
Virgil. Æneid. expedirentur, non ipſe voti compos, opinor, fieret. *Totidem nobis animæque manuſque.* In eandem veniret ſortem, ſi timore excuſſo vim adhiberet. Non poſſet eludere Decreti ſuperioris poteſtatem, ſiue hâc, ſiue il-
Liuius. lib. 8. lâc ingrueret, non euaderet. *Fugiendo*, inquit Liuius, *in media ſæpe fata ruitur* Id mirandum, quòd ſalutaria hoſtium aduerſus nos ſemper ſunt conſilia diſcuſſa. Tum arma decreta, & timore præpediente depoſita. Deinde cùm Rex noſter Ioannes eſſet ſalutatus, & Regnum vindicatum quies indicta, & arma amota, & in Cataloniam verſa. Cùm maximè opus erat armis, arma omiſſa; cùm Pace opus, arma ſumpta. Adeo vera

eſt illa præclara Velleii Paterculi ſententia. *Cœlum, cuius fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit.* Quâ ratione in ſacris litteris Abſolonis proſpera eſt Fortunæ mutata, corrupto Achitophelis conſilio. Vnde prudenter Dauid *Infatua*, aiebat, *Domine conſilium Achitophelis.* Nam eo amoto ſalus conſtituta. Ac vti Achitophelis conſilium celeritate nitebatur, & morâ eneruatum elanguit; ita & Caſtellanorum, quòd velocitate proficeret, cunctatione diſſipatum. Itaque dum *conſulendo tempus trahitur, inutilis cunctatio tempus conſumebat.* Elapſa è manibus occaſio deluſit ſequentes. Deinde clypeum poſt vulnera ſumpſerunt. Irridente ſuos conatus Europâ & ſannâ abeuntes poſticâ inſectantes eo ſcommate. *Serò ſapiunt Phryges.* Quid ergo arma valerent, non rectè adminiſtrata iudicio. Neſcio quo pacto mens & manus ſibi reſpondent, ſeque mutuo nexu copulant, vt vbi non eſt conſilium, & arma deficiant, & rurſum arma valeant, vbi conſilium viget. Itaque cordatè Tullius. *Parua ſunt foris arma, niſi conſilium ſit domi.* An non erat armatum Iouis cerebrum, cum ex eo Pallas armis omnibus inſtructa proſiliit? Præiudicium armorum fuit iudiciũ galeatum. Niſi apud Troianos Polydamantes, & apud Græcos Neſtores, non aut illis Hectores, aut his Achilles Aiaceſue profuiſſent. Illa minoris ſunt, quàm vt refutari latè mereantur. Deterritos Caſtellanorum animos ſubito noſtræ aſpectu libertatis non dubito, cum nos ipſi ſeruos fore æternùm ſperarent. Tàm ſeruitutis vincula contenderant. Illud mirari debuerunt, vnanimi conſenſu, ſummo ſilentio, incredibili celeritate rem tantam, tamque difficilem eſſe confectam: vt impulſa ea maiori, quàm pro humanâ virtute videretur. Itaque non ſecretæ rebellionis fibræ, ſed manifeſta libertatis ſigna apparuerunt. Prodidit ſe repente Lumen conſilii, & mentes quaſi fulgure quodam præſtrinxit. *Intonuit læuum*, & Ioannis ingeminato nomine, ceu tonitruo perculſi Caſtellani obſtupuerunt.

Vellei. Pater. cul. l. 2.

2. Reg.

Tacit. l. 3. Hiſtor.

Cicero in Officiis.

Lilius Gyrald. Natalis Comes. Homerus.

Æneid. 7.

Quod putat, ſi armis occuparet, non fore libertatem, longè fallitur opinione. Non is eſt Luſitanus, qui belli metu ab incœpto deſiſtat. Contulimus ſæpiſſimè cum Caſtellanis hoſtibus manus, victores plerunque, victi rarò diſceſſimus. Paulò antè prælia numerauimus, victorias contulimus. Natum ad Caſtellanam ferociam retundendam Luſitanum monſtrauimus.

Non potuit Luſitanus à dolore ſibi temperare & queſtu abſtinere: dolentis erat gemitus, non odio habentis fremitus. Sed in eam incidimus calamitatem, vt ne gemitus quidem liber eſſet. Crimini datum, naturæ dolentis remedium. Hoc quid aliud eſt, quàm culpare naturam? Refert ad odium, quod ad dolorem debuit. Eleganter aliàs ab idoneo Authore dictum. *Cumulum Caſtellanæ crudelitatis fuiſſe cogi nos ad oſculum ferientis manus: & vibrantis in capita ferri, aciem adorare: adducere in riſum vultum, cum ictus auertebat.* An non gemitum Deus, vel inbrutâ & inerti animante iniuſtè pulſatâ miraculo probauit? Iniquo Aſella ab iniquiori ſeſſore Balaamo dolata fuſte, aperto in voces articulatas ore ingemuit naturę terminos egreſſa, cum Balaamus iuris trãſgreſſus: duplici documento. Altero ſummam miſero iniuriam ademptâ querendi poteſtate fieri. Altero

Author. Paneg. Apolog. pro Luſitania.

Num. 22.

qui vexat, cum plerumque iniuſtum: qui vexatur, innocentem fore. Cum vox mutæ animanti conceſſa ad queſtum à Deo ſit, & illi Angelum videre licuerit, quem non licuerat Balaamo intueri. Quod ſi illud odium fuit, cur ei quæſo Caſtellani cauſam dederunt? An non ſciunt, ex veteri ſchemate. *Scribere in marmore læſum*? Hoſtium nos loco habuerunt: quid ergo amorem exigebant? Amaremus nimirum eos, quibus nos odio eramus? præſertim cum huiuſmodi odium non priuatas perſonas, ſed Rempub. noſtram peteret. Nec nos homines, vti antea dixi, ſed vitia hominum, auaritiam, libidinem, inſolentiam inſectabamur.

In ſchematis Pauli Iouii.

§. 2. ad ART. XVI.

INgemitum Author inuectus, nunc & in riſum impingit. Quid hoc homine facias? nec lacrymis parcit: nec riſui ignoſcit. Ait Luſitanos omnes iugum auerſari: argumento iniquum fuiſſe. Damnare cunctos: hoc diſcrimine, quòd qui verè ciues ij ſeriò; qui Caſtellani ſenſus, ioco illud in nos imperium vituperabant. Vtrique opinor iure ac verè, nam:

Ridentem dicere verum
Quis vetat?

Horat. in Art. Plutarch.

Serii cum Catone, Iocoſi cum Tullio ſtatum oppreſſæ Reipublicæ deplorabant. Damnare igitur omnes, nemo commendare. Ac neſcio an magis debeamus facetis, quòd ij adulatores, nec tamen conuitio tacito abſtinebant. Acuti, quòd adminiſtrationem Caſtellanicam in riſum vertebant. *Turbam* hîc dicit eos qui cum Patriâ, ac Rege ſenſerant, contemptu quodam, & faſtidio Hiſpano. Sed primum moneo, ſi quis vnquam Rex ab optimatibus eſt conſtitutus, illum ſanè Regem noſtrum Ioannem extitiſſe: quem Primarij viri agnouerunt, excitarunt, inuitarunt, traxerunt, crearunt, ſalutarunt.

Reuocet quæſo Author in mentem initia, progreſſus, euentus, fines Regni Luſitanici, illud à Deo inſtitutum, auctum, confirmatum, directum, cognoſcet. Quòd ſi illud in manus Caſtellanorum venit, Diuinâ Prouidentiâ, cuius cauſa in occulto eſt, factum. Non ideo tamen in eorum futurum erat perpetua poteſtate. Sexaginta annos alienum iugum tulimus, vti olim Hebræi, quibus nos ſæpe confert, annos ſeptuaginta ſeruitutem experti: atque adeo quemadmodum, hi poſteà ſeruitute Deo dante exempti, ita & nos iugo liberati. Nec ſanè deſunt, qui exiſtiment traditos in manus Caſtellanorum Luſitanos, vt ii à nobis Peccatorum pœnas repeterent: quas annos ſexaginta lueremus. Quare quod Author tantoperè expetit, vt Hebræorum inſtar ab Athalia, Iehu, Nabuchodonoſore vexemur, mulctemur, deportemur, occidamur, id antè ſub Regibus ſuis Philippis factum cognorit, deſinatque in poſterum optare, quod abundè votis conceſſum eſt. Hactenus acerbè, & inhumaniter habiti pœnas dedimus, non eſt, quòd nobis Salmanaſares, Nabuchodonoſoreſque excitet, à quibus pereamus. Audiat Gallum ſcriptorem hac de re ita ſentientem. *Ce que i'ay doncques à dire, c'eſt, que comme*

Daniel. Ezech.

Libro de la liberté. de Portugal.

Dieu chaſtie, & abaiſſe les grands Eſtats & Monarchies, permettant à cauſe des pechez du Peuple, qu'il ait des Pharaons, Nabuchobonoſors, Caligules, Nerons, Diocletians, qui luy ſeruent de Bourreaux, (Attila s'appelloit le fleau de Dieu, & Tamerlan l'ire de Dieu,) il ſemble auſsi qu'il ait permis que le Roy Philippe ſoit le Miniſtre & l'executeur de ſon courroux, & que par quelque ſecret iugement hors de toute apparence humaine, il n'ait encor voulu pour ceste fois permettre la deliurance du Portugal. id eſt, Souſa Macedo.

Quare illud, inquit, *ſentio, quemadmodum Deus ad repetendas pro commiſsis à populo culpis iuſtiſsimas pœnas, ſolet permittere, vt in manus immaniſſimorum Principum incidant, à quibus torqueantur, cuiuſmodi fuerunt Pharaones, Nabuchodonoſores, Caligulæ, Nerones, Diocletiani, qui tortorum inſtar fuerunt. (Nam Attila ſe, & Tamerlanus flagella Dei eſſe dixerunt,) ita cum Portugalliam vellet ob peccata ſuppliciis afficere, Regem Philippum in eam armatum immiſit, eique illam arcanâ iudicii ſui ratione puniendam, vexandamque tradidiſſe.* Habeat ſibi Author quod concupierat, fore nos Hebrææ genti ſuppliciorum genere ſimiles: ſed in eo voto deſtituatur, quòd non vltrà premendi ſimus, cum iam pœnarum ſatis annis ſexaginta dederimus, quòd à Deo erat tempus ſupplicii definitum. De cætero nihil laboro; nam nec nos Hebræis à lege Diuina deficientibus, nec Philippos tam trucibus, & iniquis Tyrannis æquum fuerit comparari. Illa minutius perſequor. Belgicas inducias occaſionem inferendi nobis belli eſſe voluit, quò liberius pugnare. Quam piè viderit; quam ſagaciter, aſtutique modo deprehendimus: cùm ſolicitatis ad turpiſſimam Pacem Hollandis, quos rebelles anteâ perfidoſque dixerunt, eo ſe bello explicare volunt, vt in nos arma conuertant. Eò item conſilio Catalanis concedunt inducias, vt inde deducto exercitu Luſitaniam totis viribus inuadant: hoc eos agitare; iam omnes perſpectum exploratumque habent. Ac quid eo demum conentur intelligunt, vt ſi domare Luſitaniam poſſint, eam prorſus extinguant; & ſibi commiſſam in Cataloniam concitent, & ſubacta Cataloniâ, omni collecto impetu in Hollandiam irruant, qua, vti putant, debellatâ, Gallum, Suedumque deſtinatum ſibi hoſtem profligent: ac orbem iterum pernicioſo bello iuuoluant. Pacis communis prætextu bellum commune moliuntur. Caueant ſibi Galli, ne in eos poſteà bellum hæc inſidioſa nubes detonet. Foueant ſocios, adſint fœderatis, iubeant in communis Pacis negotio ab omni prorſus bello abſtinere. Pax non eſt, niſi omnia omnino arma ponantur. Id nobiliſſimi, ſapientiſſimique Suedi probè intelligunt, quorum & altiſſima iudicia, & egregia facinora omnis Europa miratur. Norunt Caſtellanorum ingenia: auida imperandi, iacturæ impatientia, cupida vindicandi: ſimulandi perita: cuncta ad vtilitatem & gloriam referentia. Rerum ſe momentis accommodant, vt poſteà fortunam ſuo arbitrio poſſint fingere eò ſemper, quò libido & cupiditas, & ambitio ducit per ſecretos aſtutiæ cuniculos emptura. Nos in Oratione Pace natura. Pro pace monaſterienſi ad Plenipotentiarios.

Quod nos odii & Perfidiæ Author arguat, minus id certè curamus. Quin & odii cauſas, iam ſuprà attulimus, & obiecta purgauimus; imò & in eos calumniam retorſimus. Perfidiæ notam nemo Luſitanis, niſi

Emmā. Faria Souſa. Souſa Macedo. Vaſconſel. in Deſcrip. Luſitan.

abiecta fide iuſſit. Præiudicium fidei eſt ſanguis Luſitanus. Noſtro obſequio æſtimanda fides, è noſtra fide Principis ius ſpectandum. Ille verè ac iuſtè Princeps eſt, cui paremus, cui non obedimus, iniuſtus & iniquus. Id ſufficiat interim: paulò poſt latiùs de fide Luſitanica dicturis. Quem ſibi annum infelicem execratus, nos & amamus, & colimus & Sidereis Faſtis inſerimus. Eò anno primum libertatis impetum cepimus. Duce Ciuitate Eborenſi, quæ quòd Regum ſedes anteà multorum à Conimbricâ, & Olyſipone fuit, diuturnam ſeruitutem recuſauit.

Anonymus Fatis, cœpit & Append.

Ac vt eleganter Anonymus. *Prima ciuitatum Ebora Regia, quondam vrbs impellere Regnum cæpit* Itaque nobilitas Author, & Dux pulcherrimi facti. Hac certe ratione Ioannes IV. Primo Ioanne longè felicior. Nam huic maxima nobilium pars defuit, partes Caſtellani Regis ſecuta. Populi præcipuè ſtudio Regnum iniit. Quem Aluarus Paez Senator Illuſtriſſimus, Togatorumque ampliſſimus ei magnoperè cōciliauit. Imo & fluctuante adhuc Oliſipone vrbe Principe, ac publico ad D. Dominici conuentu è media quidam plebe Penedus Romani ſpiritus vir, admotâ capulo manu, Regem eum renuntiari iuſſit, & obtinuit. Sanè in celeberrimo apud Aliubarrotam Prælio penè plures ex optimatibus in Caſtellæ partibus cecidiſſe, quàm in noſtris victores manſerunt. Vnus inſtar omnium Fulmen illud belli, & viua Laurus, Nonnus Aluares Pereira Regi noſtro Ioanni fuit: nec tamen ſolus ille in partibus: ſed alii quoque ex Acugnis, Paclecis, Meliis, Iupiis, Coëliis ſtrenui, non admodum tamen multi ſteterunt.

Chron. Regis Ioan. Primi.

Anonymus. Souſa. Luſitan. vindic.

Ioanni noſtro IV. omnes penè Optimates fauerunt. Eorum conſultatio, deliberatio, inſtitutio, euocatio, ac totius rei confectio fuit. Vnanimes conſpirarunt, & concordes adfuerunt, copulati patrarunt. Populo non ducente, ſed ſequente. At fuit de Primariis viris vnus annis, canisque venerabilis, qui ſtricto gladio fulguraret, coque ad Parmam incuſſo per Aulam primùm Regiam, mox per Fora & Compita volitaret, & ad pulſum, Ioannis ingeminato nomine, ciuitatē ad ſtudia libertatis excitaret. Itaque Rex Sereniſſimus noſter Ioannes, à quibuſdam. *Rex optimatium*, propter eximia ab iis officia præſtita nuncupatus. Populi aliàs nobilitas, nunc Populus nobilitatis appendix fuit: Diuinâ Prouidentiâ factum, vt mutuæ, quæ inter Optimates Luſitanos eſſe, ob exceſſa ingenia æmulationes, & offenſiones ſolent, eæ omnino nc eſſent. Summa omnes cœpit, & animorum & ſenſuum concordia. Pauciſſimi à Rege defecerunt, quorum pars in Caſtellam concedens ſeceſſionis pœnas anguſtè & miſerrimè viuentes luerunt, pars proditionis conuicta, palam capitali ſupplicio ſunt affecti. Quin & quos Madriti abſentis nuntius ſalutati Regis occupauit, hi pene omnes, vnus poſt alium, partim occultè, partim obtenta facultate in Luſitaniam redierunt: hodieque ſummo ſtudio redeunt.

Ioan. Baptiſt. Piragus.

Iam verò ſi Turbæ nomine Populum, imo & Plebem intelligit, fatemur, eam Regem cùm ſemper ciuem, & è Regiâ Brigantina optaſſe, tum modo eum libentiſsimis animis accepiſſe. Atque id ſanè argumentum fuerit Iuris Brigantini, quòd Luſitana plebs, quæ alienos, & maximè

ximè Caſtellanos Reges ferre nunquam potuit: cum ſummo ſit ſtudio amplexata, vt hic illa Paræmia vim habeat: *Vox populi, vox Dei.* Nec vero contemnendum, à turba celebrari, cum ea ſummo Regi Christo teſtimonium reddiderit, Principibus frementibus & indignantibus. Regi noſtro, id à Deo donatum, vt & Principes turbæ, & turba Principibus conſentiret, omniumque vna mens, & vox eſſe videretur. Habuit ille ad plauſum, quod teterrimus Imperator optabat ad immanitatem. *Vnam ceruicem, vnum guttur*, non quod ferro periret; ſed quod aureo torque donaretur. Ac quemadmodum initio floreſcentis Eccleſiæ, *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna*, ita & Regno noſtro ad gloriam renaſcente, omnibus ſine diſcrimine aut ſtatus, aut dignitatis, vnus & idem fuit habitus animorum, vt eundem Ioannem Regem ſalutarent.

Suetonius.

Actor. 7.

ART. XVII.

PRima illa Portugallenſium iam inde à primis temporibus, à Rege Hiſpano, Hiſpaniæque Regno continuata defectio, illi quæ Ieroboamo Rege contigit, gemina prorſus extitit: nec minùs quæ recens aduerſus Maieſtatem V. rebellio facta eſt.

ART. XVIII.

NAm quemadmodum apud Iudæos populus, ſeruum Regem inſtituit, deſertâ Regiâ Dauidis ſobole, ita & Luſitana gens priuato homini Regnum detulit; ex quo eſt Regni Iudäici ruina conſecuta.

ART. XIX.

EVerſus eſt ab illis rebellibus florentiſſimi Regni ſtatus, Religio deſerta, iura conculcata, quibus nempe, auaritia pietatem excuſſit. Hæc, & alia atrociora iam tum Luſitani patrarunt; nunc eâdem veſaniâ patrant. Ac vt eam ſemel impietatem conceperunt, non verebuntur, ſi è re fuerit; Deum priuatis commodis poſthabere.

CONFVTATIO *XVII XVIII. XIX.*

QVod hiſce tribus articulis caput continetur, vnũ id eſt inter reliqua, tum à veritate, tum à modeſtia, quæ veritatis Comes eſſe, & ab Hiſtorico repræſentari debet, protſus alienum. In eo itaque nobis danda opera, vt cùm, quo iurè Regnum Luſitaniæ initum ſit, conſtet; tum quâ iniuria noſter hic Author, Rebelles toties Luſitanos appellet, liquidò appareat. Ac primùm animaduerto; non modò deceptum circa humanas, id eſt, Hiſtoriam noſtram: ſed etiam in Diuinis litteris, perpe-

[Pellicer.] ram inducto Ieroboami exemplo, turpiter erraſſe Authorem. Adeò ve-
[Caramuel.] ritas omnis, cum ſempiterna nexa eſt veritate, vt qui ſemel contrà ve-
ritaté peccet, à Diuina item veritate deficiat. Nó negarim antè à duobus
[An. 1639.] minutis autoribus, infeliciſſimisque Pellicerio, & Caramuele, vtroque,
[An. 1640.] Hiſtoriæ Therſite, hac in parte fuiſſe peccatum. Cum iis in men-
tem venerit poſt annos ferme quingentos, (tot enim ab eo quo Al-
phonſus Henricius Regnum iniit, anno, ad eum, quo Ioannes Quar-
tus Rex, Adeodatus, poſtliminio accepit, annum, fluxerunt,) recepto
& firmato Regno, recognito ab ipſismet Caſtellæ Regibus, à ſum-
mis Pontificibus cùm primùm confirmato, tum poſteà agnito, ap-
probato, comperto: Regiorum connubiorum interuentu, ſanguine
in omnes ſe Imperatorias Europæ, Regiaſque Familias deriuante, Im-
perio iiſdem, quibus Solis curſus ſpatiis conficitur, per vniuerſum or-
bem propagato, Fide togatâ primùm, deinde cum opus fuit, arma-
tâ in extremas Triplicis barbariei ditiones inlatâ, Eccleſiâ vbique
terrarum conſtitutâ: inueteratum, & ſacrum Regum Luſitanorum
ius leuiculis, imò & ridiculis ratiunculis conuellere. Quibus ſi detur
locus, nullum ſanè erit iuſtum legitimumque Imperium, quod in
dubium vocari non poſſit: atque adeò neceſſe ſit vt Hiſpanum ipſum
quòd ſtabile putant eſſe Regnum, hac item ratione corruat. Pudeat
igitur auctorem, qui haud paulò eſt grauior, cum hiſce tyrunculis ſen-
tire. Idque ego certis argumentis efficiam.

§. Rebellionem appellat eam, quâ Rex Alphonſus Henricius apud
Campos Orichios, inſtante prælio, fuit ab vniuerſo exercitu ſalutatus,
[Authores infra citand.] miram conſenſionem. Longe fallitur opinione. Nam vt rem altiùs re-
[Monar. Luſit. 3. Britto, & in Chron.] petamus. Luſitania, ab Alphonſo Sexto Hiſpaniarum Rege cum
Theraſia filia in dotem Henrico Burgundico donata, & omnino
[Monar. Luſit.] eiuſdemmet iuris effecta. Nam & Theraſia, vti filia, hæres ſtatus futu-
[Allegation. iur. pro Dom. Catharina.] ra: & Henrico illa quaſi merces pro nauata ſtrenuâ Regi contra Mauros
operâ debebatur. Cùm præſertim è re ipſius Alphonſi, atque adeò to-
[Velaſc.] tius Hiſpaniæ eſſet, ſtrenuum Ducem eì Regni parti præeſſe, quâ
[Soſa.] Maurus hoſtis plurimum terrâ, marique pollebat, vt & inferentem
[Reſend. De Antiquit. Luſit. l. 4.] ſe reprimeret, & repreſſum frangeret, & fractum propelleret. Acce-
debat quòd Theraſia non ex adulterino thoro, quanquam inceſto, no-
[Sandoual. l. 6] ta, ſed legitima nata, Regiam hæreditatem creuerat: vt pote quæ Xi-
[Monarch. Luſitan. 3. p. c. 12. & 13.] meniæ Nunez, quam coniugem, non concubinam Rex duxerat, etſi in-
nuptę ob conſanguinitatem nuptiæ fuerint, filia erat. Itaque legitimo
Luſitaniam titulo Henricus accepit. Cui magnum addidit momen-
[Monarch. l. 8. c. 14.] tum, qui poſteà euentus ius Regnandi confirmauit. Mortuo Al-
phonſo Sexto, inter Vrracam & Theraſiam de integro Hiſpaniæ Re-
gno occupando ortâ contentione, non minùs Theraſia quàm Vrraca
[Liber. Fidei Bracharenſis.] ius ſuum armis repetiit. Nec vero hoc magis: quàm litis exitu Theraſiæ ti-
tulus comprobatur. Nam conſtat Vrracam cum ſorore ita conueniſſe, vt
cederet magnâ Regni Caſtellæ portione, quam cum Theraſia accepiſſet,
& Luſitaniæ ſuæ adiunxiſſet, à Reliqua Hiſpaniâ in poſterum abſtineret.

atque adeo ſuo ſoror vtraque cõtenta regnaret: bellumque integris cum Mauro hoſte viribus gereret. Tanta vis Theraſico iuri, in vniuerſam Hiſpaniam, vt prima ad Pacis leges Vrraca deſcenderit, nec auſa fuerit iuſtitiâ, armiſvè ſe tueri: nec niſi detractâ nobili Regni parte, imò & diuiſo cum ſorore Regno, tranſigere potuerit. At ne quis ambigat, extat præclarum, ac indubitatæ fidei monumentum, in Cartophylacio Bracharenſi, quod huiuſmodi pactum inter duas ſorores Reginas repræſentat.

Offert. Fr. Anton. Brād. in Monarch. Luſit.

Nec obiiciat quiſpiam: Luſitaniam non liberam, & integri iuris, ſed obnoxiã, proindeque beneficiario more, cũque ſuo, vt aiunt, onere tranſiſſe. Non enim, id eſt verum, cum nullâ ratione probetur: ſin exhibeant ſcriptum aliquod ſuper ea re Caſtellani Authoris teſtimonium, Certè, ne ipſi quidem maximè ſuſpecti, illud auſi ſunt obtrudere. Quòd ſi Alphonſo Rege inter viuos agente, nullum omninò extitit: multò certè minùs eo mortuo eſſe potuit. Vnum id obſtat quòd Comes Henricus ad Comitia à Rege Alphonſo ſocero vocari ſolitus. Fateor ſed id tum recentis donationis titulo, tum ſoceri iure fieri videbatur: Præterea iidem ipſi ſcriptores, qui hoc affirmant; inuitum eum jiſſe tradunt: & paulatim ſe ab ea lege exemiſſe. Compertum quidem eſt eo defuncto, nunquam ad illa fuiſſe vocatum. Quid? Quòd Henricus poſt mortem ſoceri, de occupandâ reliquâ Hiſpaniâ cogitauit? Multaque, nec ignobilia Galleciæ oppida armis cepit? Ac Legionenſem vrbem, vt ſibi Sacramentum diceret vi compellere voluit? & ſanè exigeret, niſi intrà prædictum diem auxilium hoſti adfuiſſet. Iam vero Henrico è rebus humanis ſublato, Theraſia coniux ſuo iure vſa integrum retinuit, ac liberum principatum: auctum iis, quæ vir Henricus Mauro hoſti oppida abſtulerat. Quare iuſtè ac legitimè Filius Alphonſus Henricius Luſitaniam hæreditatem adiit: eamque omninò illibatam, nec aliqua ex parte alieno dominio corruptam.

Monarch. Luſit. c. 9.

D Roder. Archiep. Tolet. l. 7. c. 5. Monach. Luſit. l. 8. c. 9.

Idem Auth.

Ad quem tamen, ne tranſeamus, facit graue quidem, & ſpecie validum argumentum. Quî enim fieri potuit, vt Thæraſia germana hæres Regni eſſet, quæ ex inceſto connubio, atque adeo damnato à Gregorio Septimo procreata? Sic enim in eo diplomate. *Illicitum connubium, quod cum vxoris tuæ conſanguinea iniſti, penitus reſpue.* At non difficilè diluitur, quòd id temporis, liberi, qui ex huiuſmodi connubiis naſcebãtur, modò antequam diremptum ſententiâ eſſet matrimonium, naſcerentur, Regiâ hæreditate minimè excludi ſolebant. Quod cùm aliis, tum nobili Ferdinandi Tertij Sancti nuncupati, exemplo cõnſtat, qui cum Alphonſi & Berengariæ, quorum innuptæ fuerunt, atque adeo diſſolutæ nuptiæ, filius eſſet, Regnum tamen Hiſpaniæ hæreditario iure obtinuit. Nihil interim tentato, An alio nomine iniuria obrepſerit. quam Gallicam nos quæſtionem faciemus. -

Sandula. in Chron. Alphon. VI. An. 1080.

Chron. Caſtel. Monarch. Luſit. l. 8. c. 15

Itaque integro iure Luſitaniam Henricius Alphonſus accepit. Cui cùm ditioni non pauca Marius erepta oppida adiunxiſſet: eiuſque poſteâ Rex à ſuis vnanimi conſenſu ſalutaretur; quid quæſo eſt, quòd il-

Anton. Paez Viegas. la Regni inſtitutio ab Authore, Rebellio, appelletur? Nam ſi eius Pater Henricus, ſi mater Theraſia legitimè Comitatum illum integro ac illibato iure poſſederant, nec rebelles vnquam dicti fuerant: cur Filius Alphonſus arbitrii omnino ſui Princeps, adiectâ ingenti portione, quam manu ab hoſte vindicauerat, Rebellionis poſtulandus? Niſi fortè quòd Rex inſtitutus, ideo Rebellis, ipſe, & à quibus ſalutatus rebelles dicendi: At ſi ille Dominus, & ſui arbitrii, ſi liberum Imperium, & nemini obnoxium: potuit & ille Rex dici, & à ſuis eo nomine ſalutari: cum nihil vel ad titulum, vel ad conſenſum populi, vel ad Imperii magnitudinem deeſſet. Hac enim ratione ſunt Regna vbiuis gentium inſtituta. Certè Parens eius Henricus Luſitaniam liberam ac ſui prorſus iuris habuit; vnde falli conſtat, qui Comitatus nomine accepiſſe tradunt, decepti Comitis, quo antea vtebatur titulo, qui non ei cum Luſitania, ſed Luſitania potius cum eo obtigit. Quare occupatâ Luſitaniâ ille modò Comes, modò Dux, Princeps modò nuncupatus.

Anonymus. Pans.

Macedo, Velaſcus. Faita.

F Anton. Brand. l. 8. Monarch.

Quin imo illud vendicem. Etſi Luſitania tempore Henrici Parentis obnoxia Caſtellæ fuiſſet, eam non potuiſſe ſub Alphonſo Principe obſtrictam eſſe. Nam cùm Alphonſo Auo defuncto lis de Regni hæreditate orta eſſet, ea pars Luſitaniæ libera, & ſui iuris communi conſenſu effecta eſt, adiectâ ingenti Gallecię, & Caſtellæ veteris parte, quæ tanquam appendix Luſitaniam ſequebatur. Proindeque Alphonſus nemini obnoxiam Luſitaniam tenuit. Quod autem cum poſteà Alphonſus Septimus, conſobrinus, bello perſecutus: argumento non eſt ab eo Principatum Luſitaniæ iniuſtè vſurpari. Nam vti erant tenera illorum, id temporis, Regnorum initia, ſinguli Reges alter alteri Regnum eripere, & ſibi vindicare conabantur. Itaque & Princeps noſter Alphonſus bellum intulit Alphonſo Septimo, atque adeò ab eodem eſt inuicem impetitus: cùm præſertim noſter Alphonſus magnam Galleciæ, & Caſtellæ veteris partem obtineret. Quare ſi quòd bellum ab Caſtellanis in Luſitanos illatum, Luſitaniam obnoxiam Caſtellæ dicere debemus: & illud fateri oportet Caſtellam Luſitaniæ obſtrictam, quòd Princeps Alphonſus Caſtellanum Regem armis inuaſerit.

Monarch. Luſit. An. 1036.

Erit qui opponat Alphonſum Henricium cùm ad Badaiocium à Fernando nepote, ac genero captus fuit, Regis iure exutum; ſaltem ab eo Regnum precariò, ac beneficii more accepiſſe, imperatumque ei, vt ad comitia vocatus veniret, cuius rei ſanè indicium ſit iuramentū illud præſtitū, in fidem, quòd numquam deinceps equo, ſi peierare contingeret, veheretur. Quod cum præſtare nollet, curru eum poſtea inuectum. Hæc tamen, quamquam vero nixa principio, quòd captum Alphonſum fuiſſe apud omnes cōſtet, mera profectò cōmenta ſunt. Nam neque Alphonſo Regni quicquam Luſitani detractum: neque illud precariò datum: ſed tantùm, reſtitui capta oppida imperatum: nec illud onus, Comitijs vt adeſſet, impoſitum: tantùm monitum bello deinceps abſtineret. Nec ille recepit ſe, niſi Comitia frequentaret, equo non inceſſurum. Quòd ſi po-

Brit. Brand.

ſtea curru vehi ſolitus, luxati cruris, non ſacramenti violati vitium fuit. Trium hic aut quatuor externorum fidem Authorum appellamus. Roderici imprimis Toletani. Cuius hæc ſunt concepta verba. *Rex Fernandus ſuis contentus Regi Portugalliæ ſua remiſit:* [Roder. l. 7. c. 23.] illud *ſua* obſeruet, qui neget proprij iuris Luſitaniam eſſe. *Tunc*, ait, *reſtituit Rex Alphonſus Limiam & Turonium. Dimiſſus ad propria eſt reuerſus, nec propter læſionem tibiæ potuit poſteà militare officium exercere.* Iterùm propria vocat, quæ Rex multò antè inſtitutus poſſederat. [Apud Monarch. Luſit. l. 11. c. 14.] Deinde Chronici generalis adduco ſententiam. *Ferdinandus ſuis retentis Alphonſo ſua conceſſit, terminiſque imperii conſtitutis, dimiſit Alphonſum, qui poſtea ex debilitato crure equitare non potuit.* [Chron Gener. Hiſpan.] Epiſcopi Tudenſis hic ſenſus eſt. *De fractura cruris, non potuit equitare.* [Epiſcop. Tudens] Conſentit idoneus Auctor Rogerius Houedenſis. *Dedit Alphonſus pro redemptione 25. oppida.* [Roger. Houeden.] Quantæ virtutis Rex, qui tam breui tot, & tanta oppida vi occupauerat? Imò ne ipſe quidem, qui Luſitanis infeſtus eſt, maximè Mariana, auſus eſt aliud affirmare.

Atque hic ego exultem, & Authorem irrideam, cum ipſe Fernandus [Roder. l. 7 c. 23.] quum maximè vrgere Alphonſum, & ſpoliare Regno potuit, eum tamen Regem agnouit, & nil de Luſitania detrahere auſus, conſcientiam ſuam prodidit, iuris Alphonſi obſeruantiſſimus. Quod ſanè fortiſſimum eſſe oportuit, cum recentiſſimum eſſet, & inter arma ob impotentiam imbecillum.

Et vero liberum ac omnino iuris ſui Principem Alphonſum noſtrum fuiſſe eo conſtat, quòd cùm Alphonſus VII. conſobrinus ob magnitudinem rerum geſtarum, & amplitudinem Imperij, Imperatoris cognomen vellet induere, idque vrgeret, populos quorũ intra Hiſpaniam Dominus erat, numeraret, nullã prorſus de Luſitanis mẽtionem intulit. Quos certè non præteriret ſi iuris ſui eſſe putaret. Marianam maximè liberum, nec amicum Luſitanis Authorem audiamus. *Alphonſus*, inquit, *Legione concilium haberi curat. In eo omnium, qui aderant, conſenſu Imperii nomen Regi decerni* [Mariana. l. 10. c. 16.] *tur: qui Aragonios Vaſcones, Catalaunos, Galliæ partem, vectigales, beneficiarioſque haberet, ei Auguſti maieſtatem conuenire.* Si vſquam, hic certè debuit Luſitania recenſeri, [Ann. 1135.] cum ſubditi Populi, ac obnoxij Principis imperio ad oſtentationis ſpeciem numerati. Prætermiſſos igitur eſſe Luſitanos argumento eſt, alieni eos, atque adeò Alphonſi Henrici iuris fuiſſe. Idque iam tum annis antequam Regnum iniret, quatuor eueniſſe comperio.

Ecquis autem vel è noſtris, vel è ſuis, vel ex alienis Author Regem Alphonſum non hîc, vbi maximè negat, legitimè inſtitutum fatetur? Noſtri certè, ac externi non hac in re tantum, ſed in eo quoque conſentiunt: Regi Chriſtum Dominum Crucifixi ſe ſpecie obtuliſſe, eique Regnum à ſuis deferendum prædixiſſe, quod cum accipere oporteret, alacriùs in hoſtem Maurum, quo cum commiſſurus erat prçlium, pugnaturum. Deinde victorem fore, recepiſſe, & quæ ex Vulnerum, & Denariorum, queis venditus fuerat numero, compacturus erat ſtemmata, deſcripſiſſe. Quæ omnia, quòd ita poſteà, vti ſunt concepta oraculo acciderint, Religioni danda, non rebellioni tribuenda. Quibus etſi Caſtellani quidam Authores contradicant, non negant tamen, quin verè ſit Rex Al-

phonſus inſtitutus. Miraculo detrahunt, Imperio nihil demunt. Id nobis ſatis ſit, nam quod noſtri eſt iuris arripimus. Cætera Deo ſeruamus. Igitur Toletanus Archiepiſcopus, *Alphonſus*, inquit, *in Portugallia primus ſibi impoſuit nomen Regis, & ab Eugenio Papa III. cui regnum ſuum conſtituit cenſuale, multa priuilegia impetrauit.* Eumque & poſteros ſæpe Reges appellat, & inter cæteros Hiſpaniæ recenſet. Addo Marianam ſeuerum & durum, atque adeò idoneum Authorem. *Milites*, inquit, *bona ſpe pleni Alphonſum in caſtris, magnâ lętitię ſignificatione Regem proclamarunt*: & mox, *Ex eo Regum Luſitanię inſignia.* Deinde *Alphonſum Regem, eâ victoriâ clarum*: ac poſtea *Regem* appellat. Deque Luſitaniæ Regibus perinde ac de iuſtis, ac legitimis Regibus commemorat: nec quiſquam ſiue illorum, ſiue recentiorum temporum ſcriptor hac de re quicquã dubitauit. Poſſem multos: inſtar omnium qui ſit, Thomam Boſium, repræſentem. Hic igitur, *Alphonſus*, ait, *in Portugallia primus Regium nomen tulit, ac latiſsimè Regni illius confinia porrendit.*

D. Roder. Tolet. l. 7. c. 6.

Marian. l. 10. c. 17.

Boſius de ſignis. Eccleſ.

Quod ſi Alphonſus Regnum iniuſtè & contra fas vſurpauit; ac illa Rebellio, non iuſtitia fuit, ab eoque Reges poſteri, non Regium ius, ſed tyrannidem acceperunt, & aut quod regnum præſcribi nullo vnquã tẽpore, aut certè mala cũ fide vſucapi non poteſt, iniuriâ Regnũ tenuerũt, quid quæſo tũ faciamus Sũmorum Pontificũ decretis, tum Innocentij II. tũ Eugenij, tũ Alexandri III. qui eidem Alphonſo Regnũ ratũ habuerũt? quid Diuo Bernardo, quid Theotonio, quid alijs viris ſanctiſſimis, qui eũ Regem recognouerunt? Quid deinde toti Eccleſiæ reſpondebimus, quæ Luſitaniæ Reges iuſtos ſẽper, ac legitimos habuit? Malè ſibi, ſuiſque rationibus conſuluerunt ipſi Caſtellæ, & Aragoniæ Reges, qui cũ Luſitanis, ſeſe matrimonij vinculo ſociarunt. Quorum Ferdinandus Alphonſi VII. filius, ac noſtri Alphonſi conſobrinus recenti adhuc illius Rebellionis vulnere Vrracam eius filiam vxorem accepit? Non puto ſanè eum, ſi Rex Alphonſus non eſſet, commiſſurum, vt Regios ſuos thalamos degeneri conſorte inquinaret.

D. Roder. Tolet. Maran. Britt. Monarch. Luſitan.

Venio ad ea quæ addidit, in quibus & non mediocriter errauit. Ait, ſimilem fuiſſe illam rebellionem ei, quæ à Iudaïco populo facta eſt ad Ieroboamum Regem defectio, obiterque illã ſuggillat, quòd iniuriâ à domo Dauidis decem illæ Tribus diſceſſerint. Igitur & in hiſtoriam diuinam peccat, & ſui nobis peccati pœnas multiplici errore dat: vt non alio quã ipſomet tortore opus ſit. Ignorat eam ſeceſſionem Iſraëlis à Iuda Deo Authore factam? Sacræ nos litteræ doceãt, non tam à populo ſuſceptam rebellionem, quàm à Deo Salomoni ob idololatriam pœnam conſtitutam. Sic enim Deus. *Quia non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam Regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo.* Nec Ieroboam propriâ ſe aut induſtriâ, aut operâ Regem fecit, ſed diuinâ authoritate & mandatu Regnum occupauit. Nam ad eum Propheta oblato Pallio, Regni ſymbolo. *Tolle*, inquit, *tibi decem ſciſſuras, hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael. Ecce ego ſcindam Regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem Tribus.* Atque vti prædictum viuo Salomone, ita & mortuo Roboamo eius filio, Rege perfectũ. Deo arma Iudæ inhibente,

3. Reg. 11. n. 11.

Vide Gloſſ. Lyran. & Abulen. Salian Torniel. & interpr.

Ibid. in 3.

& vetante, *Non bellabitis. A me enim factum eſt verbum, hoc.*

Nunc, quas ipſe erroris ſui pœnas dederit, videamus. Primùm ſi illa Luſitani Populi Rebellio ſimilis Iſraëliticæ fuit, profectò eſt à Deo inſtituta. Deinde qui eſſe ſimilis potuit, cùm tanta cauſarum diſſimilitudo fuerit: nam non puto Autorem velle idololatriæ, vel libidinis nefariæ crimina Alphonſum VII. Imperatorem admiſiſſe, in quorum vindictam Deus illam Regni diuiſionem, fieri iuſſerit. Cum præſertim ſub Alphõſo Magno, pars illa Regni ſciſſa ſit, & cum Theraſiâ filiâ Henrici donata? Illud item non ferendum, Alphonſum noſtrum ab eo, Ieroboamo comparari. Sed à quo ſuis Regibus tam eſt inſignis facta iniuria, ei condonandum quòd noſtris non pepercerit. Illud certè vel illo inuito habemus: ſicut Ieroboamus iuſtè, & Deo tum auſpice, tum authore Regnum Iſraëliticum inijt: ita & noſtrum Alphonſum eiuſdem Dei & auſpicijs, & imperio Regnum obtinuiſſe. Nec de Ieroboamo dubitare debet, cùm paulo ante dixerit Iehu, qui Ioramo Achabi impij, impio filio ſucceſſit, Regem à Deo inſtitutum. Quod addit: Iſraëlitico Regno à Iudaïco auulſo, iſtud corruiſſe: à ſacra eſt veritate alienum. Nam etſi hac parte minutum: manſit diu, ſtetitque incolume, optimoſque Reges habuit. Imò & priùs Iſraëliticum concidit, quàm Iudaïcum illud corruerit: iſtud que poſteà fuit ad ſpeciem ſaltem Imperij inſtauratum: Iſraëlitico nuſquam deinceps, aut erecto, aut recuperato. Clauſulam periodi non impugno, quod nolim detrahere iuri Magni Regis Philippi IV. quem ego Caſtellæ Regem eſſe non dubitem. Idque eo lubentiùs facio, quòd video Luſitaniæ non imperare. Cæterùm hæc eſt propria Hiſpanorum hæreſis: aliorum, Regum iura infringere, vti nunc accidit Chifletio Hiſpani ſenſus, & faſtus Authori, qui inſtitutis vindicijs, & arcanis euulgatis Galliæ ſacrum ius conuellere, & ad Auſtriacos Principes deuoluere, Fide omni humanâ, diuinâque violatâ, impiè ſtuduit. Sed eum iam aſſertor Gallicus aureo oblato libello refutauit. Noſque eum ſecundâ operis noſtri parte ſtrenuè refellemus: nec opus erit antiquiſſimam Cerdarum litem refricare.

Supra cap. 1.

3. & 4 Reg.

ARTICVLVS XX.

INiqui prorſus rerum æſtimatores ſunt, qui ob propagatam apud Indos Catholicam fidem, Luſitanos, Religioſos putant. Falluntur opinione. Nam quod noua maria aperuerint, incognitas regiones explorauerint, alios ab orbe noſtro diuiſos populos extulerint, non Religione, ſed auri cupiditate fecerunt. Qui ibi animarum prouentus extiterunt, ij paucorum, id eſt, Religioſorum hominum operâ collecti: ceteris interim in diripiendis, expilandiſque vrbibus, & regnis occupatis.

CONFVTATIO XX.

INualeſcit iam noſter hic Author: curſus ipſe ſcribendi flammas excitat, & faces admouet. Non dubitem, qui tam procax adulator eſt, quin & is inſignis Calumniator exiſtat. Vno & eodem fonte diuerſa

ducuntur vitiorum diuortia. Mirum quod tam frigidum vnum, tam ardens alterum ſit. Quid enim adulatione frigidius? Quid furore ardentius? At qui adulatur blandè, qui incitare acriter poteſt? Ea eſt vitiorum natura, vt eùm diuerſa inter ſe ſint, in perniciem conſpirent. Vnum huic
Virgil. l. 1. 4. 7 homini, debemus, quod non tectè, ac diſſimulanter, ſed apertè, ac palàm in nos inuehitur. Iunoni illi, non cum Venere in 4. libro, ſed cum Æolo in 1. cum Alecto, in 7. Æneidos libro agente, planè ſimilis Argantem ſe ille nobis iracundiæ facibus inflammatum, non Alecthen exhibet, blandum inſidiatorem, qui dolo ſe, & aſtu inſinuans virus infundat.

Torquat. Taſſus.

Gran fabro di calunnie, adorne in modi
Nuoui, che ſono accuſe, è paion lodi.

Itaque incipit Author in Luſitanos inuehi, & furere: id ante furorem occupamus. Eum quinque ſexve proximis capitibus inſignes calumnias adornare, ac eas nobis infamiæ notas inurere, quibus non aliæ ſint turpiores. Igitur conabimur eluere; obiecta ita refutando, vt appareat hæc ab nemine, niſi irato, ac furente obiici potuiſſe,

Et verò duo ſunt huiuſce ignei machinamenti cardines. Altero ſtatuitur Luſitana Ambitio, altero Luſitana cupiditas; quibus tam eos obcæcari dicit, vt ſpretâ Religione, conculcatâ Pietate, Imperij tantùm, & opulentiæ rationem habeant. Atque adeò nihil ijs ante oculos obuerſetur, niſi imperare, & diteſcere. Ambitionem hoc maximè, & 25. capite: cupiditatem quatuor reliquis ad 25. exaggerat. Ac primùm ſi hoc de Caſtellanis ſuis diceret, eſſet fortaſsè qui, ſi mollius tamen diceret, crederet, cum non nemo ijs hoc obiecerit. Affirmanti de Luſitanis, neſcio an ei quiſquam fidem habeat. Adeò verum eſt, quibus quiſque vitijs laborat, illa alijs ſolere objicere. Initio viam munit ad calumniam, idem vrgens Iſraelitici Regni exemplum. Cui Populo Luſitanum aſſimilat. Sed viam errore munit: dum ait, *Illas Tribus Rebelles Rempubl. turbaſſe, & priuatas rationes ſuas Deo antepoſuiſſe*, nam vti proximè monuimus, illa Regni ſciſſio, non populi ſenſu, ſed Dei inſtituto patrata fuit. Itaque non illæ Tribus Rebelles, quod iugum excuſſerint, ad Ieroboamumque defecerint; imo niſi excuterent, & tranſirent, Deo Rebelles forent. Deinde quod poſteà illud eſt Regnum deformatum: culpæ Ieroboami Idola colentis, populoque imponentis tribuendum. Nec eæ ſolum Deum turpiter dereliquerunt; eùm & Iuda ſæpè dereliquerit, ac non pauci eiuſdem Regiæ Tribus Reges ad Idola deflexerint. Cuiuſmodi fuiſſe legimus
Lib. 4. Reg. Achaz, Manaſſen, & Ammonem. Sed vt ei aditum ad calumniam demus. Quorsùm iſtud, quæſo, exemplum? An Luſitani fidei deſertores? Ijne cum Iſraëlitis Religionem eiurarunt? Fortè Alphonſus Rex Ieroboamo ſimilis ſuperſtitione, idololatriâ ve extitit. Iam quod ait Luſitanos, *cùm à ſuo legitimo Principe iam olim violatâ pietate defeciſſe, tum paratos eſſe ad Deũ ipſum deſerendum, ſi id videant rebus ſuis conducere.* Quâ id fide, quâ pietate, quâ fronte dicit? nam vt verũ ſit, quod eos feciſſe affirmat, quâ ratione facturos probabit? Cùm quod futurum eſt, ſoli Deo, id præſertim quod humani eſt arbitrij, ſcire liceat. Quid ſibi vendicet ſeriò conſideret: nec ſe temerè proijciat. Deinde quid, quæſo, impium Luſitani egerũt,

cum

cum excuſſo ſeruitutis iugo Regi ſe ſuo reddiderunt. An eos defeciſſe
putat, cum ad legitimum Regni hæredem redierunt, cùm id maximè an-
tea facere debuiſſent? quòd ſi minùs egerunt, eo certè fuit, quia oppreſ-
ſi omni genere ſeruitutis non potuerunt. Verius diceret, anteà defeciſſe
eos, cùm Philippo ſe Regi permiſerunt, nunc à defectione diſceſſiſſe,
cùm ad Ioannem IV. iuſtum Luſitanici Regni Dominum tranſierunt.
Sanè quod olim Tribus Iſraëliticæ erga Dauidem, id modò Luſitanos po-
pulos feciſſe conſtat. Illæ enim deſertâ Saülis domo ad Dauidem venien-
tes, illud vſurparunt. *Ecce nos os tuum, & caro tua ſumus.* Perinde ac Saül 2. Reg. 5.
alieni ſanguinis eſſet, quòd ex Regiâ Tribu non eſſet. Itaque ius ſan-
guinis in Dauide, ceu regnandi titulum quæſierunt. In Saülis domo Rex
ijs non erat, quòd ſanguis Regius in eo non erat. Sic Luſitani in Regum
Caſtellæ familia Regem legitimum nullum agnouere: quòd ij Luſitani-
ci, & maſculi ſanguinis, atque adeò Luſitanicæ ſtirpis non erant. Rege
prorſus deſtituti videbantur, quòd Luſitanico carebant. Cùm perinde
ſit Rege Ciue, ac omnino Rege carere. Sacer id Paraphraſtæ Chaldaïci
textus inſinuat: nam vbi Oſee 3. dicitur: *Sedebunt ſine Rege, ſine Principe.*
Ait Paraphraſtes. *Sine Principe de domo Dauid*: ceu externus Princeps Rex Oſee. 3. Paraphraſ. Chald.
eſſe non poſſet.

Age verò quàm pium eum, ac Religioſum quæſierunt? Sacris rebus
mirificè deditum: cantus Eccleſiaſtici, & amantem, & peritum: Diuæ
Virgini addictiſſimum: eius puriſſimæ Cóceptioni, ſacramento dicto, &
oblatâ penſione obnoxium. Dedicato ei Regno, Regiâque conſecra- Hiſt. Luſit. Monarch.
tâ in eius obſequium familiâ: ſolemnis per totam Luſitaniam indictis. Luſit.
Religioſiſsimum fidei defenſorem, ſtudioſiſsimum Propagatorem, iu- Faria. Vaſconcel.
ſtitiæ vindicem, Cenſorem morum, Iuris aſſertorem: cui Regnum ineun- Manſ.
ti Crucifixi Chriſti porrecta manus, miraculi inſtar, viam ad ſceptrum Souſa.
monſtrauit. Qui Templa & ſacratas ædes lugentes, ob interdictos fideli- Macedo.
bus ſacrorũ vſus, ſuo in Regiam ingreſſu recreauit, & aperuit, & peruias
promptaſque ad expedienda ſalutis inſtrumenta reddidit. Vt non aliâ,
quàm Pietatis ianuâ ad ſceptrum iſſe videatur. Itaque piè illum ac iuſtè
Luſitani Regem ſalutarunt. Hoc obiter conſtituto, hominis os duriſsi-
mum obſtruamus: & quanta fuerit Luſitani Populi primùm: mox Re-
gum Luſitaniæ Religio oſtendamus.

§. I.

Primùm Religioni ac Pietati deditiſsimam eſſe Luſitanicam gentem,
cùm ipſum adytumque Dei beneficio factum ingenium, tùm mul-
ta ab vtraque profecta, eaque præclara opera demonſtrant. Ingenio
Religioſo, ac indoli Piæ teſtimonium reddit Fr. Hieronymus Roma- Hieronym.
nus, *Breui*, ait, *Sed dicam tamen, multùm, ſtudio Pietatis Luſitani excellunt: ete-* Roman.
nim quòd attinet ad ſacra ritè & operoſè celebranda neminem ijs arbitror poſſe Caram. Reſ-
conferri. Confirmat Caramuel, cui maius affirmanti pondus ineſt, quòd ponſ. l. 6. c.
eſt Luſitanis infenſus. Hic ergo *Studium in Fidem, & Religionem, ô Luſi-* 6.
tani, veſtrum Orbis admiratur, quamquam alias aliis vos nominibus reprehendere Herrer in Apolog.
ſoleam, hoc certè Religionis & Pietatis, laudare vehementer debeo. Huc perti- Aula l. de
net illud Herreræ Maldonati: *Gens Luſitana propagandæ Fidei gloriam ſibi* magnit. Ma-dridit. l. 4.

vendicauit. Facit & quod de gentis noſtræ in pauperes pietate, Ægidius Gonzales Auila ſcripſit. *Nihil in vniuerſa Chriſtiana Republ. Pietatis Luſitaniæ monumentis clarius inuenitur*. Accedat: quod omne ferat punctum, Beatiſſimi Patris Franciſci Xauerij iudicium. *Luſitana*, inquit, *gens auida eſt Chriſtianæ fidei amplificandæ*. Momenta teſtimonijs, acta adjiciunt. Proponamus.

Auila. Turſell. l. 1. Epiſt. Xauer. Epiſt. 8.

Non ego hîc de antiquitate in Luſitania Religionis, quo modo illa vel prima, vel in primis fidem Catholicam accepit, Primatum Hiſpaniarum obtinuerit: de que illis naſcentis apud nos Eccleſię primordijs repetendo cõmemorem: cùm iſta ſummo potius Dei beneficio accepta, quã ope ſine noſtrâ comparata. Illa adduco: in quibus Luſitana induſtria Gratiæ diuinæ reſpondens collocata. Primùm Fides apud nos ſemper pura, & inuiolata: obſeruantia erga ſedem Apoſtolicam integra: Religio inconcuſſa. Hiſpaniam Arrianorum, Priſcillianiſtarum, olim, famoſæ Hæreſum peſtes corripuerunt: illæ vix Luſitaniam tentarunt. Imò & à noſtris Epiſcopis Idacio Meridenſi, & Itacio Lamecenſi Priſcillianus dãnatus, eiuſque ſecta penè extincta. Quid? quòd ſtudio impugnandæ hæreſis, & Fidei puriùs retinendæ ſtudio Paulus Oroſius à Bracharenſibus Patribus ad oraculũ illud diuinum Auguſtinum miſſus: vt quæ ab eo ſacra reſponſa, acciperet, ea Luſitanæ Eccleſiæ ſeruarent. Minores aliæ, quæ tamen turbarunt Hiſpaniam, ſectæ Cazaliſtarum, Conſtantinianorum, Illuminatorum, Caſtellanæ ſe Hiſpaniæ finibus continuerunt. Quo tempore feruebant ſchiſmata, Regnaque in factiones Eccleſiæ pernicioſas ſcindebant; cùm traheret cæteram Hiſpaniam, tum Antipapa Clemens VII. Robertus Gebennenſis, tum Benedictus XIII. Petrus ille Luna nomine ſuo ſatis, obſtinationeque famoſus: ſola penè Luſitania legitimũ Pontificem recognouit, Vrbanum VI. eique fidiſſimè adhęſit: quin eam vnquam pæſtilens ſchiſmatis aura perflarit.

Britto. l. 6. Mader Excel. Hiſpan. c. 6. & 7. Soſa Macedo in Flor. Hiſpan. c. 9. D. Roder. à Cugna. Archiep. lib. de Archiepiſc. Brach.

Illeſcas Caton. Chron. Portugall.

Zurita. Pina Anonym. Pauli.

Nuſquam certè vigilantiùs, ne ingruant hæreſes excubatur: nuſquam acerbiùs, ſi irrepant, in eas vindicatur. Tuta omnino Religio, & incorrupta apud Luſitanos habetur. Horrent, tremuntque Hæretici, & Iudæi Luſitanicæ Inquiſitionis nomen, quòd iſtud tribunal integrè ac ſeuerè Fidei cauſas examinet, & ſi quid à quoquam delinquitur, non aut diſsimulantet præteritur, aut remiſſè vindicatur. Et quò meliùs Religioni conſulatur, tria ſunt in 3. Principibus ac Regijs vrbibus Oliſipone, Conimbricæ, Eboræ Tribunalia conſtituta. Et Oliſipone, vti in Arce Regni, pręter ordinariam Quæſtionum de Fide Curiam, aliud ſupremum Concilium, quem penes ſumma eſt poteſtas, cuique aliæ Curiæ ſubijciuntur, ſedem habet. Quod ex probatiſsimis viris omnique dotium genere inſtructiſsimis conſtare ſolet. Præſide ſummo ſemper, & ſpectatiſsimo ſplendore ſanguinis, amplitudine, virtute, litteratura viro, eoque Antiſtite præclariſsimo, vt ex Eccleſiaſtica dignitate maiorei Tribunali honor & Religio habeatur. Hinc ad Indos Orientales, & Occidentales, ad Africæ, Aſiæque Emporia, ad Inſulas Oceano diffuſas, Religionis Cenſores, Fideique vindices mittuntur. Præterea Goæ, quæ Aſiæ caput eſt, integra Inquiſitionis, & flo-

& florens Curia eſt, vt vbi Arx Imperij, ibi & Propugnaculum Fidei reperiatur. Huiuſmodi Sacra Inquiſitionum Cóeilia Reges noſtri mirificè coluerunt: eaque magnis priuilegijs ornarunt. Ac imprimis Rex noſter Sereniſſimus Ioannes IV. mira erga illa, & amoris, & obſeruantiæ ſigna exhibuit. Vt ego mirer, deteſterq; magnopere Caramuelis ſtuporem, qui ab eo ſublatum Inquiſitionis Tribunal ſtolidè affirmauit. Cum nemo ante illum Regum illud magis eo aut coluerit, aut ornauerit, aut protexerit. Sed benè eſt quòd Caramuel Religionis noſtræ pœnas dedit, cú eius liber, eiuſdem, quem ſugillar, Religioſiſſimi Regis mandatu, ſeriò recognitus ob ſuſpectam doctrinam damnatus ſacræ Inquiſitionis iudicio, & omnino reprobatus ſit: atque adeo ei luce, & foro interdictum: vt ſuo malo Caramuel vigere adhuc ſacroſanctum illum Senatum doceretur.

Caramuel in Reſponſione ad Manif Portugalliæ.

Duo nobis ab inuidis objici hoc loco poſſunt. Alterum non eſſe primùm ab Luſitanis aut inſtitutú, aut acceptum Tribunal, ſed ab Italis ad Hiſpanos, ab Hiſpanis ad nos emanaſſe. Alterú multos inter nos Iudæos eſſe, atq; adeo malè hoc nomine apud omnes audire. Quibus ego ita reſpondeo. Alteri: primùm non admodum nos laborare, an authores fuerimus, vel ante alios acceperimus: modo conſtet eius à nobis optimè, vt nuſquam melius inſtituta, ſeruari. Deinde vt Hiſpanos, qui eo ſe nomine iactare ſolent refutemus, ſciantij, illud ſe Luſitanis beneficium debere. Nam D. Beatrix à Sylua ſoror Beati Amadæi Luſitana, ex illuſtriſſimâ Syluarum familia author fuit Ferdinando Regi Catholico, vt ſacrum hoc in Hiſpania Tribunal inſtitueret, ad idque à Deo monita per ſpeciem fertur. Ita voluit Deus Opt. Max. vt quod ad tuendam religionem factú cóeilium, id non niſi Luſitanis auſpicijs conſtitueretur. Quare Luſitanam mentem impulit, perinde ac fidei aſtruendæ aptius eſſet Luſitanum, quàm Caſtellanum inſtrumentum. Ac, ne quis inficiari teſtimonium poſſit, idoneus id ac externus prodit Author P. Fr. Franciſcus Gonzaga, ſuo & nomine, & genere, & Religione, & dignitate celeberrimus. Atque hîc ego non omiſerim Clariſſimæ Fariarum Familiæ hoc nomine gratulari, cùm vni ex eius Heroïbus Legato Romæ clariſſimo Antonio à Fariâ, tantum beneficium acceptum debeamus.

Souſa.

Gonzaga in Chron. Relig D. Franciſc Conuent. Concept. Tolet.

Alteri de Iudæis abundè ſatisfecerimus. Nam hi à Caſtella in Luſitaniam primùm venerunt, deinde ad illam magna pars redierunt. Præterea id quis objciat? cú & Romæ, & in alijs Principibus Italiæ Vrbibus, nó modo occultè ſed palàm Iudæi habitent, & ſua ibi inſtituta colant? Tandem, qui in Luſitaniam ſunt ingreſſi, eo certè animo ſunt recepti: vt ad fidem Chriſtianam erudirétur, & ſacris poſtea initiarentur. Aliter neque à Pijs admodum Regibus admitterentur, nec à Religioſo populo tolerarentur: quin & ijs ingredientibus adhibita remedia, & pœnæ conſtitutæ. Quod autem non is, quem putarunt, euentus fuit, id ſanè non illorum culpæ, ſed diuinis iudicijs tribuendum. Illud certè obſeruari debet: multos & piè & Religioſè viuere, ſi qui ſecus faxint, eos ſeueriſſimè tractari, nec impunè delinquere. Et verò, vt tandem concludam. Tam hoc ſanctiſsimo Tribunali Fidei cóſultum eſt, vt ne quis in Luſitaniá error poſſit

Garc. Reſend. in vita Ioan. 2 c 6. 8.

obrepere. Itaque dum illud integrum ſtet, ſtabit Deo auſpice, inconcuſſa, & pura Religio. Cuius illud eſt, & Columna, & Aſylum, & Ornamentum.

Age verò. Quanta eſt in Luſitania, erga ſuperos Pietas! Quanta erga Pontifices obſeruantia? Quæ diuinorum præceptorum cuſtodia? quæ Eccleſiaſticorum obſeruatio? Qui ſacrorum cultus? quæ in rem diuinam propenſio? quæ ſolennitatum celebritas? quæ Templorum magnificentia? qui ornatus Altarium? quæ pompa? quæ ſupellex? Quæ frequentia? vt cùm in ſacras ædes intraueris Paradiſum ingredi te putes. Tanta odorum flagrantia, tanta luminum copia, tanta inſtrumentorum varietas, tanta vocum harmonia, tantus ſacrorum apparatus, tantus ornatus ſplẽdorque Templorum! Iam verò in ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium, tanto amore & pietate Luſitani feruntur, vt inter cæteros Chriſtianæ Reipub. populos emineãt. Nec abs re fuerit id nobili Clariſſimi Martyris teſtimonio confirmare. Is eſt Abrahamus Georgius Maronita è Societate IESV, qui cum è Syriâ, Hiſpaniâ, in Luſitaniam veniſſet, vbi Badajocios fines exijt, & Eluenſes, vbi incipit Luſitania, attigit, equo deſilijt, & in terram pronus ſe dedit, eamque amantiſſimè oſculatus profuſis lacrymis, *Veneror te*, inquit, *O felix Regio, quòd tanta Euchariſtiam pietate colas.* Nec antè oſculari terram deſijt, quàm eam lacrymis irrigaret. Mox aliam ſanguine pro Chriſto effuſo, cui oppignerabat lacrymas, irrigaturus. Nec ego illud prætererim. Illuſtriſſimas eſſe Euchariſtiæ Sanctiſſimæ dicatas ſodalitates: quæ certè Oliſipone cùm multa ſint: neſcio an ulla Eccleſia ſancti Iuliani, clarior: cùm in eius partem ſæpè Rex noſter Sereniſſimus, & Princeps Regni hæres veniãt, qui & menſæ Sodalitii Præſides ſũt, & ſolemnijs præſunt, quæ ibi ſplendidiſſima inſtituuntur. Ita D. Auguſtini conſilio. *Maieſtatem humanam Maieſtati Dei Euchariſticæ famulam faciunt.*

D. Auguſt. l. 5. de Ciuit.

Iam vero Religioſarum apud Luſitanos familiarum, quæ ſanctimonia? quæ virtus? quæ obſeruantia? quæ ſtudia? quæ ſcientia? Monialium quàm ſeuera diſciplina! quàm intenta cuſtodia! quàm ſancta exercitia! Feminarum quanta honeſtas! quàm rarus è domo exitus? quanta domi occupatio! quanta in inceſſu, & ſermone moderatio! Eccleſiaſtici ordinis quæ maieſtas? Nuſquam tu reperias ampliori poteſtate, illuſtriores ſanguine, virtute clariores, ſcientijs ornatiores. Vt in Luſitania Epiſcopi Principes Eccleſiæ eſſe videantur.

Sed de Epiſcopis aliàs. Ad Religiones venio. Earum in Luſitaniâ authoritas ſumma, reuerentia erga eas maxima. Penè omnes Regis auſpicijs, & operâ euocatæ. Omnes à Rege protectæ, & ornatæ, ampliſſimis priuilegijs, reditibus copioſiſſimis. Ad eas tamquam ad præſidia confugere ſoliti Reges: apud eas monumenta Imperij, victoriarum inſignia, manubias hoſtium collocare. Primi omnium nos in Hiſpania Luſitani religioſos viros excepimus. Loruanienſis Conuẽtus omnium ſanè in Hiſpania Benedictini Ordinis antiquiſſimus, noſter eſt, idemque Palmarum de Mauro hoſte particeps fuit. Monachorũ id tẽporis Religioſæ vitæ argumẽto non alio vti velim, quã quòd Mauri eos humaniter, ac reuerẽter habebant, nec vnquã de eorũ cænobio euertendo cogitarũt. Quid de Ci-

Monarch. Luſit.

Bern. Brittus.

ſterciẽſis Ordinis in Luſitania progreſſibus cómemorẽ? Qui viuo adhuc Bernardo Paréte tam floruit apud nos, ac in Burgundia vbi natus erat viguit. Nullũ Hiſpaniarũ Prouincia antiquius S. Ioãnis Taroucæ cœnobio; nullum magnificentius Alcobatienſi eiuſdem Ordinis Monaſterium habuit. Quod quidem Clarauallenſi, & numero, & virtute, & exemplo Religioſorum par fuiſſe legitur. Vna re diſſimile, magnificentiæ ac redituum amplitudine, quo ſanè Clareuallenſe ſuperauit. Iam Regularium Canonicorum, à Tello & Theotonio viris ſanctiſſimis in Luſitaniam inuectus Ordo nuſquã meliùs, quàm in Luſitania collocatus Nam vnum eorum ſanctæ Crucis Conimbricæ magnificentiſſimum Cœnobium, cuius aliarum gentium inſigni, fortiter oppoſuerim: ne quid de Oliſiponenſi dicam, quòd ei penè par ad ſummam Luſitanæ Pietatis gloriam conſurgit. Pergo. Tres, quatuorvè nobiliſſimi Ordines, Luſitanos Authores habuerunt. Vnus eſto ſanctiſſimæ Trinitatis, quem diuino monitu inſtituit, & primus rexit P. Ioannes à Matta: quem tum cognomen, tum nomen primi ab eo erecti, (is fuit *domus Luſitaniæ*, in Regione Prouinciâ) Conuentus, Luſitanum teſtatur. Idque idonei Authores tradiderunt. Quamquam illum ego non tam Authorem dixerim, quàm Dei Authoris à quo *ſolo & ſummo*, Ordo ille inſtitutus, præcipuum inſtrumentũ. Alter eſt in Italia celeberrimus Amadæorum, Authore Beato Amadæo Luſitano, anteà Ioanne Syluio, clariſſima Syluarum & Meneſiorum ſtirpe genito, Fratre Portalegrenſis Primi Comitis D. Didaci Syluii. Quæ Domus, quod nomen auſpicatiſſimum ſemper Luſitaniæ fuit, hodiéque fauſtum & felix habetur. Ecquis ignorat Hôſpitalem illum, & plenum admirandæ Charitatis officiis Ordinem, Fratrum Ioannis à Deo, non ab eo Luſitano homine inſtitutum? Addo illum à ſanctiſſima femina, ſiue is Ordo ſit, ſiue Ordinis inſtauratio, D. Beatrice Syluiâ, Beati Amadæi digniſſima ſorore conditum; qui Conceptionis in Caſtella appellatũr. Ad eo Luſitana Pietas, & Religio in Hiſpania enituit, quam tamen Author Hiſpanus conatur obſcurare.

Iidem Autores.

Fr. Bernard à S. Antonio.

Souſa. in Excellent.

Gil. Gonzal. de Auila de magnit. Madrit. l. 4.

Edouard Nonnius.

SouſaMaced. in Excellent.

Iuuat hîc eum opportunè monere, domeſtica monumenta conſulat; vt norit, quanta Hiſpania à Luſitanis ornamenta Religionis acceperit. Et quidem mirum ſit, eius Ordinis, qui authorem habuit Hiſpanum, primum in Hiſpania Prouincialem fuiſſe Luſitanum. Compertum eſt enim à D. Dominico Guzmanico, datum Caſtellanum Hiſpaniæ Prouinciæ Præpoſitum P. Fr. Suerium, ſiue vt alii malunt, Gomezium planè Luſitanum. Quid? quòd qui Primus è Societate Ieſu in Hiſpania Prouincialem egit, is fuit P. Emmanuel Lopezius Luſitanus. Et ſanè decuit, cum Caſtellana Societas, Colonia Luſitanicæ fuerit ab ea deducta. Quanquàm parentem habuerit Cantabrum Diuum Ignatium. Verùm non id mitum videri Hiſpanis debet, quòd tam in Luſitaniã feliciter Religioſi Ordines prouenerint: apto & ſub acto ad pietatẽ ingenio Luſitanorum. Atque vt aliis exemplis abſtineam. Duos hic tantum Ordines, ſed ex præcipuis, commemorare volo, quorum incrementa, & ornamenta maxima Luſitaniæ debentur. Alter eſt Seraphicus, alter Ieſuiticus. Ille viridum inſtitutus clariſſima in Luſitania habuit domicilia, & quinque illa Mar-

Fr. Ludouic. à Souſa in Hiſt. Ord. Luſitan.

Orlandin. in Hiſt. ſocietatis Ieſu.

Historia Franciscana Portugal. tyrum Lumina, Marrochij dicunt Regiis viua hoſpitiis, mox defuncta Regiis excepta brachiis, & inde ad magnifica ſepulchra ad ſanctæ Crucis deducta: & paulò poſt Diuinis honoribus donata vidit. Deinde alteram Familiæ ſpem D. Antonium, Teſtamenti Arcam, Oraculum ſpiritus Sancti, & in Primum Theologiæ Magiſtrum, & in Diuinum Concionatorem, & Thaumaturgum Italiæ Luſitanum accepit. Vt alios omitam Septenſes Martyres, & primos illos Indiarum Apoſtolos, ac Epiſcopos, ex hoc Illuſtriſſimo Ordine inſtitutos: nam de iis poſteà ſermo redibit. Iam verò Societas Ieſu antè in Luſitania concepta, quàm Romæ nata. Nondum enim ea confirmata (quæ Religionibus natalia ſunt) cùm Oliſipone Regio afflatu animari cæpta eſt: nec enim potuit ille feliciſſimus partus, ſine ope Luſitaniæ Obſtetricis in lucem emitti. Itaque ante afflatum Luſitaniæ, Italia ventrem geſſit, parturiit, ſed expectauit illius opem, vt pareret. Nec obſtretricis tantùm Luſitania, ſed & nutricis vices egit. Lactata Regiis Papillis Solium pro cunis habuit, educta inter Sceptra, & Coronas repſit; Regali excepta gremio ad ſummam gloriam adoleuit. Ac vt fœtum eſſe ſuum Luſitania ſignificaret, nomen ei à partu recenti indidit, Apoſtolicæ; eiuſque ibi tantùm filii Apoſtoli nominati. In familiam mox Regiam accepta deſtinatâ illi, & in Luſitania, & in omni Luſitanicâ, toto orbe terrarum fuſa, ditione, ampliſſimâ hæreditate, non alibi priùs, quàm apud nos formam, ſpeciemque pulchritudinis habuit. In Luſitania ei Olyſiponenſis D. Antonii Prima Domus: Conimbricenſe Primum Collegium: Luſitania ipſa Prima Prouincia, Prouincialis Primus Simon Rodericus Luſitanus fuit. Eodemque momento, & confirmata Domi, & foris dilatata miſſo ad Indos Orientales clariſſimo Solo Xauerio; cuius lux per illam vaſtiſſimam barbararum gentium, diffuſa caliginem, eximium Fidei, eximium Eccleſiæ, eximium Luſitaniæ ſplendorem attulit. Quæ & ab ipſo Xauerio teſtimonium accepit, inſitæ Pietatis, innatæ Religionis: cui certè ingens ſit piaculum refragari.

Hiſt. Societatis. Macedo. Souſa. Maffeius. Turſellinus. Iidem.

Locus hic eſto ei virtuti, quæ Charitati in Deum coniuncta, & ab ea proficiſcitur, & ad eam rurſum dirigitur, ac Religioni maximè adhæreſcit. Ea verò eſt in Pauperes, ac miſeros, ac omni oppreſſos malorum genere commiſeratio. Huius tu officia apud Luſitanos demirere: quorum proprium eſt Miſericordiæ Sodalitium, quo nullum ad releuandas proximorum miſerias accõmodatius: nec eas tantùm quæ corpore definiuntur, ſed etiã quæ ad Animos, tum immerſos cœno, tum liberos à concretione mortali: atque adeo Carnis vinculis exolutos pertinẽt. Quibus ſodalitiis, nulla vrbs, nullumuè frequentius oppidum caret. Omnia penè certis, ac ex communi ſumptis reditibus conſtant: qui ſæpe augentur legatis morientium, & viuorum Symbolis: quæ conferunt Piæ ac Religioſæ Perſonæ: ſodalium nemo infecti, ſuſpectivè ſanguinis cooptatur. Reliquorũ nulla eſt exceptio, imo ſumma tum nobiliũ tum Plebeiorum cõmunio: vt ea quam appellant Sacra mẽſa Euchariſticã imitetur; ad quam ſicut omnes ſine diſcrimine admittuntur, ita & in illa ex æquo tum nobiles, tum opifices collocantur. Omnes dant vni operam Charitati, quæ

quòd neminem excipit, ita & debuit ab iis, qui nullum gradum excludunt, exerceri. Hoc proprium ſolius Luſitaniç inſtitutum, excogitatum à Religioſiſſima Regina Eleonora, Ioannis II. Perfecti Regis vxore: & in ipſa Principe vrbe Oliſipone primùm, deinde in aliis vrbibus Luſitaniæ collocatum. Quod à Regibus poſtea ſuccedentibus mirè & amplificatum, & celebratum. Imo & ij inter ſodales recenſeri ſolent, & hoc ſibi non patiuntur nomine, quemquam fratrum ſubiici: tam eos Religio pia deiicit, vt velint ſubditos pares habere: quò oculi doleant noſtro huic impoſtori, qui ambitionis ſtudio ait: Diuina à Luſitanis contemni. Nec mihi temperem, quin ſententiam verè Piam, atque adeo dignam Philippo Secundo hîc adſcribam. Oliſipone cùm eſſet, duo cum ſodales Miſericordiæ conuenerunt, monentes, quanti ea Sodalitas à Luſitanis Regibus olim fieret, eumque eâ inuitantes. Quos ille cùm primùm habitu Regis accepiſſet, vbi quid vellent agnouit, Maieſtatem depoſuit, ac cum iis quaſi cum fratribus agere cœpit, nec oſculari manum permiſit. *Quòd*, inquit, *iam Frater è Rege veſtro factus, huiuſmodi obſequium non feram.* Scio in Hiſpania, Italia, Gallia, Germaniâ, non deeſſe Sanctiſſima Collegia, quæ ſint huiuſmodi Pietatis operibus dedicata. Sed nullum ſanè cum noſtro Miſericordiæ ſodalitio poterit, opinor, nec ſplendore ſodalium, nec amplitudine domorum, nec magnitudine redituum, nec munerum varietate comparari: vti Auila Regius Hiſpaniarum Hiſtoricus atteſtatur. De Xenodochiis, & Orphanotrophiis, de Sacris Gynecæis, aliiſque eiuſdemmodi ad opera Pietatis, non commemrem, quòd vti multa, & magnifica ſunt, cum aliis ſunt nationibus communia. Id tantùm dixerim: Sereniſſimam Principem Ioannam Philippi Secundi ſororem, nuptam Ioanni Principi Luſitano, cum Madritum in Hiſpaniam rediiſſet, exemplo eorum quæ in Luſitania viderat Xenodochiorum, aliud ampliſſimum Madritti erexiſſe, quaſi ad Pietatem in Luſitania erudita. Hæc vniuerſim: nunc ſtylum ad ſingula referamus.

Reſendius. Gres. Vaſconcel. Faria.

Souſa.

Gil. Gonzal. de Auila. Grandez. de Madrid.

A Regibus incipiendum. Atque vt eò mentem intendamus, quò Author æmulus calumniando deduxit, id ratiocinando agemus, vt appareat: Luſitanos opes, ac vires Imperii ad Religionis ac Pietatis, cùm tutelam, tum ornamentum contuliſſe; atque adeò non minorem Religionis, quàm Imperii rationem habuiſſe. Idque commemorando magis; quàm narrando exequemur. Igitur Princeps ille Regum Author Henricus Burgundius, Regius Burgundiæ, & Galliæ ſanguis, initia Luſitanico Imperio ſacra poſuit: cum in Hiſpania aduerſus Maurios ſtrenuam Alphonſo Magno Sexto operam nauans ab eo, & Theraſiam Filiam, & partem, quæ tum erat libera, Luſitaniæ in dotem accepit. Quam mox auxit aliis è Maurorum poteſtate oppidis ereptis. Cumque iis frui, vti mercede ſuæ virtutis, poſſet, ceu illud imperium obſtrictum Religioni, ipſeque Dux potius Eccleſiæ iutatus, quàm Dominus Principatus foret, ſacram Hieroſolyma expeditionem ſuſcepit, eòque ſe opeſque ſuas omnes contulit, vnuſque duodecim Heroum, ad illud Bellum ab Vrbano Secundo, ob notam eius pietatem, ac famam deſignatorum

Fr. Sammart. Emmanuel. Faria. Vaſcõcel. monarch. Luſita. Bretto Chron. Luſit. Mariſſus.

extitit. In quo cùm multa præclara geſſiſſet, nullum aliud præmiũ, aut ſpolium ſecum attulit, præter ſacras Crucis, & Spineæ Coronæ, acLanceæ, & Calcei Beatiſſimæ Virginis reliquias, quibus eodẽ pio ſtudio adiunxit alias, quas ab Imperatore Conſtantinopolitano, Alexio comparauit. Eas ille tum Bracharæ, tum Portu, tum Conimbricæ, tum Lamæci, tum Viſæi, quas maximè illuſtrauit Eccleſias, collocauit. Nec, dum vixit, Maurico belloabſtinuit; quò Luſitaniam Chriſtianam redderet: donec quinque ſuprà viginti de Mauris illuſtris victoriis, multiſque de manubiis, ac ſpoliis, Templis, ac cœnobiis erectis, ad vrbem Aſtorgãm, quã obſidebat, in armis obiit. An non Religionis ac Pietatis aſſertor magis, quam Author Imperii Henricus fuit? Qui ei ſucceſſit, Parente tanto major Alphonſus, eius vereor vt poſſim, vel in tranſcurſu præſtita in Religionem officia recenſere. Sacrum & Religioſum huiuſmodi Regem eſſe oportuit. Nam & cùm luſtrali Baptiſmi aqua tinctus eſt ab Energumeno, qui tum aderat, Diabolus excuſſus: & paulò pòſt cum ipſe inutilis, ac penè truncus retortis in terga pedibus, & coſtis adhærentibus natus eſſet, Diuæ Virginis Carquerenſis monitu, ac opere eo eſt corporis vitio, ad ſummam vſque agilitatem, liberatus. Ergo ante pubertatem Imperator, ſacrum contra Mauros domeſticos bellum ſuſcepit, ac eos Luſitaniâ propè exegit. Primam, quam iis eripuit pulcherrimam vrbem, Leiriam, Deo integram, factâ Sanctæ Crucis Cœnobio donatione dedicauit. Scalabim inexpugnabile oppidum, arcem Mauricæ inſolentiæ adortus, vouit, ſi eo potiretur, quicquid à montis editiſſimi cacumine oculorum coniectu deſignaret, omne id Ciſtercienſi, quod agitabat animo, Alcobatia dicitur, Monaſterio, dono daturum. Adfuit voto, cuius implorabat opem, Bernardus. Capta Scalabis, Monaſterium erectũ, reditus aſſignati. Expugnatâ Oliſipone in loco, quem tenuerat, Cœnobium Canonicorum Regularium conſtituit. Aliud, alio, in quo externæ auxiliares copiæ conſtiterant, Martyrum nomine, Templum erectum. Atque vti terribilem Mauris, ita amicam, & familiarem ſuperis Luſitaniam fecit. Centum & quinquaginta exædificatis Templis, quibus nos ille Cœlo reddidit propiores. Omnium magnificentiſſimũ, Sanctæ Crucis Canonicorũ Regularium, extruxit: Conimbricæ decus, & Regni ornamentum: quod tam ille locupletauit, vt cum ex eius reditibus, duo Epiſcopatus, Leirienſis, & Ameenſis, & Conimbricenſis Academia, maximam partem, conſtent: vix detrimentum ſentiatur. Nec tam pro Religione Alphonſus, quàm pro ipſo Religio pugnabat. Eius victoriæ fidem excedunt: niſi auxiliarium ſuperum ope, quâ & victoriæ nixæ, nitatur. Innumerabiles Pœnorum, ac Hiſpanorum Maurorum copias, minimum ſexcenta millia, à quindecim minoribus Regulis, Regibus quinque, Iſmario Imperatore Regio in aciem eductas, exercitu modico, ad decem militum millia, quî poſſet, niſi Authore & Duce Chriſto, qui ei Crucifixus apparuit, ad internecionem propè delere? An non pro eo ſuperi apud Palmelam, cùm equitibus ſeptuaginta, & paucis ſagittariis ſtipatus, Badoiocij Regem, quatuor equitum ſexaginta Peditum millia ducentem, aggreſſus, deuicit, è cœlo pugnabant?

Iidem Autores.

Brittus. Macedo. Faria Vaſconſel. Manſius.

Faria.

Britt. Anton. Souſa Faria. Maris. Monarch. Luſitan Eduard. nun. Zon.

bant? Nonne diuina fuit illa virtus, quâ ſemel apud Scalabim Alboiacquium Hiſpaliranum Regem, eiuſque copias innumerabiles, ſenex octogenarius fudit? Quâ iterum Aben Iacobum Miramamolinum vniuerſâ penè in aciem conductâ Africâ Scalabim rurſus obſidentem fra- Ioſue. 10.
ctum iam à Sancio Filio, coniunctis paternis cum eo copiis nonagenarius debellauit? Non tu illi alium facilè parem inuenias, præter Ioſuam. Hic vnum & triginta Reges vno minus, Alphonſus confecit; ſtare fecit ille ſolem: Hic ſtupere ac tremere. Non eum Dauidi minùs ſimilem di- 2. Reg.
xeris: quem inter hoſtes foris armis fulminantem, inter Leuitas domi ſacris operantem, accepimus, egregio Pietatis documento. Quod de Alphonſo quoque proditur. Nam qui perpetuo Mauros bello inſectaba- Ex Archiuio
tur, cùm ex acie domum redibat, in Monaſterium Sanctæ Crucis, ſe Sanctæ Crucis Conimbricæ.
recipere, & habitu ad Religionem compoſito Chorum adire, & inter cæteros Canonicos cenſeri, cum iis orare, pſallere, & penſa Horarum reddere commemoratur. Ac quemadmodum Dauid, depoſito Regio cultu, Ephod ſacrâ Leuitarum veſte indutus, Arcæ Teſtamenti operatus eſt: ita noſter Alphonſus, abiectis Regalibus inſignibus, candidam miniſtrantium ſacris veſtem induere, & hoc habitu Diuinæ rei operam dare ſolitus. Nec alio ille Paludamento Imperatorem ſeſe, pugnans in acie oſtentabat, quàm ſuperiniectâ Armis candidâ huiuſmodi veſte, quâ inter cæteros, majus quiddam humano, noſcitabatur: credente hoſte, non cùm homine ſe, ſed cum Cælite pugnare. Tam ille Auctores Luſit.
Religionis amans, vt vbi minùs Religionis munera obiri poſſent, ibi ipſe Religioſiſſimè bellaret: atque adeo Religionem habitu profiteretur. Hunc igitur, qui & Regnum à Deo accepit, & Regnans pro Deo aduerſus Mauros dimicauit, & inter dimicandum Religioni operam dabat, ij nuntium remitteret, ſtudio imperandi? cùm ideò ille imperium acceperit, & adminiſtrarit, vt Religionem defenderet, vt non ab illo Pietas Regno, ſed Regnum Pietati ſubiiceretur.

Tandem, quàm procul erat ab Ambitionis ſtudio, qui Regnum Monarch Luſit. l. 10. c. 10.
à ſe partum, auctum, amplificatum Religioni propè conſecrauit. & 11.
Conſtat enim eum ſponte ſua Pontificiæ Sedi ſe, ſua, Regumque poſterorum ſtudia libenter obtuliſſe, & huiuſmodi ingenuam pietatem deſtinatâ ei quotannis, quadam quaſi Penſione, ſignificauit. Non quo Regnum liberum, & iuris omnino ſui, obnoxium Pontificibus faceret; ſed vt eſſet hoc Religionis ſuæ teſtimonium ſingulare: non vt detraheret iuri, ſed vt adderet Pietati. Quâ ratione & Clodoueum Regem Francorum Principem, Primumque Chriſtianum, & Ramirum Aragonium legimus Coronam ſibi debitam Pontifici Romano detuliſſe: non quò ius infringeret ſed quò Religionem ſtabiliret. Baron. Spondan.
Nec ſolùm Clodoueum & Ramirum, imò & alios Aragoniæ & Angliæ Reges integri, nec vlla ratione fracti iuris Dominos, Regna item ſua ſummis Pontificibus, Pietatis ergo deuinxiſſe comperimus. Nec vnâ Religionis ſpecie contectus Alphonſus, aliam exhibuit: Regno iterû Diuæ Vir- Monarch. Luſit. l. 10.
gini Clareuallenſi, conſtitutâ aliâ ſolenni penſione, ob ſummam in ſan- c. 11.

ctiſſimam Dei Genitricem reuerentiam, & in Diuum Bernardum obſeruantiam dedicato. Quo ille duplicato Pietatis exemplo, & Religionis ſuæ opinionem, & iuris vim confirmauit. Nam cùm Clareuallenſi Eccleſiæ Regnum deuinxit, ſatis expreſſit nihil ſibi de ſumma in id poteſtate derraxiſſe, imò tam ſui iuris eſſe, poſtquam Romanæ Sedi conſecrauerat, ac antea, cùm non minùs liceret ei Dedicatum offerre, quàm ante dedicationem licuiſſet. Nec ei exempla domeſticorum Regum defuerunt; cùm Ferdinandus, & Alphonſus Sextus eius Filius, Atauus, Auuſque Alphonſi Regnum Hiſpaniæ Monaſterio Cluniacenſi, conſtitutâ in annos ſingulos certâ auri portione addixerint: vt nemo eum, nec militari virtute, nec Religioſâ Pietate ſuperaret.

Monacal. Luſit. l. 10. c. 12. Petr. Abbas Cluniacenſ.

Agè verò ſtylum & aeuamus in aliis Regibus, & premamus. Ambitionisnè ſtudio ductus Sancius Primus, Alphonſi Proles, ſuſcepto totâ penè Hiſpaniâ, cum Saracenis bello, vitam toties in aperta diſcrimina coniecit? An cum Hiſpalim vſque, bellici torrentis more, armatus excucurrit, & Arcem illam Mauritani Imperii inuaſit, Regemque Hiſpalitanum, eductis in aciem armatorum copiis, aditu prohibentem illato gradu impulit, & in fugam compulit, & Trianæ Portâ in ſuburbia inuectus, omnia ferro flammâque populatus, cruentos ſanguinis riuos, vitreo Bætis attoniti alueo intulit, & vndantia Crucis vexilla turrium apicibus impoſuit, ambitioni, non Religioni litauit? Cùm Maurum hoſtem apud Pacem, Iuliam, & Palmelam, & Scalabim fudit, de ſuperis nihil cogitauit? Miramomolimum fœdè ſuâ ipſius manu vulneratum, cùm in Tagum adegiſſet, eumque vndarum vorticibus abreptum mori coëgiſſet, cupidini dominandi ſeruiebat? Quis tam erit impudens, qui neget Diuinâ prouidentiâ factum eſſe, vt Claſſis externorum militum, quæ in Syriam ſacro ſuſcepto bello nauigabat, Olyſiponem appelleret: & inde, communicato cum Rege cõſilio, ad Algarbienſem oram deducta, Syluenſem vrbem præcipuam mari obſideret, dum Rex Sancius terrâ vrgebat, quò illa à Maurorum imperio liberata Chriſtianæ ditioni redderetur? Certè tanti fieri ſolita illa Maurorum è Luſitania expulſio, vt ſacri illi, & Chriſto deuoti milites perinde putarent, arma in Luſitania ſua, ac in Syria collocare. Mentiri oportet authorem, ſi inficietur cùm captis Hieroſolymis à Saladino Hieroſolymitanum renouatum eſt bellum, Religioſo ſe animo ad id Sancium comparaſſe, ac pio ſtudio, magnas eò & copias, & opes auxilio, ſubſidioque miſiſſe, & ſacros Hoſpitalis milites ad illud alacriùs ſuſcipiendum multis muneribus affeciſſe, aliiſque præclaris præmiis inuitaſſe.

Chron. Luſitaniæ Faria Epiſt. Vaſconcel. Manſius.

Iidem. Authores.

Nec Alphonſus Tertius, etſi liberalitate aliquantùm, Religione degenerauit. Cui fidem Superi fecere, duplici compulſâ in Luſitaniam Peregrinâ Claſſe, cuius ope & Alcazarem maritimum, & munitiſſimum oppidum vi expugnauit, & pulſis Mahometanis, in ditionem accepit. Sacram huiuſmodi expeditionẽ reddidit Dux Luſitanus Infulatus, Mat-

Chron. Reg. Luſit.

thæus Epiſcopus Oliſiponenſis; à quo ea eſt cùm confecta, tùm conſe-
crata. Nec, niſi Diuinâ ope, tantum oppidum captum videri poſsit: cùm Far a.
centum Barbarorum millia, quatuor auſpicio Regum, ſuppetias obſeſsis Vaſconcel.
attulerint: quibus cum acie pugnatum. Anceps prælium fuit. Sed haud
dubiâ noſtrorum victoriâ, nullus Regum viuus euaſit. Hoſtium triginta
millia ceciderunt. Oppidum victoriam ſecutum. Cœlum cupiditati non
militat. En iterùm, ac ſæpe Regis Alphonſi copiis adfuit. Elucnſem vr-
bem Reges duo Mauri arctâ obſidione cinxerant, circumfuſos campos Monar Luſit. Souſa Mace-
armatis implerant, cum Rex cœleſti impulſu diſsipatis hoſtium cuneis do.
victor vrbem ſeruauit, & in eius muro Trophæum conſtituit, minorenè,
an majore gloria? quòd nemo hoſtium reſpexit. Tam intenti fugæ, vt
ſenſus alio diuerti non poſſet. Eiuſdem ſunt Regiæ Pietatis monumen-
ta, Serpa, & Moura nobiliſsima Luſitaniæ Tranſtaganæ oppida, cum in-
genti Maurorum clade propugnata, & repulſo hoſte in tutum accepta.
Et in Caſtella veſtigia Religionis impreſſa: Rege Badajocio, & facilè fu-
ſo, & fædè fugato. Quid? quòd ab illo iuſta pro Hieroſolymis adorna-
ta, & expedita claſsis, de eius nos pietate non ſinit ambigere. Eâ ad
Religionem velificauit.

Sancij Secundi in tantâ mollitiè animi, & remiſsione curarum,
robuſta, & intenta Pietatis cura fuit. Hanc puerilis veſtitus ætatis ſignifi-
cauit in ſpeciem habitus Auguſtiniani conformatus: vnde ei Capello co- Faria.
gnomen. Hinc & animi habitus Religioſus in multa ſigna Pietatis eru- Monar. Luſit.
pit. Nam Toleti, vbi Regno pulſus, quietè, ac Religioſe, vixit: Maris.
theſauros Regios, quos ſecum duxerat, in Templis cùm erigendis, Vaſconſel.
tum ornandis impendit, & quòd egregiè hoſpitalis erat, Beatus ei La- Faria Monarch.
zarus non ſemel viuenti apparuit, recepitque morienti adfuturum, cùm Luſit.
mortem quoque prædixiſſet. Nec inermis Pietas fuit. *Adeò Fortes crean-
tur Fortibus.* In Luſitania Ægitaniam antea euerſam magnis ſumpti-
bus inſtaurauit. Ad Alcazarem, innumeram Maurorum multitudinem,
oppidum capere molientem ſtrenuè profligauit: nec eo Regnante auſi
ſunt hoſtes rem Chriſtianam Armis turbare. Tam eius vigilans Cu-
ſtos Sancius, vt cæteris penè Regni negotijs indormiens, vni Dei cau-
ſæ inuigilauerit.

In Alphonſo Tertio magnitudo animi cum Religione certauit.
Expeditionem ille Hieroſolymitanam Heroüm eius temporis vnicam, Monarch. Luſit.
& iuſtiſſimam curam, Comes Bononiæ adornabat; cùm ad Luſita- Souſa Mace-
nicum ſceptrum euocatus. Quem pium animi, contra Saracenos do.
exteros, impetum ceperat, eum aduerſus domeſticos Religioſè con-
uertit. Sed cum intra Luſitaniam, nulli iam ſupereſſent: qui in pro-
xima Regione, id eſt, Algarbienſi habitabant, perſequi bello ſta-
tuit. Eos iam anteà Sancius tentarat, & propria hęc Luſitanorum
Regum Prouincia erat. Ergo vt Crucis arma eò inferret: coniunxit
cum Pelajo Corra Inuicto Imperatore, Luſitano, ſed Caſtellanis
auſpiciis bellum gerente, copias, & Pharum Principem vrbem
adortus tanta vi oppugnauit, vt ad deditionem compulerit. Hic

M ij

Religioſa Regis virtus enituit; Nam cum Mauri negarent, ſe, non niſi Regi, clam, & paucis comitato, eſſe permiſſuros, ille incredibili animi magnitudine, auſus eſt oppidum, decem tantùm aſſumptis ſociis, intrare. Nec ei ex Religionis ſtudio periculum, ſed ex periculo apud Deum meritum, apud ſuos gloria fuit. Cùm anxiis omnibus, ac euentum expectantibus, ipſe è turri ſublimis Claues vrbis præferens læto ſe, & alacri vultu oſtendit, & trophæum ſuis diu eminuit omnibus ſpectantibus: nec vti Capaneus infenſus Superis, fulmine feriendus: ſed vti Gottifredus, gratus Cæleſtibus Laureâ coronandus. Ibi ſydera ſibi obnoxia reddidit, vt incredibili felicitate, cætera Regni illius oppida caperet, & Mauros omninò exigeret, Religione aſſertâ, Fide firmata, Pietate conſtitutâ, cui illuſtrem coronidem impoſuit, cùm Romæ, apud Pontificem Immaculatæ Virginis Conceptionis cauſam agi nomine ſuo iuſſit, ac eâ ſuper re diploma Prærogatiuæ impetrauit.

Stat. Thebai. Taſſus. Paul Æmil. Faria. Vaſconcel.

Dionyſio nemo fortaſſè Regum domi iuſtior, foris fortior, & in adminiſtranda Repub. felicior. Rerum in Hiſpania arbiter, grauiſſimas ſuper Regni hæreditate lites ſuo iudicio compoſuit. Religionis certè ſtudiis non defuit, quæ publicam Regum curam poſtulant. Illud eminet quòd cùm domi hoſtis, quò cùm bellaret, impius deeſſet, foris eum in Africâ quærere conſtituit. Quanto ſenſu Pietatis! vt qui noſtra occuparat, ſua amitteret, & à quo Chriſtiana Regna temerata, is ſua Mahometana, Cruce Luſitanicâ conſectatâ, conſpiceret. Igitur Ordinem militarem Ieſu Chriſti, Sacrâ inſignitum Cruce purpureâ, albo intercurrente, inſtituit: ampliſſimis reditibus à ſe aſsignatis, Priuilegiis à Pontifice maximo obtentis, quem ſacro illi contra Mahometanos bello deſtinauit. Quo ille, quaſi viuo Propugnaculo, & hoſtem atcuit, & Fidem muniuit. Eo penè omnis Luſitana nobilitas cenſetur. Alium illuſtriſſimum Diui Iacobi, qui ad Luſitanos è Caſtella fluxerat, eique tanquam membrum adhærebat, ne ſub alieno capite conſiſteret, ſibi que ex integro redditum, meliùs adminiſtraretur, à Caſtellano imperio, authoritate Pontificis exemit, ſuique iuris effecit. Quin & quòd bellorum, ei occatio cùm Fidei hoſtibus defuit: aliis cum iis pugnaturis ſuppetias attulit. Itaque Ferdinando Quarto Regi Granatenſem expeditionem aggredienti validas, & copias militum, & opes miſit: quibus hoſtium viribus par eſſet. Mirificæ Pietatis fuit inſigne illud Monialium, quo nullum in Hiſpaniâ magnificentius, Monaſterium erigere, cui Diuo Dionyſio nomen indidit, in quo voluit ſepulchrum ſibi, Regibus que Poſteris, imitatione Gallorum Regum, collocare. Ad domeſticam demùm Pietatem ab vxore ſanctiſsima Eliſabetha Aragonia eruditus, voluptatibus, quibus ſe iuuenis dederat, nuntium remiſit, vitamque ſanctiorem inſtituit. Quam curæ ſuperis eſſe, euêrus ille monſtrauit, cum venationi intentus, & à ſuis procul auectus, in vrſum immanem incidit; à quo cùm appetitus, ægrè quanquam ſtrenuè ſe defenderet, ope S. Ludouici Toloſatis, cuius in mentem venerat, ſeruatus eſt. Beneficij accepti memoriam, nouo Pietatis erecti ibi Templi monumento conſecrauit.

Hiſt. Luſit. Maris. Macedo. Faria. Vaſconcel.

Caron. D. Franciſci.

Inſigne inter alia Religioſæ pietatis exemplum, Alphonſus IV. Ferox appellatus, quod in Rem noſtram eſt aptiſſimum, præbuit. Rogatus ab Alponſo XI. Genero, ac nepote Caſtellæ Rege, quo cum acre ánteà bellum, iuſtumque geſſerat, vt aduerſus Marrochij & Granatæ Reges, qui ſuperiores viribus imminebant, opem ſibi ferret: quam ſalutarem fore ex detrimentis ab eo illatis intelligebat, ac id timidè quòd ferocem animum irritarat, atque adeò interuentu Reginæ Filiæ poſtularet: cùm poſſet Alphonſus, aut omnino quieſcere, aut auxiliares ſuorum manus mittere, quòd vidiſſet Rem Chriſtianam in anguſto eſſe, cum ea maluit periclitari. Itaque delecto militum robore ex omnium ordinum Flore collecto, ipſe aleam belli ſubijt, ſeque Genero vltrò coniunxit. Is, quòd innumerabilis Saracenorum multitudo campos occupabat, ferro decernere nolebat: paciſcique cum hoſte turpiter, Tariffà ei conceſsâ, cogitabat. Verùm Alphonſus ſtudio Religionis accenſus interceſſit, clamans, *Non eo ſe animo Luſitaniâ cum flore bellicoſa iuuentutis, Mauricis aſſuetæ victoriis egreſſum, vt proditâ re Chriſtianâ, ad inhoneſtum fœdus deſcenderet.* Ita in prælium itum. In quo Alphonſus delecto ſibi validiore hoſte Granatenſi Mauro, tam ſtrenuam nauauit operam, vt magnâ affectum clade profligarit, profligatum in Marrochianos ambiguo cum Caſtellanis marte dimicantes impulerit: ipſique acriùs inſiſtens vtroſque loco mouerit, & in fugam verterit. Atque apetiente ſe ab ea parte victoriâ, pronam, eam, & integram Caſtellano reddidit. Conſtat eum ante ſe fruſtum illo die ſanctiſſimæ Crucis, haſtæ præfixum, inſtar vexilli prætuliſſe, ac iniri certamen iuſſiſſe: eo verſu Pſalmi: *Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius.* Quo quaſi tonitru terrens, in eos deinde fulminauit. Hęc illa ad Saladum nobilis pugna, in paucis memoranda.

Mariana. Vaſconcel. Faria. Maris. Vide Fariam.

Petro Regi Optimo (Seuerus is Iuris aſſertor, & ſcelerum vindex extitit) à ſuperis ſingulare Pietatis teſtimonium redditum. Ei animam agenti, Bartholomæus Apoſtolus animos addens apparuit. Mortuus iterum vitæ reſtitutus, quantum fuit ſatis ad delictum, quod memoriâ viuo exciderat, cófeſſione expiandum. Eius morti, concuſſo ac turbato cælo, anxia, & curſus inſcia ſydera indoluerunt. Hoc à ſuperis, illud à mortalibus: *Regem eum, Petrum extitiſſe: qui aut nunquam naſci: aut nunquam mori debuiſſet.* Nam ſi, opinor, non naſceretur, non eſſet locus iacturæ, ſi non moreretur, deſiderio locus non eſſet.

Vaſconcel. Faria. Hiſt. Reg. Luſitan. Faria. Souſa.

Omiſſo Ferdinando ad Ioannem I. huius nominis Regem gradum facio. Hic vti Alphonſo Henrico virtute par: ita & Religione ſimilis fuit. Ille Author, hic aſſertor Regni, magna Pietatis documéta dederunt. Hic ſanè Regnum ab iniuriâ defendit, Caſtellanum hoſtem & pierare, & virtute vicit, Fortunamque in poteſtate habuit, quòd Religionem coleret. Eò quippe tempore Pótificia ſedes magnis Antipaparum motibus quaſſabatur, cùm magna pars Europæ Vrbani VI. Iuſti & veri Pontificis partibus aduerſa, ſchiſmati ſtuderet. Ac Hiſpania imprimis, quæ Antipapis impéſè fauebat. Luſitania tamen Petræ Apoſtolicæ adhærés, nunquam à Religione, vel per imprudentiam defecit. Itaque cum Caſtellano non minùs causâ Pietatis, quàm Regni ab eo pugnatum. Vnde

Eius Chronicon. Illeſc. in VI. in Vrbano VI. Ciacon. Bzouius. Spondan.

opinor, euenit, vt perpetuò Ioannes noſter victor exiſteret. Conſtat in illo ad Aliubarrotam prælio, in quo ſex Luſitanorum millia, tria & triginta Caſtellanorum deleuerunt, noſtros pro Religione ac Pontifice, tanquam fideles aduerſus Caſtellanos, ceu ſchiſmaticos, pugnare ſe ante pugnam profeſſos. Palma Pietati obnoxia, noſtras, atque adeo Dei partes ſecuta. Ac quò maior fides ſit, cælum à nobis ſtetiſſe, Authores ſunt Caſtellani Ioannem Caſtellæ Regem, ideo amiſiſſe victoriam, quòd Templa ædeſque ſacras vaſis aureis, & argenteis, & reliquâ ſupellectili ad bellicos vſus ſpoliaſſet. Quare inquinatas manus victoriam effugiſſe, putas amaſſe. Liberato & conſtituto Regno, cùm eo frui, & vitâ pacatè & tutò ac glorioſè poſſet, maluit in obſequium fidei, Regni opibus vti, & vitam in diſcrimina belli conjicere. Iniecta ei diuinitùs mens: vt in Africam expeditione ſuſceptâ, arcem Mauritaniæ Septam vrbem expugnaret, & clauem illam Maurici Imperij, hoſti eriperet, quâ ille vſus, aditum ſibi in Hiſpaniam fecerat. Ita primus iniuriam nomini Chriſtiano illatam vindicauit. Primus omnium Regum Hiſpanorum claſſem eduxit, & maria armatus ſulcauit. Ferunt eum à Beatiſſima Virgine Maria gladium per ſpeciem accepiſſe, quo pugnare Angelis hortantibus iubebatur. Cui res argumento eſt, quòd ante pugnam ſolitus ſemper, quibus indui debebat armis, ea ante aram D. Virginis ponere, & quaſi ab ea ſibi donata ſumere: iiſque tanquam ſactis corpus munire. Accedit aliud momentum, quòd cùm Rex nihil prorſus cogitans, de Septenſi expeditione, bellico more magnis ſumptibus ſolemnia inſtitueret, velletque palàm tres filios, Eduardum, Petrum, & Henricum Equites priſco ritu cæremonijſque inaugurare, monitus eſt à viro egregiè Pio, apparatus, & impenſas eas omnes in Punicum bellum transferre. Cuius ille conſilio, quòd à ſuperis eſſe videbatur, alacriter paruit. Treſque ipſos Principes filios aleæ ancipitis belli ſecum ipſe commiſit: ac Religioni deuouit. Igitur & dies quoque vota confirmat: Is fuit D. Iacobo Apoſtolo Hiſpaniarum Patrono ſacer. Quo Claſſis in Africam ſoluit. Nec pauit inſolens nauium, Luſitanicæ claſſis pondus mare: nam illud ſacroſanctæ Euchariſtiæ, quæ in Prætoria Pyxis vehebatur, manſuetum & morigerum reddidit. Attonito ad nouæ Pietatis monumentum pelago, aëreque molliſſimis flatibus Luſitanæ Religioni blandiente. Quid ergo mirum, ſi Septa vrbs, quamquam expugnatu difficillima videretur, in poteſtatem Ioannis venerit? nec tamen facilè ceſſit, ne quis putaret citrà periculum noſtros Religioni militaſſe. Pura Fides ſanguine martyrum, militumque pro Chriſto pugnantium delectatur. Nec expugnata tantum vrbs eſt, ſed retenta, & frenum illud in os Barbariei Mauritanæ coniectum, audaciam repreſſit, ferociam cohibuit Africa, vt & hoc quoque reponam, lupata *Mordet adhuc, & frena ferox ſpumantia mandit.*

Ac nec excutit, nec proficit. Non ei Togatæ Pietatis monumenta defuerunt. Erectis Templis, inſtructis altaribus, ſacrâ ſupellectili auctâ, votis ampliſſimis redditis. Præcipuum opus fecit, Monaſterium in loco victoriæ de Caſtellanis partæ, quod à Prælio Batagliam dixit. Cuius Templum, quòd magnificentiſſimum vidit nobilis quidam ex Italia Pere-

Faria. Souſa.
Saauedra.
Faria. Souſa
Ludou Marm Carual. de Rebus Afric. 4.
Ex Virgil. l. 4.
Vaſconcel. Marif.

grinus, Salomonis Templum appellauit. Diui Ioannis Euangeliſtæ Ordinem in regnum admiſit. Aquilam Euangelicam Aquila militaris, quo Pyrrhus cognomine gaudere ſolitus, inuitauit. Tempora ipſa profani ſupputatione temerata piè cenſuit, Erá Cæſaris in natales Chriſti annos commutatâ.

Faria.

Eduardo calamitates ſtatum quidem Regni deformarunt, Religionis ſtudio non detraxerunt. Eò Eugenium Pontificem, cuius partes piè ſtrenuéque defendit, promeruit, vt Regibus Portugalliæ, proprio Gallorum Regum Priuilegio vti liceret, ideſt, ſacro ſe oleo inungendi & ſolemni ritu conſecrandi. A quo id etiam impetrauit, vt Cruciatæ prærogatiuis frueretur, quod tam huic ſalutari Crucis ſigno deditus erat, vt diceret, *Tum maximè glorioſos Principes fore, cùm ſe is coronati ſubmitterent, ſalutem omnium à cruce; Regnorum gloriam à crucis veneratione, cultuque pendere.* Demùm, quantæ Religionis fuit? Infantes Fratres Henricum, ac Fernandum Tingim cogitantes, opibus, viribuſque iuuare, & capto à Mauris Fernando Fratri modis omnibus libertatem procurare, eo tantùm excepto, qui reſtitutâ Septâ Religioni periculum creabat. Itaque hinc Pietate in Fratrem, illinc Religione in Deum animum inceſſente, mortuus, victimam ſe Religionis, ac pietatis profeſſus, vtrique ex æquo litauit.

Eius Chron.

Faria.
Vaſconcell.

Alphonſum V. cui præclara in Africa, Africani nomen, Tertio à Scipionibus fecerunt, Religioſa Pietas in cælum extulit. Nemo illo ſanctiùs arma tractauit. Nemo Fidei hoſtes acriùs inſectatus: nemo Rem Catholicam fortiùs defendit. A Calliſto III inter cæteros Europæ Principes, belli, quod adornabat, ſacri, Imperator delectus, Crucem alacer accepit, milites conduxit, exercitum ſub ſignis habuit, & quo ſacratius eſſet bellum; pecuniam ipſam in ſtipendium aſſignatam conſecrauit. Tùm primùm Luſitania eos nummos vidit, quos à cruce Cruciatos appellant, quibus nullæ aliæ celebriores ſunt monetæ, quòd minor apud Luſitanos pretij, quàm Religionis ratio habeatur. Sed intercedente Põtificis morte, omniũ aliorum Principum ſtudia refrixerunt. Idem in Alphonſo animi ardor, materiem belli, non ſtudium mutauit. Ergo Africam cogitauit. Tingis poſt Septam inſignis Feſſenſis Regni vrbs, Generoſo Regi oppugnanda occurrit. Non eo tamen conſilio, vt Tingim aggrederetur, ſed vt paulatim circumacta oppida expugnando, vires hoſtium minueret, ac demum Tingi potiretur. Quare ingenti ducentarum nauium Claſſe Alcazarem Ceguerium expugnat. Expugnatum conſecrat, & Beatiſſimæ Virgini Mariæ tutelâ protegit. Regem deinde Feſſenſem ſera ſuis auxilia ferentem prouocat, ac terret. Suiſque Ducibus frangendum reliquit: nam eum poſteà noſtri, Duce Eduardo Meneſio magni nominis Imperatore, cui Arcis commiſſa cura fuerat, in fugam compulerunt. Regem Religio in Tingim ſtimulabat. Bis in eam impetus factus: luctatum cùm ventis, ac procellis, nuſquam ceſſatum. Anafen inſigne oppidum à Ferdinando Infante auſpicijs Regijs expugnatum. Arxilla deinde, munitiſſima vrbs, cruentâ victoriâ capta: egregiè in primis dimicante Principe Ioanne Regni hærede, qui ſocius paterni periculi, animi æmulus fuit. Huius aſpectum Tingis ferre non potuit: citrà

Eius Chron.
Vaſconcel.
Faria.

Eò ſpeculatum præmiſſus Stephanus à Gama Sinenſis Arcis Præfectus Aulicus Ferdinandi Purpuratos. Is prona omnia reddidit.

Souſa. pugnam ſe dedidit. Receptæ Epiſcopus datus è Diui Auguſtini familiâ, Auguſtini filius, vt qui in ea olim vrbe Epiſcopatum geſſerat: nunc è Mariſ. ſuperis reſtitutum ſibi gratularetur. Id ſummæ Pietatis in Deum, & ſtudij in Fidem fuerit, quòd cùm Arzillâ expugnatâ Ioannem filium Principem Equeſtri ordine in Mezquitta iam dedicata donaret, & in conſpectu omnium Cadauer D. Ioannis Coutinij Marialuæ Comitis fortiſſimi bellatoris, multis confoſſum vulneribus iaceret, intento in illud digito lacrymantibus oculis ad Filium Rex: *Vtinam ſuperi ô fili huic te Duci extincto ſimilem faciant.* Quò docuit, quanti apud ſe foret ſtudium Religionis tuendæ: cùm non ſtatu Principem, ſed virtute cum periculo voluerit æſtimari.

Ioannis II. inter multa domeſtica Religioſæ Pietatis (nam externa Reſend. in eius vita. modò, quòd alterius ſunt loci, non vrgeo) duo triave ſunt, quæ Authoris hoſtis impoſitas nobis calumnias abundè refutent. Nam qui ani- Vaſconcell mus ab ambitione liberior eſſe potuit, quàm Ioannis, qui Rex, Patris in Gallia tum agentis, iuſſu, mandatuque inſtitutus, & ritè Scalabi inauguratus, eidem paulo poſt in Luſitaniam redeunti Regnum ſingulari Pietatis officio reſtituit? Inaudito, & Caſtellanis præcipuè incredibili exemplo: apud quos filij Regnantibus (vti Sancius Alphonſo) iuſtè Parentibus, violato iure, conculcatâ pietate ſceptrum abſtulerunt. Certauit eum paterna pietate ius, & cupido regnandi: ſed victoria pietati ceſſit. Fuitque deinde ijs inter ius, & amorem in filium, qui tranſuerſos agere Parentes ſolet: nec tamen apud Ioannem Amor Iuri detraxit. Mortuo Alphonſo è caſu equi, ad Tagum, filio vnico Regni hærede, iure Patruelis frater Emmanuel ad ſceptrum vocatus. Sed ei ſe ex aduerſo Charitas in filium, etſi Nothum, illuſtriſſima matre natum, Georgium vehementer oppoſuit. Mollitie affectus vim iuris frangebat. Inſinuauit ſe in paternum pectus, ac penè expugnarat. Tentatus Pontifex, an vel- Vaſconcel. let annuere: nec deerant ſtimuli aſſentatorum. Permiſit ſe Ioannes affectui, ſed non ceſſit. Admonitus à Regina, & optimatibus iuris Emmanuelis, ſtatim reſilijt: mentemque abiecit: ac ſiquid amando deliquerat, pudore compenſauit: vincente olim Ius proprium Pietate in Patrem: nunc Iure Charitatem in Filium ſuperante, tantò maiore victoriâ, quantò ille vehementiùs amore correptus. Quàm procul ab ambitione, tam propè Religioni fuit. Sacris initiatos, ac deditos Superis viros, infra Regem, qui à cæteris penè ſuprà Regem coli ſtuduit, venera- Faria. ri ſolitus. Diuinis rebus maximè deditus. Beatiſſimæ Virgini ſummè addictus: à qua etiam beneficium ſingulare accepit. Nam ſemel è Templo Nazareæ Virginis (celeberrimum illud in Luſitaniâ Pietatis monumentum eſt) manè nubilo Cœlo egreſſus, equum itineris inſcius eò adegit, quâ ſe Rupes in mare projicit doloſo à tellure receſſu, audaci in Pelagus procurſu, cuius in imminentem rupem, vaſtiſſimus trecentarum vlnarum ſuſpectus viſum propè extinguit. Erat in metâ, vix ſpatio ad reducendum equum relicto, cùm monitus à ſocio periculi, equum freno continuit, adduxit, deflexit, & in tutum recepit. Quid mirum, ſi ei diuinitùs ſeruata, quam Deo, ac Patriæ reddebat, vita?

Notum

Notum eius ad Pietatem compoſitum ſymbolum, Pelicanus obunco ſibi pectus roſtro perfodiens, profuſo viralia ſanguine Pullis impertiẽs, eo lemmate. *Pro lege. Pro Grege.* Religioſum animum Cælum excêpit. Terram cepit Religio, ne cadâuer exederet. Hodièque incorruptam animi integritatem teſtatur, odoris fragrantiâ ſenſus, ſenſu miraculi conuincente.

In Emmanuelem, quem Fortunæ, cum Sylla filium, & Polycratis geminum appellarunt, tot Religionis, ac Pietatis exempla confluunt: vt ſe mutuo incurſu propellant. Quid? ſi externis, aditum, faceremus: Ioannis II. ſacro ſepulchro, neſcio an ſacratiores Emmanuelis cunæ ſucceſſerint? Die Corpori Chriſti ſacro, ſolẽni pompâ, fores domus, vbi enixa mater, obeunte, auſpicatò natus, præiudiciũ Religionis tulit. Sphæra adoleſcenti, à Ioãne Rege Patruele in ſtemma data, inſcripta, *Spera in Deo*, epigraphe: per vniuerſum orbem diffuſum Regnum, cum à ſuperis ei præter humanam ſpem donandum, tum ab eo ſuperis Religioſè reddendum portendit. Itaque & Regnum ei Salmanticæ, quaſi in aſtris legeret, Aſtrologus prædixerat. Ergo lacteam Regnandi viam tenuit. Solemnia Viſitantis Virginis, & Cuſtodis Angeli inſtituit. Sacram Miſericordiæ ſodalitatem mirè auxit, domo conſtitutâ, Templo amplificato, reditibus ampliſſimis aſſignatis. Ordinem Chriſti nouo ſplendore Regium planè reddidit. Maurorũ reliquias Regno expulit. Iudæos qui è Caſtella venerant Chriſtianis ſacris imbuit, Templa quinquaginta erexit de integro: plurima refecit: non pauca amplificauit. Ac imprimis Bethlemicum ad Tagi oſtium, cũ cænobio D. Hieronymo cõſecrato, & Thomarienſe Chriſti Ordini dedicatum. Vtrumque ampliſſimum, & cum Europæ maximis comparandum. Sacram Euchariſtiam, natales ſuos ei addictos recolens, mire coluit. Tres illos ſacratiores Hebdomadæ maioris dies ad aram proſtratus precibus inſumebat. Non ille Pandoræ Pyxidem in Regnum intulit: cum primum Indiarum aurum in ſacram Pyxidem contulit, pro ſeruanda Euchariſtia fabricatam. De quo poſtea ſermo redibit. Imò ex ea aurei imperij venas in Regnum deriuauit. Pauperum & miſerorũ perfugiũ, & aſylũ fuit. Miſeriarum venationem exercebat, vt ſubueniret. Omnibus Franciſcani Ordinis Fratribus ſuis ſumptibus veſtes donabat. Et in monetis religioſus. Cruce inſigni impreſſâ, & primis ingentis pretij ſummo Pontifici dono miſſis, vt nouũ aurum cõſecraret, & theſauros ſuos Petri Clauibus ſubiiceret. Nec domi tãtùm pietas ſe continuit: foris emanauit, & in Arcem Religionis Romam peruaſit. Egit ſæpè cùm Romano Pontifice Emmanuel vt caueret, ne vitia ſacram illam Curiam deformarent; daretque operam vt ſanctimonia, & puritas morum ſanctitudini loci reſponderet. Vnde conſtat quàm ſeuerè licentiam ſuorũ coërceret, qui tam diligenter alienorũ diſciplinã morũ curabat, quãq; ſibi eſſet intentus, qui in aliorũ defectus excubabat. Illud ad rẽ propiùs, quod eum remotiorem ab ambitione oſtendit. Turbante Hiſpaniâ & indignè dominatum Belgarum, qui Carolo aſſidebant ferentes, factioſi, quorum magna nec cõtemnenda pars erat, & reſpectare libertatem cæperat, Emmanuelem Regem ſollicitarunt, vt ad Regnum illud occupandum animum adjiceret. Nec res temerè erat: florente tum maximè Luſitaniâ armis, viris, opibuſque. Hiſpaniâ contrà ſciſſâ, fractâ, debilitatâ. Ducibus impigris opem ſuam Luſitano pollicentibus. Prona erant

Vaſconcel.
Manſius.
Faria.
Goezius.
Chron. Luſit.

omnia. Vna voluntas Emmanuelis defuit. Ea rem diſcuſſit. Imò & ſaluti Carolo Principi fuit. Nam arma ſolicitata in authores defectionis conuertit, quò & illos oppreſſit, & reliquos in fide continuit, Regnumque Carolo morigerum reddidit. Quàm diuerſus ab ijs, qui ſeditionibus domeſticis, tanquam occaſioni rei gerendæ intenti, Galliam tentarunt, Portugalliam inuaſerunt.

Ioannes III. Emmanuelis proles germana, ob Religionem domi conſtitutam, auctam, ornatam, Numa Chriſtianus meritò appellatus. Palatium, domeſticâ ex Pauli Apoſtoli doctrina Eccleſiâ rerũ Diuinarũ officijs reddidit. Curas maiores Pietati, minores Politicæ impendit. Sacrũ Inquiſitionis Tribunal induxit. Religioſos Ordines cenſuit, & veteri nitori reſtituit. Eccleſiaſticam ditionem tribus Epiſcopatibus auxit. Portalegrij, Leiriæ, Mirandæ. Eboræ Archiepiſcopalem, pro Epiſcopali ſedem poſuit. In Africam: in Aſiam Epiſcopos idoneos, maiore ſtudio & impendio quàm Imperatores miſit. Patriarchas Æthiopiæ procurauit, & ſuis ſumptibus expediuit. Templa non parua, eaque magnifica poſuit. Thomarenſe caput illuſtriſſimi IESV Chriſti Ordinis caput eſſe iuſſit. Et inſigne ei Templũ Diuæ à luce Virginis attribuit. Duæ ſanctiſſimæ Seraphicæ Familiæ ad ſeueriorẽ diſciplinã Prouinciæ, eius auſpicijs traductæ Pietatis, & Arrabidæ: quæ Paradiſi Seminaria, imò & è Cælo ad nos ductæ coloniæ dici poſſunt. Atque his ille nobilem Pietatem, ſed aliâ laude glorioſam fecit. Euocatâ, Româ, nouâ illâ, ſed veteris inſtructâ, cùm ſcientiæ, tum virtutis ornamentis Societate IESV, & in Luſitaniam vix dum ortâ, inuectâ, vt inter Regios apices adoleſceret, ad Religionis, & amplitudinis præmia erudita. Cui ille iuuentutem inſtituendam commiſit: vt quemadmodũ illa tenera adhuc, & recens, à cunis ab Rege, Regnoque Luſitano excepta, & educata fuerat, ita in tenera illa ætate erudiẽda, pręceptiſq. cõformanda operam locans, à Ioãne acceptũ beneficium compenſaret. Itaque Conimbricæ magnificentiſſimo Collegio erecto, minores ab reliqua Academia auulſas Philoſophiæ, ac triũ linguarum ſcholas, moderandas tradidit. Propugnacula in Societate tria Religioni ac Fidei, Tribus ædificatis ampliſſimis: Conimbricæ in Europâ, Goæ in Aſia, Bahiæ in America Collegijs parauit. Arce apud Diuum Rochum Oliſipone in domo Profeſſa inſigni admodum conſtitutã. Nec maiorem ille donando, quàm dolendo Pietatis ſenſum oſtendit. Solemnibus Miſſarum Officijs coram Rege, ac Regia curia impius quidam in ſacroſanctam, cùm in altum euehebatur, Hoſtiam manus iniecit, & repentè abſtulit, & mirâ celeritate euanuit. Attonitos omnes rei atrocitas tenuit. Rex tantum ex ea dolorem cepit, vt aulam reuerſus in luctu, & ſordibus iacuerit, & multis pòſt diebus in lucem arrarus prodierit, & ſupplicatione indictâ nudis in eâ pedibus inceſſerit. I, nunc Caſtellane, & verbis Ioannis Regis *virtutem illude ſuperbis*.

Sebaſtiano Regi citiùs tu ſphæram Fortunæ, quàm clauam Religionis extorſeris. Eâ ille Hæreſeos, & infidelitatis monſtra contundere cogitauit. Nempe altas in eius animo radices. Pietas egerat, à teneris inſita, Societatis Patrum, quos amabat vnicè, inſtitutis. Horror ei læthalis culpæ tantus, quantus Ludouico IX. Galliæ fuiſſe dicitur: Charitate in Deum ſic exarſit, vt quòd per minora incendium illud opera prodire non pote-

Andrad.
Vaſconcel.
Maris.
Faria.
Hiſt. Luſit.
Virgil. l. 11.

rat, erumperet in eas flammas, quibus poſteà conflagrauit Itaque diuinũ
Horarum Canonicarum officium recitare, Piaculares Virginis globulos
percurrere, quotidie rei Sacræ, bis Sabbathis intereſſe, eſuriales ferias Vaſconcel.
ritè peragere, expiare ſingulis hebdomadis animum; cæleſti Pane refici,
ſacram Euchariſtiam cùm palàm expoſitam, tùm ægrotis per plateas de-
latam, ſumma veneratione comitari; Pupillorum orbitati, Viduarum ſo-
litudini, Pauperum neceſſitatibus ſubuenire, parua ei pro magnitudine
Amoris videbantur. Nec illa ſatis, Templa ponere, Aras ſtruere, Delu-
bra inſtaurare, Cænobia reficere: nouem Collegia Societati per totum
diſperſa Orbem aſſignare. Maiora molitus, flagrabat deſiderio Maho-
metanam perfidiam extinguendi, Sacrũ bellũ meditatus, Pio ſe V. Pon-
tifici alacriter obtulerat, à quo cum propter obſeruantiam, cultumque
in Apoſtolicam ſedem *obſequentiſsimus Filius*, dici vellet, ab eo *Defenſor* Faria.
Fidei, meruit appellari. Faces huius, quo ardebat, ignis in alios Princi-
pes conjecit: cùmque à connubio maximè abhorreret; ea tantùm ratio-
ne admiſit, ſi Rex Galliæ Carolus arma, & opes Gallicas in Mauros ver-
teret, pactus ducturum ſe Margaritam eius ſororem, cuius tamen an-
teà ſæpè oblatos thalamos reiecisſet. Sed eo cõſilio diſcuſſo, & ardore creſ-
cente, in Africanam ipſe expeditionẽ incubuit. Bis cruda ætate profectus Souſa.
nodos omnes, moraſq; ab omniũ penè ordinũ lectiſſimis viris oppoſitas
igne illo ſacro conſumpſit; & quòd primâ vice Crucem victricem ſenſe-
rat, acriùs ſecundâ inuectus, ſe, & ſuas opes in præceps dedit. Religionis
profectò victima, non ambitionis, Aræ, non ſceptro deuota, cuius ille ia-
cturam fecit, vt Fidem mactaret.

In Henrico ab ineunte ætate ſacris dedito, ac per omnes ſacri Ordinis
gradus ad Pietatis culmen nitente, mirum non eſt Religionis ſtudia pal-
mam tuliſſe. Aſſueta Rei diuinæ manus ſanctius reddidit ſceptrũ, & Co- Vaſconcel.
ronam mitra ſacrauit, & Cardinalitia purpura Regiam erudijt ad Pietatẽ. Mariſ.
Itaque Religioſè regnauit, & calamitoſiſſimâ illâ tẽpeſtate ſe ipſum po-
pulo impendit, communique ſaluti litauit: Sacerdos, antequam Regnum Faria.
iniret, initio Sacrificium. Ad quod anteà piè præluſerat, cum orto domo Souſa.
in Regia incendio, & immaniter graſſante, cũ nemo domeſticorum Effi-
giem Crucifixi Chriſti, quàm allambebat ignis iam iá voraturus eriperet
ipſe maioribus accẽſus flãmis in ignẽ ſe coniecit: & ſui oblitus, omnes in
Crucifixum curas intendit, cumque arreptum incendio exemit, eò ma-
iore gloria, quò certiore periculo. Extat in Eborenſi Societatis Iesv Col-
legio tantæ Pietatis monumentum, cui maxima, tum, & poſtea ingenia
immortales verſus dedicarunt. Laboraretnè potuit vitio ambitionis,
qui vitam ſuam Religioſè prodigebat.

Hâc ſe Pietatis viâ Reges noſtri Regno inferebant, eâ ſe ſuperis red-
debant. Hæc oportuit inſiſtere veſtigia eum, qui Luſitaniæ imperaret.
Caſtellani certè Reges, alioqui egregiè Pij multa deleuerant, nam cum
externi ab alieno ſolò venirent, nec ſatis illis perſpectum iter, nec veſtigia
explorata, nec paſſus idonei; quòd ſi qua imprimebãt, ea certè tranſeun-
tium obiter, ac leuiter, non manentium altè impreſſa veſtigia, Religio-
ne minimè conſtitutâ euaneſcebant. Propiùs nos afflare Pietas debuit.

Experimur. Oculti teſtes. Hanc Rex noſter Ioannes Sereniſſimus, expreſſis in ſe cum accepto Regio ſanguine exemplis repræſentauit. Rebus diuinis, & Officijs Eccleſiaſticis intentus, domi, foriſque Alphonſum Henricium, Eduardum, Emmanuelem, Ioannem, Sebaſtianum que imitatur. Cantibus ſacris ita delectatur, vt non modò eos libenter audiat, ſed quâ pollet, vſque ad admirationem, muſicarum rerum ſcientiâ, Dauidis inſtar, hymnos ſcictiſſimè componat, quorum harmoniâ templa reſonent. Dionyſio & Petro Regi ſimilis, de quibus legimus eodem ſtudio fuiſſe delectatos: ſed eo noſter eminet, quòd ſuam illam muſicorum numerorum peritiam ſacris terminis ita definit, vt in profanos euagari campos non patiatur. Euchariſtiam ſic colit, vt quoties ea coràm exponitur, ipſe accepto in comitem Principe, vectoriæ Vmbellæ contos in Pompâ deducat, Emmanuelis, & Ioannis, Sebaſtianique pietate reſtituta. Eo item celebrandus, quòd numquam vllo in templo ab ingreſſu ad exitum caput obtegit. Hoc nomine Euchariſticæ venerationis Ioanni I. & II. meritò comparandus. Mirâ in B. Virginem obſeruantiâ Reges omnes, erga Conceptionem Immacularam Alphonſum Regem III. expreſſit. Quam ſibi Regnoque ſuo Patronam, vti olim Aſſumptam Virginem Eduardus, adoptauit. Triduo ante eius feſtum diem, Oliſiponem ad ſceptrum capiendum ingreſſus, primam de eius Conceptione ab Concionatore Franciſcano, qui eam maximè ordo propugnat in Æde Regiâ excepit auribus. Paulò infra octauam Rex publicè inauguratus, ſalutatuſque.

Tandem hoc anno 1646. ſe omnino ei, Regnumque deuouit. Tutelarem Regiæ Familiæ, & Luſitaniæ, iuratis in Immaculatæ Conceptionis defenſionem tribus Regni Ordinibus, vt qui ſibi Sacramentum Fidei dixerát, ij & Virgini Conceptæ dicerent; iuſſis præterea eadem iuraméti Religione teneri, Omnibus Regni ciuitatibus, Conimbricenſi Academiâ præeũte. Cautũ ne quis Cathedram Conimbricenſem aſcenderet, niſi priùs defenſum iri à ſe Puritatem Immaculatæ Virginis Conceptionis iuraret. Cui ille ſe ſtipendiarium, obnoxiumque eſſe voluit, deſtinatâ Virgini Cõceptæ, quæ in Odæo Brigantinæ Villauizoſæ ſitæ Domus colitur, aureâ penſione. Hâc lege ſceptrum ad poſteros tranſmittendum. Huiuſmodi Pietatis ſpecie Authorem Regni Alphonſum referens: vt quemadmodum ab illo vectigale Clareuallenſi Virgini Regnum factum, ita ab Ioanne Villauitioſenſi obnoxium redderetur. Quare Ioánem non minùs iuris, quàm Pietatis Luſitanorum Regum hæredem habemus. Imò ipſa nos Religio, ſi nulla nos eius teneret memoria, iuris Regij admoneret. Dignam hîc ego, ex peregrino Authore Thoma Boſio clauſulam apponam, eaque hanc de Regum Pietate ratiocinationem aptè concludam. *Plerique*, inquit, *omnes iſti Portugalliæ Reges, cum tot ſæculis regnarint, omnibus Iuſtitiæ, & Religionis ornamentis, & laudibus excelluerunt.* Sanè, quâ ſum, vel mediocri eruditione, lectis omnium penè Europæ nationum Annalibus, id auſim, nec temerè affirmare, nullos hac integritate animi, hoc ſtudio Pietatis, hoc cultu Religionis aliarum gentium Reges Luſitanis Regibus præſtitiſſe: vix vllos cum ijs exactè eo comparandos: non quòd defuerint inter eos multi pares, ſed quòd non omnes eâ laude excellue-

Monarch. Luſit. Britrus.

Thom. Boſius de ſign. Eccleſ. ſign. 92.

rint : cùm nemo illa Luſitanus caruerit. Hiſpanos hîc ego, ſi Authori ſimilis eſſe vellem, propoſitis ambitionis profundiſſimæ exemplis, pudorem afferre poſſem, ſed præſtat abſtinere, nec enim alios inuito, ſed meos à calumnia vindico. Satis ſint ea, quæ iis, quos maximè Religioſos eſſe putant, Ferdinando Catholico, Carolo Quinto, & Philippo Secundo Iouius, & Guiciardinus, Boccalinus, & alii Italorum ſcriptores objecerunt. Quæque ſummus Rex Galliæ Franciſcus, in Apologetica pro ſe contra Carolum ſcripta Epiſtolâ, eleganter, ac verè commemorauit. Nunc ad priuata Ciuium exempla veniamus, & impudentis hominis audaciam refutemus.

CONFVTATIO. XX. *Pars ſecunda.*

Tantâ nos ambitione laborare putat, vt proprij cupidine Imperij, (nec enim liberi Regis dominatu eſſe volumus) à Chriſto ad Turcas deficiamus. Qui nunquam à Regibus noſtris defecimus, vt regnis & oblatis, & partis frueremur? Summâ ſciat Author, & Religionis imprimis, & Fidei in Reges curâ Luſitanis fuiſſe, nec à ſe vllum inuentum tot inter Duces, Imperatores, Proreges, qui Regnandi libidine, vel in ſuperos impium, vel in Regem ſe, infidum præſtaret. Pauca ſeligam è multis quæ poterant æquo fortaſſe iure memorari. Illud primùm animaduerto: mirum eſſe, quòd cùm Imperij Luſitanici ditio, tam latè pateat, & iiſdem quibus Sol ſpatiis terminetur: tamque remotè à Regio conſpectu verſarentur, nemo Luſitanus auſus fuerit, partem aliquam ſibi Imperij decerpere; cùm tot fuerint aliarum gentium Imperatores, qui Regna ambierint, & integra vendicare tentarint. Qui neos vel pudor, cuius è propinquo; vel Reuerentia cuius è longinquo, major eſſe vis ſolet, deterruerit. Hiſtorias tu omnes inoffenſo, qui Superos, qui Reges amas, pede, vt aiunt, decurras. Non tu hic immania illa Noui orbis Pizarrorum portenta, bellaque inde orta ciuilia, tot Ducum & copiarum ſtrage cumulata: non funeſta & violatâ Fide tetra exempla: non illa intra Hiſpaniam è Communitatum factionibus orta incendia ciuium ſanguine alta, & reſtincta inuenias: Nullius Imperatoris nutantem, dubiumque inter fidem, libidinemque imperandi, & in vtramque partem momenta pendentem animum, cuiuſmodi fuit Dauali Piſcarii, cuius ſaltem aures eo crimine calluerunt. Neminem vel leuiter hac ſuſpicione tinctum, & ob eam rem in examen vocatum, quod inſonti Magno Conſaluo accidiſſe legimus, reperias. Ne Sancium hic ego & Henricum, quorum ille Patri, & nepoti ex Fratre, hic Fratri legitime regnātibus ſceptrū immaniter extorſerunt, cruentas que Tragædias excitarunt, commemorem. Nam non modo labe, ſed ne ſuſpicione quidem Perfidiæ vnquam laborauimus. Pura ſemper, ac nitida Fides, tum in Deum, tum in Reges noſtra extitit, *& albo velata Panno.* Nullius Proditoris ſanguine inquinata. Id tum multi Luſitani, tum externi non pauci, tum Caſtellani quidam memoria mandarunt. Tres eligo, quorum teſtimonio rem confirmem. Vnus ſit Luſitanus, ſed incorruptæ Fidei Ioannes Barrius. *Aliis quidem gentibus Fides, ſed ea aliunde inſita: Luſitanis omnino ingenita. Itaque iis omnes*

Paul. Iouius. Guicciard. Illeſcas. Iouius in eius vita & Hiſtoriis.

Horatius.

Barr. D. 4. l. 6.

Bos de Sign. Eccl. l. 8. c. 1. & lib. 10. Sig 90. c. 9. n. 11 *aliæ nationes cedunt.* Alter Boſius: *Catholicis hoc Luſitanis ab orbis exordio diuinitus conceſſum eſt, vt nunquam Reges ſuos communi decreto conſtitutos, armis petierint.*

Saauedra. Empreſ. Polis 36. Tertius Saauedra. *Incredibili Reges ſuos amore Luſitani perſequuntur, nunquam aut eos diſtricto gladio, aut conuitio impetierunt. Quòd ſi vnum alteri contigit præponere, id eo fuit, quòd cum ambo Luſitani eſſent, poſtpoſitus Regnum libidini poſtponebat.*

Quare, quòd ait Author, Luſitanos ne Imperio Caſtellano ſubiacerent, omnia tentaturos, ipſum argumento eſt, legitimos Reges Caſtellæ non eſſe, nec vnquam antea fuiſſe. Si enim iuſti & legitimi hæredes eſſent, iis profectò Luſitani paruiſſent. Quin id animaduerti maximè oportet, Luſitanos nunquam iuſtum & legitimum Caſtellanorum in ſe ius dominandi agnouiſſe: atque adeo ſemper eos, qui iis adhærerent, perfidiæ appellaſſe. Ita vt Luſitana fides Luſitano iuri reſponderet, Caſtellano reſiſteret. Quare cum de Regno diſceptatum inter Caſtellanum, Luſitanumque, qui partium Caſtellæ erant, Proditores, qui Luſitaniæ, Ciues dici ſolebant. Quod iam olim Ioanne Primo Caſtellæ, cùm Ioanne Primo Luſitaniæ de ſceptro Luſitano contendentibus hiſtorici obſeruarunt.

Ludouicus Camonius. Et acutè notauit Princeps Carminum Camonius, cuius illa ſpectata, nec admodum quibuſdam perſpecta ſententia.

Dizeilhe que tambem dos Portugueſes.
Alguns tredores ouue algumas veſes.

id eſt, *Dicite nonnullos Luſi de ſanguine læſo*
Numine, perfidiæ ſcelus admiſiſſe nefandum.

Quippe qui inſectatur eos qui in caſtris Caſtellanis erant, & aduerſus Ioannem, P[illegible] iamque pugnabant: quos idcirco Sertorio, Coriolano, Catilinæ comparat: quia quemadmodum hi contra Patriam arma ſumpſerant, ita & illi armis Patriam oppugnabant. Illud etiam Poëtæ Luſitani fidem commendat, quod nihil inter Sertorium, Coriolanum, & Catilinam diſtinguat, omnes que apud inferos perfidiæ pœnas dare affirmet, cùm tamen multùm Catilina ſit à duobus diſſimilis, quòd hi iniuriis irritati ſpecioſiùs arma in patriam ſumpſerint, ille libidine ac furore ruinam Patriæ impiè molitus fuerit. Tam enim puram apud ſe Fidei ideam formauerant, vt nihil intereſſe putaret, iure ne, an iniuria quis Patriam oppugnaret, cùm nulla omnino ratione eſſet Patria oppugnanda: atque adeo aut nulla cuiquam à Patria inferri iniuria poſſet, aut ſi poſſet, ea non eſſet armis repetenda, ſed omnino Patriæ condonanda. Nec obieceris: cùm Philippo Secundo Regnum ſe dedidit, aut omnes Proditores fuiſſe, aut eius ad regnandum legitimum fuiſſe. Nam illam Philippus obedientiam vi extorſit, expreſſit armis ab inuitis, quod à voluntariis obtinere non potuit, iugum impoſitum, non imperium acceptum. Colla ſubacta, non corda. Tempori, non viro ceſſerunt. Monitus Philippus à Chriſtophoro Moura perito Politices, gnaroque Luſitanicæ indolis viro, *Ne ſæuiret in Luſitanos, quos ferrum irritaret potius, quàm frangeret, ſed eos metu contineret, nam mentes deterrere, corda certè trahere non poſſe, quæ à Caſtellanis erant aliena.* Id que euentus recens monſtrauit, ex-

Faria P. 4. c. 19. Epitome.

cuſſo iugo, acceptâ libertate; cordibus ad Brigantinam Domum, vbi erat ius Regium, & Amor reſeruatus, & ſuo erupturus tempore, redeuntibus. De quibus vel hoſtis Caramuel negat ad Philippos inclinari potuiſſe. Ita Luſitanorum corpora, quæ vi tracta imperio ſeruiebant Caſtellana: Animi, qui Amore ducti, in arce libertatis manebant Luſitani. Itaque truncus, & Cadauer Regni, erat in Philipporum poteſtate; mens, Animuſque apud Brigantinos Principes viuebat. Reuixit integra Luſitania, cùm ſe reddidit Ioanni Luſitano. Quæ in huiuſmodi corpus membra non tedeunt, ea ſunt à fide aliena, & Perfidiæ mancipata. Caram. in Philippo Demonſtr.

His, quæ oportuit, animaduerſis: hoſtis calumniis propiùs occurramus. *Turcas, ait, nos futuros citiùs quàm Caſtellanis pareamus.* Retorqueo. Tanta nobis eſt Religionis, & Fidei vis; vt ne in Caſtellanos quidem, qui nos Turcis obiiciunt, vt deleant, Turcas inuadere ſinamus. Afferam, cuius pudeat, exemplum appoſitū. Alphonſo Quinto Luſitaniæ Rege bellūm cum Ferdinando Catholico gerente, Septa præcipua Mauritaniæ Arx, à Pœnis obſeſſa, captâ Caſtellani occaſione, eandem obſidione cinxerunt. Ita diuiſis copiis ſub inde vrbs expugnari cæpta, media inter vtroſque Caſtellanos Mauroſque. Impigrè reſiſtēte Duce Rodericio Mēdez Riberio, Mauri, de expugnatione deſperantes, in Caſtellanos, qui in acie erant, arma conuertere ſtatuerūt, rati ſatis ſibi fore, ſi quòd ſæuire in noſtros non poſſent, in Chriſtianos ſæuirent. Pronum hoc ſibi per Ducem Luſitanum fore putarunt, quòd ab hoſte Caſtellano vrgeretur. Itaque propoſitum illi, vt liceret per ipſum, aut à ſe Caſtellanos, aut coniunctis ſecum viribus ab vtriſque debellari. Ita ſe obſidionem ſoluturos. Quin, ſi noſtri Caſtellani eſſent, id contra nos imputarent, non dubita. Noſtris id permittere Religio fuit. Itaque obſideri cum periculo fortunatum, ac vitæ, quàm cum iniuria Chriſtiani nominis deleri hoſtem Catholicum maluerunt. Norit Author quàm propè à Turcis Caſtellani, qui cum iis arma coniunxerant, vt nos expugnarent; quàm procùl Luſitani à Turcis, qui ne ab iis Caſtellani delerentur, ſuo cum præſenti diſcrimine, obſtiterunt. Pupillam oculi tangit, qui Religioni Luſitanæ ſcrupulum obiicit. Eam illi ſemper Fortunis, Imperio, vitæ antepoſuerunt. Satis de Regibus; ad alios digredi oportet. Nec ego hîc Martyrum Cathalogum texam. Sacratior hic eſt, quàm in rem Politicam veniat titulus. Pauca, quæque rei hæreant, delecta referam. Chron Regis Alphonſi V. Mariſus. Dial. 4. c. 9. Soza Maced. c. 15. n. 1.

Infans Ferdinandus apud Tingim captus, præs, & obſes copiarum eſſe voluit, pactâ interim vrbe Septâ Arce Catholicâ, ea lege, vt ſi rediret in Maurorum poteſtatem, libertati Infans redderetur. Cùm verò reſtitutâ Mauris ciuitate fidem petic litari opus eſſet, ab iiſque omnes aliæ conditiones reiicerentur, diu in Regio Senatu deliberatum, quid agendum in tanta rerum anguſtiâ foret. Ac pleriſque eò inclinantibus vt Infantis libertati conſuleretur, ipſe contra ſe pro Chriſtianæ Reipublicæ ſalute iudicauit: maluitque in ergaſtulo inter ærumnas, & tormenta mori, quam Religioni periculum creare. Luſitanicæ Fidei gloriam, clariſſimo exitu, qui virtutis militaris viuus auxerat in cœlum extulit, Heros Vaſconcel. Pina. Mariſus. Faria. Souſa. Couto.

illuſtriſſimus Chriſtophorus à Gama Orientalis Iaſonis Vaſci à Gama
Faria. filius,acceptam à Parente explorati Auroræ Thalami laudem effuſo ro-
ſeo ſanguine ornaturus. Hic eximio ætatis Flore, ſed collecto victoria-
Vaſconcle. rum vltra ætatem fructu, à Fratre Indiarum tum Prorege Stephano
Gama, Æthiopico Imperatori Claudio Chriſtianam fidem Ritu Græco
profitenti quòd ſpes erat fore, vt Romanam amplecteretur, auxilio miſ-
Souſa. ſus, cùm Mauros hoſtes bis victor fregiſſet, tertio ab iis prælio captus,
Religioni Catholicæ teſtimonium reddidit. Ductus ad Gradametum Re-
gem Maurorum, cuius copias, & victor anteà profligarat, & tum victus
Ex Epiſtol. attriuerat, admiratione ſuæ illum & virtutis, & famæ, & formæ imple-
Patr. Soietat. uit. Igitur hic odio depoſito trahere iuuenem in ſuas & Mahometis par-
tes ſtuduit. Illecebris, lenociniis, connubio Regiæ feminæ propoſito pri-
mùm pellicere, mox diuitiis, opibuſque ineſcare: demum factâ poten-
tiæ, & imperij ſpe oppugnare. Erecto ſemper & animo, & vultu, Ga-
mæ ſimilis, Chriſtophorus iuſti tenax propoſiti ſtetit. Quin vbi vidit
vlterius Gradametum perſuadendo tendere, ſeueris eum verbis incre-
puit. Summa fuit. *Pudori ſibi eſſe hac de re tentari; præſtare mortem pati, quàm
illa audire; eo ſe ſanguine genitum, vt nihil turpè: eâ Religione, vt nihil impium
committere debeat: non à ſuo ſe Rege ad alienum, à Chriſto multo minus ad Mahome-
tam defecturum.* Quo reſpóſo Barbarus Rex irritatus diſtinctú acinacé to-
tis viribus in collú deiecit. E capite in terrá ex ictu prolapſo ſalientis aquæ
Fons ebulliit, feruore ſanguinis: qué viſa eſt tellus, cum reciperet, aquis
cópenſare. En Luſitani, non vt imperent Turcis aggregantur, ſed ne apud
Turcas imperent, vitam profundunt, & inter Martyres recenſentur.

Non fumum è luce, ſed lucem è fumo bombardarum, quâ Luſita-
num nomen illuſtrauit Tormentarius quidam Magiſter Malacæ dedit.
Soſa in Excel. In hoſtium illé manus inciderat, qui quòd artis peritiſſimum ſuo malo
ſenſerant, magnis ſtipendiis inuitarunt, vt eam in Luſitanos conuerte-
Barr. ret; nec defuit pugnæ occaſio, in qua cùm eius opera vti vellent, ac il-
le conſtanter negaſſet in Catholicos pilas emiſſurum, ſuper ipſa, quam
compellebant explodere, Bombarda immaniter trucidarunt. Non
hic opinor ad Barbaros aut Turcas imperandi ductus libidine deſciuiſſet.
Eiuſdem ſtudij, ſed clarioris eſt operæ, ſequens exemplum. In prima
illa Dienſi obſidione, vbi virtutis miracula Duce Antonio Sylueria à no-
Barrius. ſtris Luſitanis edita, illud etiam Religioſæ fortitudinis facinus patratum.
Oppugnato ſummá vi ac demum occupato à Turcis, quodam Arcis no-
Couto. ſtræ Propugnaculo, ſeptem ægrè milites euaſere. Ij conſtipati ceſſerant,
nec recedebant. Ecce tibi alacres Turcæ, & capto Propugnaculo glo-
rioſi, vexillo noſtro, quod Crucem præferebat, deiecto, ſuum in eius lo-
cum inferunt, & magnis clamoribus attollunt. Indignum ſeptem Lu-
ſitani facinus iniquiſſimè ferentes, exarſerunt ſtudio iniuriæ Cruci illatæ
Maris. vlciſcendæ. Duce Ioanne Pirezio qui omnes ætate anteibat, repentè exi-
liunt, & illato gradu hoſtes remouent; vexillum Turcicum deiiciunt,
Chriſtianum reponunt. Stupere primùm Turcæ, & ex impetu, ac euen-
tu maiorem militum manum eſſe putantes, cedere, terga dare, & locum
prorſus nudatum relinquere, mox in ſe reuerſi, vt viderunt hoſtium

paucitatem,

paucitatem, refectis animis, viribuſque in eos irruunt, & multitudine obrutos fugant, Cruce auulſâ, Lunam inſerunt. Nec iam de victoria inter ſe, ſed de Religione certare. Hoc Luſitani acrius inflammati rurſum egreſſi Crucem reſtituunt. Quater hinc inde vexilla extracta, & impoſita. Donec à tanta multitudine oppreſſi noſtri, vnus poſt alium confecti vulneribus cecidere. Tum & Crux ſolo prolapſa inter cadauera iacuit, ac vti ſteterat eorum beneficio, in eorum gratiam cadentium procubuit. Iacta paulò pôſt in ſubiectum mare corpora, cum æſtu recedente in pelagus retrahi debuiſſent, contra vim reſorbentium fluctuum, aduerſo æſtu illata, & in æſtuarium recepta: molli flexu ad littus Arci noſtræ proximum, ſunt expoſita. Inde manibus ſuorum reuerenter accepta, victoriæ ſecum futuræ pignora attulerunt. Siſte hîc mihi quæſo Authorem, & roga. Vtrum ad Turcas defecturi viui eſſent, qui ne mortui quidem ad eos accedere voluerunt. Sed abſtinere hîc, ac ſtylum continere oportet, ne apud Indos patrata aduocemus. Quæ ſuo loco reſeruamus. Nunc aliquot Fidei erga Reges & Patriam exempla proponamus. Difficiliùs hic erit pauca, quòd delectu eſt, vbi multa delecta, opus; quàm multa commemorare.

Maffeius. Couto. Barrius.

CONFVTATIO. XIX.

Pars tertia.

PRimùm eſto Antiquius & heroïci tẽporis. Alphonſo V. Caſtellæ Rege Bermudi filio magnis iniuriis laceſſitus Comes Froyla Vermuzius contra eius Purpuratos arma ſumpſerat, eos que acie vicerat. Quare atrociore in eum odio ſtimulati fictis criminibus Regi Alphonſo ſuſpectum reddiderunt. Ille non rebellandi conſilio, ſed ſe tuendi copias armauit. Paulò pôſt quid moliretur apparuit: nam cum Rex Ouiedum vrbem à Mauris occupatam, recipere vellet, eique exercitum admouiſſet, Froyla Regii periculi monitus, ſuas eò continuo copias duxit. Timuerunt ſibi à nouo hoſte Calumniatores, qui Regi aderant, & qui perſuadere voluerant Froylam eo animo aduentare, vt à tergo Regias copias adoriretur; eoque nomine in inuidiam vocarunt. Verùm Rex calũnias prudenti reſponſo diſcuſſit. N*on eum eſſe ducem Froylam dictitans, qui à tergo proditoris more hoſtem inuaderet.* Diuinaſſe Regem euentus probauit. Froyla coniunctis ſuis cum Rege copiis vrbem oppugnauit, nec deſtitit donec vi cepit, & Regi tradidit; relato inde Fidei præmio quòd oculos eo in certamine amiſit, profeſſus cariorem ſibi oculis fidei gloriam fuiſſe: ac in poſterum pro oculis fidem fore. Alterum par, vel aliquantò Superior Heros Rodericus Froiazius Comes exhibet. Is Garciæ Luſitaniæ Regi, contra Sancium Caſtellæ aderat: & victis ad Collimbriá hoſtiũ copiis, Regem Garciam Scalabim vſque comitatus, ibi rurſus cum Sancio fratrẽ pertinaciter inſectãte, paruâ admodũ ſed Luſitana manu vix obductis quæ multa acceperat, vulneribus, pugnare cogitur. Aderát vtriq;

Brittus. Faria. Iidem Auth.

Reges: nũquam acrius dimicatũ. Sed Froiacio ſe magna vi per hoſtiũ cuneos inferente, Regium Caſtellanorum vexillum deiectum, Rex Sancius ſtrenuè reſiſtens, in Froiacii poteſtatem venit. Qui cùm deficere ſe omninò exhauſto per vetera recrudeſcentia, & per noua illata vulnera ſanguine, ſentiret; vt ante mortem ſuprema Fidei officia redderet; Garziam Regem appellari iuſſit, & Sancio in manus tradito ter rogauit, an in Poteſtate haberet? & accepto à Garcia reſponſo, & habere, & non niſi à Froiazio habere. *Benè eſt*, inquit, *lætus morior, quòd te victoriæ compotem relinquo.* Deinde ſuper ſcutum ſe projiciens, galeâ capiti ſuppoſitâ, gladio retento, ſpirante martium quiddam vultu, & vltimo per oſculum Capulo in Crucis modum conformato halitu reddito, glorioſè occubuit.

Souſa macęd.

Nec his poſteriora exempla ceſſerunt. Araducæ Rex Alphonſus Henricius multarum iam in tenerâ ætate, Palmarum Imperator, à Caſtellæ Rege patruele ſuo, quem aciè paulò ante vicerat, arctiſſima obſidione tenebatur. Regis ſui vicem doluit Egas Moniſius, ac vt obſidionem ſolueret, nodo ſe Pactionis, Regis alumni nomine, ſed inhoneſto tamen obſtrinxit, recipiens Alphonſum pactis ſtaturum. Is liberatus, & fœderis inſcius datam ab Ega fidem præſtare noluit. Ergo, dependendum Moniſio, in quo Rex defecerat. Ratus ſuam vnius vitam Fidei pretium non æquare, vxoris, & liberorum addere voluit. Illos omnes ſecum Toletum ducit, & coram Caſtellæ Rege reum ſe cum comitatu, reſtibus in collum inductis ſiſtit: & fidei victimam profitetur. Si valeat crimen Sanguine penſari. Sed quem aſpectus ille non moueret? Indoluit Rex ſpectaculo, & noxam leuioris perfidiæ, maximæ fidei condonauit. Quàm in Regem ſuum fidus, qui vel perfidiâ illi profecit!

Æduardus Nonnius. Britt. Brandan. Faria. Maris. Mariana.

Duo illa Sancij II. Regis tempore celebrata fidei miracula, piaculum eſſet ſilentio præterire. Eo Regno exacto, & Toletũ compulſo, Alphonſus Comes Bononiæ Regnum ſuſcepit. Obſtinatæ in Sanciũ fidei, quòd ei Sacramentum receptis Arcibus dixerant, Præfecti duo litare periculo ſuo maluerunt. Alter Cerolicenſis, Alter Conimbricenſis Præpoſitus. In Cerolicenſem priùs Alphonſus mouit. Obſedit, nec expugnauit muniţiſſimam in paucis Arcem, naturâ, ſitu, arte, addito Præſidij inuicti robore inexpugnabilem. Spe capiundæ per vim, Præfectus, omnino deiecit, vir ſummæ cùm virtutis, tum fidei Ferdinandus Paciecus. Morâ frangere lentæ obſidionis conſtantiam Ducis, & fame præſidiariorum animos debilitare Rex ſtatuit. Diu obſidio tenuit. Diuturnitas penuriam, penuria famem attulit. Propè periculo Dux erat, cùm ſemel coronam muri obambulans, & in ſubiectum fluuium, qui muros præterfluuit, Mondam oculos conjiciens, vidit Aquilam arrepto ac ſuſpenſo vnguibus piſce in Arcem deſtinato volatu venienté: mox cùm ſuperaſtitiſſet, remiſſo vnguium nexu piſcem demiſiſſe: ac inde celerrimè aufugiſſe. Nouitate rei attonitus, piſcem inquiri iuſſit. Recognouit delicatiſſimum, & ad cupedias natum, ex illis qui Saxites, ſeu Truttæ appellantur. Caſu in conſilium verſo, munus Regi obſidenti adornat, &

Monarch. Luſitana. Vaſconcel. Faria.

Mariſius.

adiecto Pane, qui forte ſupererat, filiolo ſuo tradit cum mandatis deferendum. Summa erat: Regi ſe benè velle: monere ne tempus fruſtra, & vires terat: ſibi ſatis nòn ad neceſſitatem modo, ſed ad voluptatem fore, id ex munere oblato perſpectum. Perauſit Regi, continuò obſidione ſolutâ Conimbricam conceſſit.

Conimbricæ nouum conſtantis fidei miraculum reperit. Arcem Regni Primariam Martino Freitæ Rex Sancius, viro impigro commendarat. Datâ hic fide receperat, cópararat ſe ad obſidionem. Hanc quod diuturnam eſſe putabat, commeatuum vim magnam in Arcem intulit. Nec opinio fefellit. Adeſt Alphonſus, vrget, & vbi nihil apertâ vi proficere ſenſit, lentè obſidet, nec aut fefellit prouidum: aut fregit conſtantem. Interim mortuum Toleti Sancium fama ſparſit. Ea vſus Alphonſus ſuadet deditionem. Sacramétum morte Regis ſolutum dictitans. Sed Freitæ ſacratior fides. Renunciat: vanis famæ rumoribus minus ſe fidere. Ergo Toletum abit. Comperto Sancium deceſſiſſe: adit ſepultum: ſarcophago aperto: cadauere recognito, Claues vrbis quas gerebat eius manibus tradit. *Quas à te viuo mi Rex*, inquit, *Claues dicto tibi Sacramento accepi, mortuo dolens reddo. A quo iterum recipio, & me fide exoluo. Vtinam vti mortuo fidem, ita & vitam præſtare poſſem. Nec ego, deinceps aut è meis quiſquam Præfecturam illius Arcis geret: nedum mutamus Dominos, mutare fidem videamur.* Redditis lacrymis Conimbricam rediit. Alphonſo expectanti claues tradidit. Is miratus fidem, habere iuſſit, ille conſtanter renuit. Nec paſſus eſt quenquam ſuorum vti receperat, accipere. Primus vltrà mortem fidus fidem hęreditariam fecit. Lege poſteris impoſitâ: ne quis Præfecturam à Rege acciperet, quos cum mortales naturâ ediderit, fidem quoque in illos mutabilem reddiderit, quæ æterna eſſe deberet. Faria. Mariana. Macedo. Monarch. Luſit.

Non impar in Africa ſpecimen Fidei ſummus Imperator, Author clariſſimæ domus Tarouquenſium Comitum, Comes ipſe Viannæ Eduardus Meneſius præbuit. Nam Alphonſo Quinto Rege longiùs quàm par erat in Maurorum fines è Septa vrbe excurrente, ac circum ſe vndique Mauris Equitibus fundentibus penè circumuento: ille in extremis pugnans impetum hoſtium ſuſtinuit, ac vt ne ad Regem perueniret, oppoſitu ſuo effecit, cumque ingruentem nouo copiarum auctu multitudinem arcere vix poſſet, Regem adiit, & vt ſibi conſuleret, monuit: iret porrò, gradum contenderet; ſeque eriperet. Id vt liceret, Mauris ſe obiecit, & tanta vi impulit, vt turbaret attonitos virtutis miraculo. Et quidem quantum ſatis fuit ad locandum in tuto Regem vixit, nam vix dum ille euaſerat, cùm Eduardus feſſus magis, quàm victus moribundus in arma procubuit. Animus cum fide redditus cadauer fidei hæres reliquit. Nam ipſum diu obex, & mora mirantibus fuit, in idque ita ſæuitum, vt minutatim diſcerptum perierit, ſolo digito ad ſepulchrum poſteà reperto. Ille ſuperfuit, vt tantę virtutis index maneret. Scalabi apud D. Franciſci ſeruatur. Hiſt. Alph. V. c. 35. Auguſt. Emman. in vit. Eduard.

Egregie Fidei reſpondit Fariatum familia nobiliſſima. Captus à Caſtellanis in prælio Nonnius Gonzalus à Faria Arcis nominis ſui Prefectus: Reliquerat vicarium, ſui filium. Illum quò ad dedendam Arcem cópellerent Eduard. Non. D. Leon. in vit. Ferdinan.

Anton. Souſa Maced. c. 14.

Parentem muris vinctū applicuerunt. Eò ſe Nonnius duci iuſſerat, de filio quòd adoleſcens erat, ne traderet ſolicitus: ſimulans velle ſe deditionem ei ſuadere. Aliud moliebatur Luſitani nominis memor. Id que re præſtitit. Nam cùm filium coram adeſſe iuſſiſſet. *Ea tibi ſides*, inquit, *ſeruanda, pro qua mihi ſtatim ſubeunda mors eſt. Quem tibi viuus Arcem tradideram, moriens teſtamento lego. Tu ne trade tui meique memor. Ego ſanguine lito Fidei, vt tu Religioſè colas. Turpe erit Paternam Arcem tradere manibus parricidarum.* Hæc dicentem Caſtellani hoſtes interfecerunt: & nouum nobis in Faria Regulum, nouum Guzmanium reliquerunt.

Didac. de Couto. D. 6. l. 6. c. 4. Corte Real. in 1. obſid. Dien. Souſa l. 14. n. 8. Excel. 3.

Illuſtre documentum è Correarum illuſtri ſanguine Antonius dedit. In ſecunda Dienſi obſidione ſtrenuè pugnans in Maurorum manus deuenit. Hi cum ex eo ſcire cuperent, quid in Arce apud noſtros agere tur, in quo ſtatu res eſſent vt in ſuos vſus dicta conuerterent. Nihil ille omnino prodere voluit: ne fidem contemeraret, neuè ſuis noceret. Itaque ſilentium morte dependit, quod viuus mortuum ſe tacendo reddiderat: nec enim ab eo plusquàm à cadauere interrogando elicuerunt.

Anton. Souſ. Fr. Anton Roman. Eduard non. in Deſcrip. Afric.

Ac vti vno exemplo multa includamus. Ecquis ignorat Sebaſtiano Rege Africam meditante, quicumque ei ſe ſocios addiderunt, certæ ſe morri deuouiſſe? Quam tamen nemo eſt, quòd Rex præibat, deprecatus. Quod ſi qui reſtiterunt ij non ſuo damno, ſed Regis & Reipublicæ Luſitanæ commoti reſtiterunt. Puderet vitæ, Rege ad mortem eunte, quam fides amabilem, honeſtamque reddebat. Non enim quî viuant, Luſitani, ſed quàm honeſtè viuant attendunt.

Ioan. Barr. D 4 l 9 c. 20. Andr. l. 3. c. 36. Maffeus l. 10. Souſa in Excellent c 9. Epiſt. 7. n. 10.

- Coronidem non alius huic capiti, quàm Antonius Galuanus, vir in paucis memorabilis, de quo ſe Luſitania alumno gloriari poſſit, repudiatâ coronâ imponat. Nullum aptius ad redarguendum Authorem, ambitionem noſtram criminantem exemplum. Ternatenſibus apud Molucas in factiones diuiſis, aliis Cachili Aeirio, aliis Tabariiæ Regnum illud pro ſtudio partium deferentibus, cum in apertum bellum eruptura eſſet diſcordia, Primores deliberarunt: de Regno Antonio Galuano Luſitanicæ Arcis Præfecto tribuendo: vt is arbitrii ſui faceret: ſin Rex eſſe nollet, ſaltē Regnum vice Regis adminiſtraret. At ille ſummę fidei ac Integritatis vir, & ab ſtudio ambitionis maximè alienus oblatum imperium recuſauit. Imo iis perſuaſit, vt Regem Cachilum Aerium reciperent, ne qua iis occaſio, ſi Tabariiam abſentem ſalutarent, ſui rurſum tentandi daretur. Admirantibus, inquit Ioannes Barrius, Mauris, hominis continentiam, cuius animus tam à cupiditate procul aberat, vt quod negatum ſummo pere expetunt alii, ille oblatum recuſaret. Dum hoc Author ſeriò expendit, & ſecum apud Indos Pizarrorum & Caruaialium & Almagrorum memoriam refricat; clauſulam appono ſententiâ idonei Authoris Patriarchæ Æthiopiæ D. Alphonſi Mendeſii omnis litteraturæ viri, quam in oratione coram Rege Philippo Tertio habita Eboræ ſacrarū litterarū Profeſſor hiſce verbis expreſſit. *Fidei in Deum pediſequa eſt fides erga Regem, quæ ſic eluxit ſemper in Luſitanis, vt nihil ſuprà poſſit excogitari, Pro tempore ſufficiat illud præconium Belgici hominis, ſed Salmanticenſis Profeſſoris, & diligentiſ-*

D. Alphons. Mend. Patriar. Æthiop. in orat. ad Philip. Reg. apud P. Vaſconcel.

ſimi Chronicôn Hiſpanorum contextoris. Quanam gens, inquit, toto reperietur orbe Regi ſuo obſequētior, quàm Hiſpani, quos cùm quotidie Reges ſui in remotiſsimas regiones, & alio, vt ille ait, ſole calentes ad expugnandos barbaros mittant, eâ accinguntur alacritate, quaſi ſine puluere & ſanguine rem eſſent domi geſturi. Cuius rei meo quidem iudicio, meritò palmariam ſibi laudem vindicant Luſitani, adeò Regi ſuo deditі, quaſi ex vnius vita, vita penderet omnium. Hi fuiſtis, hi credebamini Luſitani, neque vnquam hæc opinio de vobis apud exteros obſoleuit. Sed qui vtramque Indiam conferat, is ſanè cum ſæpè à Caſtellanis ambitione peccatum inueniat: noſtram omnem huiuſmodi laudē eſſe fateatur. Atq; adeò rectè, Camonium Poëtam Principem ceciniſſe iudicabit: ſic enim ille Iaſonis Luſitani, Vaſquij à Gama, viri omnino Palmarij ore

Cres tu que ſe eſte noſſo aiuntamento
De ſolda dos nam fora Luſitano
Que durara elle tanto obediente
Por ventura aſeu Reyea ſeu Regente?
Cres tu que ia nam foram leuantados
Contra ſeu Capitam ſe os reſiſtira.
Fazendoſe Piratas obrigados
Da deſeſpera, ſam, da Fome, da ira,
Grandemente por certo eſtam prouados
Pois que nenhum trabalho grande os tira
Daquella Portugueſa alta excellencia
De lealdade firme è obediencia.

Ludouic. Cam. Cant. 5. Oct. 71. & 72.

Quæ ita ego reddiderim:

Non alijs tam certa Fides. Ni Lyſia genti
Corda forent, minor obſequii reuerentia, Regis
Cura minor. Dux Imperii ſi frena teneret
Arctiùs, & rigidis in vota obſtaret habenis,
Eximeret ſe irata iugo: maria omnia claſſe
Cingeret infeſtâ; faceretque cruenta rapinam:
Victa labore, fame, ſtimulante cupidinis igne.
Eſt Lyſiis innata Fides: non mole laborum
*Frangitur, haud vllis cedit ſuperata pericli*s,
Fluxa nec aduerſis, nec debilitata ſecundis.

CONFVTATIONIS XX.

Pars tertia ad illa verba.

FAlluntur opinione. Luſitani non Religione, ſed auri cupiditate fecerunt. Qui ibi animarum prouentus extiterunt, ij paucorum, id eſt, Religioſorum hominum operâ collecti: cæteris interim in diripendis, expilandiſque vrbibus, & regnis occupatis.

PRoximè Ambitioſos Luſitanos dixerat, nunc Auaros. Ambitione ductos Religionem Imperio poſthabuiſſe affirmarat: nūc cupiditate

illectos opes Fidei antepoſuiſſe affirmat. Capitale eſt, quod quatuor hiſce capitibus continetur. Fidei apud Indos propagandæ ſtudiũ, quo maximè Luſitani excelluerunt; cupiditate infamat. Apoſtolorum munus Iudaicæ crumenæ addicit. Calumniæ illud debemus: quòd occaſionem præbet veritatis vindicandæ. Quæ quòd latiſſimè patet, eius ſunt argumenta diuidenda. Ad primum caput. Finem Regum noſtrorum ſanctum & pium, ac omnino, à Religionis ſtudio, non à cupiditate profectum. Adeundem ſcopum Proreges & Imperatores noſtros Imperando adminiſtrandoque Rempubl. præclaris adductis exemplis collimaſſe probabimus. Ad ſecundum. Liberos ab auaritiâ noſtrorum animos fuiſſe, & veræ laudis, quæ tum ex Pietate, tum virtute petitur amantes, multa vbique monumenta teliquiſſe monſtrabimus. Ad tertium. Miſſa per Euangelicæ Prædicationis campos ſtyli falce ſegetes metemus: fructuſque ex operarum labore collectos palàm omnino faciemus. Tandem ad quartum. Quo Authori oculi doleant, quàm diſſimiles Caſtellani fuerint Luſitanis, in ſuis ad Indos expeditionibus: adductis, ſuperbiæ, cupiditatis, libidinis Caſtellanicæ, ex eorummet hiſtorijs depromptis exemplis, latè oſtendemus: adeò vt nos Author, ad ſuorum imaginem formaſſe, ac è ſuo æſtimaſſe ingenio, moribuſque videatur. Agè verò ab illo incipiamus.

Vana opinion. *Falluntur opinione.*

CAPVT PRIMVM.

In Epiſtol. O Calumniam! ô impudentiam! ô effrontem audaciam! verè Tullius: *Qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, eum oportet eſſe gnauiter impudentem.* Improbum os; quòd iſta effurijt. Vanam opinionem appellat homo vaniſſimus, cui vniuerſus orbis momentum addidit. Vt ſit ventoſiſſimè Hiſpanus, non poterit ventorum omnium collecto flatu, hanc, quam appellat vanitatem, diſſipare: nemo certè Author eſt Luſitanus Italus, Gallus, Belga, Germanus, imo & Hiſpanus, vno verbo externus, qui Luſitanorum Religioni calculum non adjiciat; vt aceruus hinc Mercurialis exiſtat. Vnus neſcio quo è gurguſtio Caſtellanus prodijt, qui inficiaretur, & vanitatem, quæ maximè veritas eſt diceret. Nolo ciues meos, quos ſuſpectos putet, numerare. Quamquam qui ſuſpecti eſſe poſſint, cùm ſuæ quibuſque gentis authoribus, dum propria referunt, ſit credendum. Sin neque Græcis, neque Romanis, imò ne Hiſpanis quidem ſcriptoribus, de ſuis ſcribentibus fides habenda. Obijcerem ego Barrios, Goezios, Andradios, Coutos, Oſorios, Vaſconcelios, Freitas, Ferreiras, Liſboas, Souſas, Mariſios, Farias, Lucenas, Guerreiros, Tellios, Reſendios, Pintos, & pleroſque alios ſummæ fidei Luſitanos Authores, quibus propoſitum fuit: Religionem, ac Pietatem cum Propagandæ Fidei ſtudio coniunctam Luſitanæ gentis, aut ex integro, aut ex parte ſcribere, & clariſſima illius exempla commemorare. Nam quibus ea, quæſo, notiora, quàm ijs qui ſuorum geſta ciuium noſſe debebant, & apud quos ea pattata, quæ tradebant? Prætereo tamen hoſce, ne ſuſpicionis ab

Authore infeſto appellentur. Num fidem abroget Boſijs, Maffæijs, Orlandinis, Turſellinis, Genebrardis, Sacchinis, Spondanis, Iouijs, Boteris, Trigautijs, Vvitflietis, aliiſque quamplurimis externis ſcriptoribus, qui hoc ipſum, quod Luſitani, memoriæ prodiderunt? & hanc propriam gentis Luſitanæ laudem eſſe dixerunt? Euangelium diſſeminare, Fidem propagare, ſuperſtitionem abolere, Crucis vexillum in barbararum faſtigijs turriũ collocare. Sed nolo niſi ſuos illi Caſtellanos objicere. Quid ijs faciet, cum illuſtre omnes de Religione, ac Pietare noſtrâ teſtimonium reddiderint? Imo, ex ijs quidam illam ſic extollant, vt nemo Luſitanus altiùs exaggeret. Itaque Ribadeneiræ, Romano, Herreræ, Auilæ, Marianæ, Guzmanno, Carauaialio, Herreræ, Maderæ, Caramuelio, & non paucis alijs, diem dicat; quòd tam luculenter de rebus à nobis piè, ac Religiosè, & in Africa, & in Indiâ, geſtis ſcripſerint. Sanè, opinor, veritatis dicendæ ſtudio hanc Prouinciam ſuſceperunt. An mentiuntur? Sed cur ego parcè? Sunt qui huic noſtræ gentis Religioni, & dilatandæ Fidei ſtudio, non pauca ſacræ Scripturæ teſtimonia ſuffragari exiſtiment, vt Luſitana Pietas, non modo publicam fidem, ſed diuinam quodammodò ſibi authoritatem ſuffraganrem habeat. Locos Dauidis, Iſaiæ, Ioannis de Luſitanorum ſacris ad imbuendos Religione infidelium animos expeditionibus idoneè capiunt, explicantque Clariſſimi ſcripturam interpretes, Genebrardus, Viegas, Mendoza, Rebellus, Benedictus Fernandius, alijque complures: Quid? quòd huiuſmodi Prouinciam ſuſceptum iri à noſtris, & ab Apoſtolo Thoma, iam inde ab exordio naſcentis apud Indos Eccleſiæ prædictum; & à Chriſto Domino Crucifixo Regnum Luſitanicum Alphonſo Henrico Regum Authore tradente, confirmatum; & miraculis, & teſtimonijs certiſſimis conſtare creditur. Non inficior aliarum gentium Reges, multùm vbique pro Religione, pro Fide tuenda, & propaganda laboraſſe. Sed id mihi aſſumo, nullius gentis Reges foris apud exteras barbaras nationes, aut priùs hanc Religioſam prouinciam ſuſcepiſſe, aut puriùs geſſiſſe, aut incorruptibilius adminiſtraſſe.

Barr. Couto. Oſor. Vaſconcel. Faria. Souſa. Lucena. Auila.

Agè verò, quantò ſit in Luſitania pro Animarum ſalute ſuſcepta expeditio antiquior Caſtellanicâ exactè monſtremus. Igitur anno à Chriſto nato 1415. ab Henrico Infante Ioannis I. Filio Eduardi Regis fratre initium explorandi nouas orbis alterius plagas factum; cùm anno 1492. 77. poſt annos, auſpicijs Regum Catholicorum Chriſtophorus Columbus nauigationem ſuam inchoauerit. Tantò annorum ſpatio Luſitanica noſtra Caſtellanicam illam anteceſſit. Itaque ab eo anno 1415. ad annum 1463. quo anno Henricus Infans eſt mortuus Luſitani Atlantico Oceano ſuperato, Guineam, Ialophum, Caput Viride inuenerant: quidquid à Ganaria ad montes Leoninos Promontorio, 370. Leucarũ ſpatio emenſi Fidei vexilla in Barbaras gentes intulerant. Azorias inſuper inſulas explorarant, & Canarias à Ioanne Betancurtio Gallo inueſtigatas, & Henrico Infanti venditas Luſitanicæ ditionis fecerant: etſi hæ poſteà, ne litibus anſa cum Hiſpaniæ Regibus daretur, ijs ſunt à noſtris conceſſæ. Infantis morte, ſtudia promouendæ expeditionis apud Regem Alphon-

Ioann Barr. D. 1. l. 1. Mariſ. Faria. Souſa. Maced. Chron. Regis Eduardi.

ſum, qui alijs & bellis, & curis diſtinebatur, paulùm frixerunt, ſed non idcircò nauigatio inrerrupta: nam & Fortunatæ inſulæ magnam partem, & aurea illa Minæ ſeges, & D. Catharinæ Promotorium eo ſunt Regeinuenta, & celebrata. Cum Ioanne Secundo ſtudia reuixerunr. Itaque & terrâ noua Regna Congi, & Benij, & mari noua Promontoria Padronis, & D. Auguſtini, Luſitaniæ ditioni acceſſerunt. Deinde latiſſimè excurſum, ad illud vſque terribile tempeſtatibus, naufragijs infame, ſitu horridum, magnitudine portentoſum, viſu horribile, auditu aſperum, Tormentorum Caput, quaſi duorũ orbium limitem, magnæ totius Europæ admiratione peruentum. Cuius horrorem vt tolleret Rex Ioannes benè ominaro nomine, Bonæ Spei, Promontorium, appellauit, Eoque ſpem fecit, vlteriorem orbem illo ſuperato, quàm primùm eſſe aperiendum. Æthiopia tum & Preteiannes ſtudioſiſſimè à Ioanne conquiſiti: nec inanis labor, qui ad intimos vſque Indos terra penetrauit: & de illo Abyſſinorum Imperatore multa, ſcituque digna Europæ retulit. Huic Regi Ioanni Chriſtophorus ſe Columbus obtulit ad Occidenrales Indos aperiendos Ducem, paucis anre Regis deceſſum annis, cùm iam Orientalis Indiæ Portas tot inſulis repertis, tot portubus inuentis, tot littoribus exploratis, tot Promontorijs ſuperatis, emensâ tot à penè Africâ Luſitani pulſarent.

Nec minus alterius in Mauritaniam expeditionis authores fuerunt Luſitani: quam primi omnium tentarunt. Illam, etſi aliâ Indiam verſus, poſteriorem narrando fecerim; ea cauſa fuit quòd author his capitibus, de ea potiſſimum loqui videtur. Sed Punica Prouincia prima noſtra eſt. Omnium primi, qui minùs eramus propiores, aggreſſi Africam ſumus. Herculea illa clauſtra rupimus, & aurea illa mala decerpſimus. Eodem igitur anno quo Henricus animo expeditionem in vlteriorem Africam ceperat, Rex Ioannes I. Punicam adornauit: quam glorioſè ſuſceptam feliciter confecit Seprâ expugnatâ. Tum primùm Atlanticum mare Chriſtianæ claſſis pondus ſenſit, & inſolens nauium ſacrarũ pelagus, inhorruit & reſilijt, ſed roſtrorum acutis cuſpidibus ſtimulatũ, ſtrauit vndas, & vel ſpumas agens frenum momordit, ſed accepit. Eò minùs puduit, quòd à Luſitanis domitum, natis ad elemenrorum ferociam cohibendam. Nihil dum cogitante de Punica Prouincia, reliquâ Hiſpaniâ, iam re Luſitani expeditionem confecerant. Ita Caſtellani primi Mauros admiſerunt, vltimi excluſerunt. Luſitani qui vltimi perniciem illam ſenſerunt, primi repulerunt: & iniuriam vlti in eos impetu facto, à quibus domiti fuerant, domuerunt.

Sed iam ad illud gradum faciamus, quod Author incuſat. Ac quo animo huiuſmodi in externas gentes expeditiones ſuſcepetunt, videamus. De Punica primum agendum: Conſtat Ioannem, & eiectis Hiſpania Mauris eoſdem in Africa bello perſequi: iiſque redeundi in Hiſpaniam iter omninò præcludere voluiſſe, eumque hoſtem Fidei deſtinatum ſuos intra fines cohibere. Idque miraculo (quod ſuprà retuli) comprobatur. Nam niſi hæc ei mens iniecta diuinitùs, non eum Diua Virgo gladio ab Angelo accepto donaret, qui eſſet prauo animi ſtudio inquinãdus.

Nec

Nec ego miraculo rem perſuadere, quod negari facilè poſſit, volo, ſed ipſo Regis teſtimonio in Senatu de re illa deliberantis. *Primùm: hanc ego mihi Prouinciam non imponam, niſi priùs conſtet an grata Deo futura ſit, nec enim ex ea fructus, aut opum aut gloriæ decerptum iri volo. In hanc ſententiam ſenatusconſultum factum. Decretum è re diuina fore: atque adeo ſuſcepta expeditio*, inquit Chronicon. O purum, & alienum à cupiditate animum! quem temerè author infamat. Ignorat nempe, eumdem Regem Ioannem authorem Caſtellanis Principibus fuiſſe, vt Regnum Granatenſe è Maurorum poteſtate eriperent. Proindeque primum, eius belli poſteà moti, impulſum, Luſitanum fuiſſe. Eodem, quo Pater animo, Africanum bellum ad Tingim, Infantes Filij ſuſceperunt; quod infeliciter geſtum nepos Alphonſus Rex V. ſacratius voto, & felicius euentu reddidit. Nã cũ Hieroſolymitana expeditio, quæ viuo Calliſto impetum ceperat, eius morte elanguiſſet, arma in eam opeſque comparatas Alphonſus in Africam conuertit: & multa eaque inſignia oppida, inter quæ Tingis Vrbs præcipua Mauritaniæ Tingitanæ hoſtibus ademit, & ademptam Fidei reddidit, Punicâ illa regione Chriſtianis ſacris luſtratâ. Ter eò armatus inuaſit, ter victor in acie ſtetit, ter in patriam rediјt triumphalis. Tam ſanctè vbique bellauit, vt illud de eius bellis Paræmiæ inſtar iactaretur. *Luſitanos Dei prelia, Deum Luſitanorum prælia præliari.* Nec dubium ſit, quin quo animo ceptum, eodem ſit Punicum bellum geſtum. Certè de Infante Ferdinando Alphonſi Fratre conſtat, Pietate in Fidem motum, arma in eam regionem intuliſſe, ibique vrbem Anafem expugnaſſe. Quibus, quæ poſteà acceſſerunt, eiuſdem ſunt Religionis monumenta.

Idem Chron. 3.p.cap.6.

Ci ron. Alphonſ c. 28. Pontifice. Faria. Vaſconcel. Souſa. Macedo. Maris.

Vaſconcel.

Hiſt. Alph. Mariſius. Faria.

Ad caput redeamus. Qui norit Henricum Infantem Indicæ huius expeditionis ab Africæ littoribus Authorem, huic ſanè perſpectum fuerit ſanctum eius ac pium, in ea excogitanda propoſitum. Vir ſanè extitit à ſæcularibus curis remotus, ſeceſſus amans, deditus ſacris, in ſuperos pius, in pauperes liberalis, purus moribus, integer vitâ, quam vt ad cæleſtem normam componeret, aſtris operam dedit, illibato virginitatis flore ſeruato: re, ac opinione ſanctus. Igitur quem libido non cepit, auaritia inquinaret? Teſtimonia tamen afferamus. Igitur Ioannes Barrius grauiſſimus Indicarũ rerũ ſcriptor. *Henricus ait Patri ſuo ſuperſtes infidelium certus hoſtis, ijs quaſi par deſtinatus ob ſtudium* Fidei *Catholicæ amplificandę: ſtimulabat ingentis animi virum ipſa Chriſti militię, quàm gerebat Præfectura, vt eius nomen inter barbaras nationes dilataret*: infrà, *Deo cui placuerat gentibus in tenebris & vmbra mortis, tot annos ſedentibus lucem oriri, aditum aperiente, vt Religioſo huic Principi negatam tot ante illum Regibus propagandæ Fidei gloriam concederet. Et ſanè decuit, vt qui animo & corpore incorruptus, in eius mentem hæc de pureâ Fide amplificandâ cogitatio veniret, vt puriſſimo vaſi Chriſti nominis oleum infunderetur.* Momentum addat Petrus Maffæius, qui nihil Henrico antiquius fuiſſe ait: *quàm Rectam Religionem in omnes partes extendere.* Quin & fama eſt ei hanc explorandi ignotas regiones mentem à Deo per ſpeciem iniectam. Fidem ſanè propoſito faciunt Crucium erecta

Barr. D. 1. L. 1. cap. 2.

Maff. l. 1. Hiſt.

Oſor. Barr.

partim in Rupibus, partim inciſa truncis arborum monumenta: & illa celebris vbique inſculpta inſcriptio. *Talent de bien faire*, quæ quòd Gallica, Chriſtianiſſima eſt habenda.

Vide Boter.

Bar. D.1.l.3. cap. 11.

Atque vt omittam Alphonſum, Ioannes II. de quo paulò ante præiudicium Pietatis fecimus, eximijs ornatur laudibus, tum à Reſendio, tum à Maſſæio, tum à Barrio, cuius ego teſtimonio primùm vti volo: quod ſanè luculenriſſimum eſt. Igitur. *Tria, eaque præclara huic Regi Ioanni accepta debemus. Primùm quòd Dei gloriam mirè amplificauit. Quę enim maior afferri Supremo Numini potuit, quàm huiuſce Principis operâ in remotiſsimis orbis regionibus, in denſiſsima barbarie, quò numquam Chriſti fama peruenit, locari templa, erigi altaria, peragi ſacra myſteria, diuina officia celebrari, vbique Seruatoris nomen inuocari, Sacerdotes, Epiſcopos, Concionatores inſtitui, ex eiſdem, qui paulò antè errorum tenebris immerſi, lucem Euangelicam non agnouerant.*

Reſend. in vit. Ioan. c. 60.

Nec ille hoc tantùm, ſed & alia eiuſmodi vaſtumper opus, ſparſa exhibet. Reſendij, illa ſententia eſt, *Rex Minę expeditionem ſuſcepit, non tam vt aurum cogeret, quàm vt Fidem amplificaret.* Maſſæius de eodem, vti ſolet, eleganter. *Erat*, inquit, *in eo Rege acerrimum propagandæ Fidei ſtudium.* Concinit optimus Poëta Emmanuel Pimenta apud Vaſconcellium clauſulâ pulcherrimi Epigrammatis.

Maff. l. 1.

Vaſconcel. in Ioan. 2.

Quę Regna ingrederis bello, vel claſſe, repentè
Occupat Imperio nobiliore Fides.
Quàm tibi, plus Fidei dilatas Regna, recedit
Impietas, intrant numina vera Dei.
Optat Religio totum tibi ſubdere mundum,
Vt quę ſubdiderit Rex tibi regna regat.
Vince inuicte Heros regna omnia: nec mora: vinces
Victa tibi victor corpora, corda Deo.

Boterus. Oſorius. Maffæius.

Emmanueli Regi iniuriam facerem, ſi authorũ teſtimonia, quaſi momenta eius Religioni adiecturus adducerem. Id enim perinde eſſet, ac ſi ſtellis Solem illuſtrare voluiſſem. Tantùm libet proponere habitam ab eo palàm ad Vaſquium Gamam, ſummum ſanè omni laudum genere Heroëm, quem primũ ad Indicam Expeditionem delegerat, & comites, concionem: adhibito eiuſdem Vaſquij conceptis ad Regis menrem verbis Sacramento. Quò appareat, quo animo, & Rex imperarit, & Dux imperata effecerit: Igitur ita apud Barrium Emmanuel. *Inito ſingulari diuini numinis beneficio à me Regno, ſtatui, tum vt ne à maioribus meis degenerarem, tum vt vobis ac vniuerſæ Reipub. conſulerem, primùm Regis officia, quâ Pace, quâ bello exactè præſtare: deinde Regni vires, opeſque augere quibus & tueri fortiùs meos, & remunerare largiùs poſſem. Huic ego menti & illud cogitando adieci, oportere, quando exactis iam dudum ab Luſitaniâ, & in Africa compreſsis Saracenis Maurico bello abſtinendũ, Indicam expeditionem vrgere, & ignotas ad Orientem regiones aperire, & barbaris illis gentibus ab Eccleſiæ vſu, communioneque remotis lucem Euangelii inferre. Quo ſanè ſpero fore, vt non modo Chriſti Domini Fides, noſtrâ ibi opera, effloreſcat, verum etiam ditio Luſitanica longiùs propagetur. Itaque huiuſmodi claſſem inſtrui & adornari iuſſi,*

& adornari iuſsit. Cui Vaſquium Gamam ſpectatum mihi & probatum virum, ſummeq; fidei, & non vulgaris virtutis præfeci. Quem recipio ea in Dei cultū meique obſequium præſtiturum, quibus, benè, nos ſperemus, de illo ad ſalutem, & de me ille ad præmia ampliſsima quibus donetur. Delectos ei ac Fidos ſocios dedi, nullo temerè deſignato. Hos ego tuæ ô Vaſqui tutelæ, Fideique commendo, eoſque vt tuis obtemperent iuſsis, ſeriò præcipio: vt initâ omnes ſocietate, magnâ concordiâ, quæ è Dei, Regiſque veſtri re fuerint vnanimes patretis. Tum Vaſquius genibus Regis aduolutus, vexillum Chriſti, militatis ordinis Cruce inſigne, à Regis, admoto priùs oſculo, manu accepit: & elatâ voce. *Ego*, inquit, *Vaſquius à Gama, à Regiâ Maieſtate tuâ Indicæ expeditionis Imperator deſignatus, ſacramento dicto recipio, huiuſmodi à te Rege, ac Domino mihi traditum Crucis vexillum Indicis à me regionibus, vel fremente Mauro, vel ringente Turcâ, vel furente infideli, inferendum: atque adeo non collectum, ſed expanſum coram Fidei hoſtibus exponendum: meque pro eius defenſione ac gloria morti deuouendum, vt me vita, priuſquam illi vel leuis inferatur iniuria, deficiat. Cæterùm nihil quod officii erga te mei eſſe duxerim, Rex optime, prætermittam.* Quid quæſo illa concione, quid iſto ſacramento Religioſius potuit inueniri?

Piaculum eſſet omittere quid de Emmanuelis pietate reuerſo ex India Gama Barrius ipſe ſcribat, Ergo, *Rex ait, Emmanuel vti apprimè Catholicus, ac pius, quique ſua omnia Deo referebat, ingentes gratiarum ſignificationes exhibebat cum diuinis laudibus coniunctas: quippe qui noſſet, Deum clauſtra illa Indica ſibi aperuiſſe, quibus & Chriſti in aures nomen, & Fides in corda infidelium peruaderet: eaque ratione tot animarum millia dæmonum ſubdita poteſtati à ſeruitute liberata, in æternę ſalutis partem venirent. Quare toto Regno ſacrificia fieri, pompas' duci, ſolemnia inſtitui, conciones haberi imperauit.* Ita reditus ex India pius Religioſum aditum confirmauit. Pondus huic Emmanuelis, & Vaſquij actioni adiiciunt, data ab eodem Rege Petraluarez Capralio, ſecundo ad Indias duci miſſo, ad ſalutem animarum compatata documenta: quæ etſi minùs à Barrio prolixe narrentur, vel in compendium redacta, expreſſam imaginem Religionis exhibent. Non dum recenſeo, quos ille Euangelij præcones, quos Epiſcopos, quibus expenſis, quibus ornamentis, quibus ſacris inſtructos miſit. Nam ea non Emmanuelis ſolùm, nec huius própria loci ſunt. Illud aduerto, quòd & verè, & ornatè narrat Maffæius. Deliberatum inter ſenatores Regios vtrum præſtaret Indicam expeditionem omittere, an vrgere; cum in vtramque partem momenta rationum, ac non pauca, nec contemnenda pro omittenda nauigatione afferrentur. *Plus*, inquit Maffæius, *apud Regem Fidei propagandæ ſtudio incenſum, honeſtas & pietas, quàm metus, & diffidentia valuere.*

Barr. D. 1. l. 5. c. 1.

Idem. Barr. Oſorius.

Bar. l. 4. Maffæi. l. 1.

Qui ei Ioannes ſucceſſit Tertius, cæteris Parente fortaſsè minor, at Religionis amplificandæ ſtudio & operâ, imo & fructu ſuperior extitit, vt qui de Emmanuele non dubitet, minus certè de Ioãne dubitare poſſit. Non ego huius ſum Author ſententiæ, ſed Societatis grauiſſimus

P. Vaſconcellius, cuius hic ego iudicium elegantiſſimè expreſſum tranſſcripſerim. *Si quis*, inquit, *Luſitaniæ fines egreſſus, quà maximè patet vniuerſus terrarum orbis, mentis oculos curioſius extenderit in* Orientalem *Aſiam, in ſuperiorem Æthiopiam, nouumque in* Orbem, *ac reliquos* Luſitani *Imperii tractus, facili negotio intelliget, latiùs Euangelicæ tubæ ſonum, & cæleſtium præconum voces in remotiores terrarum fines penetraſſe, Ioannis* Sereniſſimi *induſtriâ, & labore, quam laureata feliciſsimi Emmanuelis vexilla victriciaque potentiſsimarum legionum attigerint, & vltra paternos, quâ mundo terminus obſtitiſſe videbatur, limites, Euangelii ſigna tranſtuliſſe. Et ne quis fortaſſe oratoriè dictum putet. Ioanne Rege anno 1542. Sanctiſsimæ Fidei lux varijs in inſulis regniſque à noſtris ſemotis feliciter exorta eſt. Iapponenſibus præſertim, ignotis antea inſulis, internuntio Beato Xauerio Societatis* Iesv, *illarum, ſicut multarum gentium Apoſtolo, Molucenſes non tam* Garyophillo, *odoriferisque aromatis, quam ob diſcordiam inter Europæos olim, & nunc celebres, Ioanni acceptum referunt primum Euangelii præconium. Quibus in inſulis priuſquam naturæ concederet, duodecim Reges Regiaſque eorum familias & clientes ſacro baptiſmate luſtratos in Chriſti Domini verba iuraſſe vidit, incredibili perfuſus gaudio, dirutis, & ſolo æquatis inanium Deorum Phanis. Legendæ per otium literæ quas ad Indię Proreges exarabat: quibus nihil ſibi antiquius Chriſtianæ Religionis ſtudio omnibus perſpectum eſſe cupiebat. Atque vt ab infelicibus vepretis ad florida Eccleſiæ paſcua, ſuperſtitionibus imbuti adducerentur, poſtulatis libenter annuebat, & munera non vulgaria impertiebatur. Tum demùm ſtellarum gentium, fore Regem aſſeuerans, cum illic Chriſti fides abolitis priſtinæ ignorantiæ erroribus glorioſè triumpharet, eòque ſuos conatus, & labores fauente cælo tendere.*

Caramuel in ſuo Philippo.

Hæc te à Ioanne viuo repræſentata, in eius ortu antè præcepit, & prædixit, infelix alioqui vates Caramuel, qui ſordidum alias ſtylum ſumpta ex argumento luce nitidum reddidit. Ita ille, *Exoriebatur*, inquit, *fulgor qui Orientales tenebras radiis Fidei, diuinitùs illuminaret: fulmen, quod idola dirueret: procella, quę Sarracenas claſſes deuaſtaret.* Oriebatur *tamen qui diuulgaret Euangelium & terminos Imperii propagaret.* Extat apud Maffæium Ioannis III. epiſtola Almerini ſcripta, qua egregia, amplificandæ Fidei ſtudia eminent, & pulcherrima ad Euangelium diſſeminandum Proregibus, ac Ducibus documenta traduntur. Quam è Luſitano in latinum ſermonem ſtylo nitido ac florido conuerſam repræſentat. Ac ne multa cumulem huiuſce in Ioannem laudis argumenta, vna Societas Iesv abundè facit. Quæ quòd ad ſalutem orbis nata, ab eo eſt tantopere expetita. Hanc enim reptantem adhuc per Cardinalium ſubſellia Romæ, legati ſui iſthic Illuſtriſſimi D. Ferdinandi Martini Maſcaregniæ (cuius nominis Aſtro & tum feliciter orta, & deinceps maximè adulta Societas) operâ in Luſitaniæ, ac Indiarum apices eduxit: eamque gratiæ plumis indutam, aliſque beneuolentiæ protectam ad ſacram illam animorum vbique expeditionem ſuſceptam immiſit. Tanto animi ignei feruore, vt è decem, tot erant, Patribus, quibus tum nixa Ignatio Authore Societas, ſeptem ille ſibi poſtularet: admirante Pietatem Ignatio, & bellè conquerente, quòd ſtudio excolendi

Maffæius.
Vaſconcel.

Orlandin.

Ribadeneira.

Guerreiro.

Tollez.
Faria.

ſuos, minùs intenderit alienis. Proinde pœnas daret intentati Pij Latrocinii, duobus tantùm ſociis acceptis. Sed illi, ſi minùs Latrocinium ſucceſſit, maior certè vſura fuit, cùm hi duo Occidenti, & Orienti fœnori dati incredibilem animorum quæſtum fecerint. Andrada. Souſa. Lucena.

Sebaſtiani Regis quantum fuerit Religionis, & tuendæ, & amplificandæ ſtudium, cùm ex aliis, tum ex eo imprimis apparet, quòd illâ ſemper apud Deum oratione vſus à puero, quam ego ipſe eius manu exaratam vidi, *Domine, oro vt me ſtudioſiſſimum Fidei tuæ propagandæ facere digneris.* Eam ille apud Patres Societatis, à quibus ad omnem virtutem imbutus, didicerat. Tanto animi ardore concepto, vt Regni ſui opes, & vires omnes, imo & vitam ipſe ſuam in apertum diſcrimen coniiceret, cùm conſtet eius in bello Mauris inferendo, mentem non aliam fuiſſe, quàm Mahometi nomen extinguere, Chriſti apud eas gentes celebrare, & ſacra Romana Punicis Arcibus inferre. Hoc ei nomine *Defenſoris Fidei* cognomen donare Pius V. Pontifex voluit, idque indueret, niſi *obſequentiſſimus Eccleſiæ Filius* dici maluiſſet. Non abſtineam teſtimonio ei à Patre Vaſconcellio reddito, qui, quòd eum probè noſſe potuit, maximam fidem meretur. *Certè*, inquit, *iam inde à puero Maurorum omnium, & præcipuè Turcarum perniciem meditabatur, ne aliis fides, quàm totius orbis terrarum terminis clauderetur.* Vaſconcel. In Collegio. D. Antonii Oliſiponenſis. SouſaMaced. Vaſconcel. in eius vita.

Henrici Cardinalis, non tam Regnum, quàm Regni labentis exitus fuit. Sed ante ille egregium ſpecimen dederat ſtudii, & Amoris in Fidei progreſſus & ornamenta; cùm præſertim Societatem Ieſu natam ad animorum ſalutem impenſè dilexerit, & coluerit. Erectis ei multis, & nobiliſſimis, auctis penè omnibus, & locupletatis Collegiis, ac imprimis Eborenſi ampliſſimo, ac penè Conimbricenſis æmulo, quod alterum ab hoc ſeminarium ad Indos conuertendos, inſtituit, nimirum, verba ſunt Vaſconcellij, *audierat*, imo & norat *homines illius Societatis ex propria inſtituti ſui ratione ad iuuandos proximos eſſe formatos, nullum itaque de iis bene merendi finem fecit.* Vaſconcel. in vit. Henr.

Nec ego negem Philippos Reges, hoc ardore accenſos Religionis item ſtudio propagandæ fuiſſe. Meos vindico, non vitupero alienos. Nec interim de Rege noſtro Ioanne IIII. mentionem facere inſtituo, cum ſuus ei poſteà locus ſit dandus.

Et quoniam ſingulis Regibus ſua teſtimonia reddidimus, operæ pretium erit, vnum & commune omnibus afferre, & nos inde ad Imperatores, ducesque conuertere. Igitur Guzmanus Societatis Ieſu, luculentus ſcriptor Caſtellanus huiuſmodi eos Elogio commendat. *Sapiens ac prouidens ſupremum numen cor tetigit Emmanuelis Regis, & aliorum poſt eum Regum vt magno ardore Indicam expeditionem, & ſuſciperent, & vrgerent, quòd incredibili ſtudio tenerentur Fidem Catholicam propagandi, & Chriſtianis ſacris Ethnicos imbuendi. Decretum quippe à ſupremo numine erat eorum Religione, ac virtute Luſitanorum Ducum, vti ad Eccleſiam iis in regionibus ædificandam: nam aperto armis ad illam barbariem aditu, & ſtratâ victoriis viâ poterat Euangelica ibi lex promulgari, & ſalus animorum promoueri. Ea propter omnia iis prona, ſubditaque ſuperi reddebant, vt pro illis Cælum militare videretur.* Et alibi ap- Guzman. l. 1. c. 5.

Ibid. Vide Boterũ. Auilam. Romanum. Feitas. Maffeium.

poſitè, Idem Author: *Reges*, inquit, *Portugalliæ pluris Indorum ſalutem, quàm Indiarum opes faciebant.* Addam Guzmano nobilem è ſocietate ſocium, Blaſium Viegam Sacrarum litterarum inſignem Eboræ Profeſſorem, qui eruditos in Apocalypſin commentarios edidit. Is ergo: *In exteris*, ait, *ſibi nationibus ſubigẽdis Luſitani Reges non tam Imperij ſui, quam Religionis propagãdæ ſtudio ducebantur, nec ſuis in terra marique copiis, tam ſibi, quàm Chriſto militabant.* Claudat agmen Mariana ex eadem familiâ, ſed non admodum ſeñſu & affectu in nos ſocius: quòd noſtris vbique detrectet, naturâ eum aſperiore ſemper in cenſuram ducente, & noſtra genio Caſtellano ac genuino obrodente. Hîc tamen veritati victus manus dedit, nec potuit huiuſmodi laudem obtrectationis nebulis obſcurare. Igitur cùm miſerum ob domeſticas ſeditiones Hiſpaniarum rerum ſtatum deſcripſiſſet, ad Luſitaniam conuerſo ſtylo. *Extrema*, inquit, *ad ſolis occaſum Luſitania diuturnę Pacis bonis omnibus & felicitate florebat domi, foris conſpicua, Imperii fines ad remotiſsimas gentes proferre, Euangeliique lucem ad poſtremos orbis terrarum fines accendere, ad ipſoſque adeo Indos penetrare cogitabat.* Claudat harmonia ſuauiſſimi Poëtæ Camonii idonei omnino teſtis chorum, & teſtimonio, Religioſo fidei propagandæ ſtudio noſtrorum Regum reddito, plauſum excitet. Igitur initio Principis ſui Poëmatis, Propoſitione conceptâ Indicæ expeditionis: ſit canit.

Marian. l. 26. c. 17.

Camon. Can. 1. Oct. 2.

E tambem as memorias glorioſas
Daquelles Reis, quẽ foram dilatando
A Fee, eo Imperio, eas terras vicioſas,
D'Africa, è de Aſia andaram deuaſtando.

Quem nos eâ, quàm auſpicatò Pariſiis inchoamus, verſione, ſic reddimus.

Nec minus illorum Regum monumenta per orbem
Didita, queis Fidei ſceptrique extendere fines
Cura fuit: Libyæ atque Aſiæ regionibus altam
Luxuriem, rigido placuit compeſcere ferro.

Vbi obſerua prius fidei, quam Imperii rationem habuiſſe: concinit ſibi paulò poſt ad Regem Sebaſtianum conuerſus.

Bantu. 1. Oct. 6.

E vos è bem nacida ſeguraſa.
Da Luſitana antiga liberdade:
E nam menos certiſsima Eſperanſa.
Do augmento da pequena Chriſtandade
Vos ô nouo temor da Maura laſnea,
Marauilha fatal da noſſa idade
Dada ao mundo por Deos, que todo o mande
Para do mundo á Deos dar parte grande.

id eſt,

Tuque adeo benè nata fides, & firma ſalutis
Anchora, libertas quâ priſtina Luſa recumbit:
Nec minus exiguæ ſpes ô certiſsima gentis
Chriſtiadum, fidei natos auctura, trementis
Terror Afri, Mauræque nouus timor additus haſtæ,

Et noſtri fato ſoboles mirabilis aui,
Miſſa orbi à ſuperis; toto vt dominetur in orbe,
Rurſus vt ad verum redeat pars magna Tonantem:

En quò Imperii Luſitani rationes tetenderint: imo & à Deo inſtitutum illud fuit, vt orbes illos remotiſſimos, & alio Sole calentes ad ſui cultum, obſequiumque perduceret. Itaque datum noſtris Regibus imperium, vt ad Deum qui dederat, eius fructus rediret. Atque hæc ſint ſatis, ad calumniam Authoris, quòd ad Reges attinet, refutandam.

Quanta fuerint Proregum, Præfectorum, Imperatorum, Ducum Luſitanorum in propaganda & amplificanda Fide ſtudia, monſtratur.

CAPVT SECVNDVM.

Ad Art. XXI.

Ibi vberrimi ſalutis prouentus, vbi auri ſeges votis reſpondebat: ibi cultus animarum nullus, vbi vſuræ ſpes deficeret. Aurum fidei facem lucebat.

NVſquam in aliarum gentium hiſtoriis ſimiliores Regibus moderatores Prouinciarum, Duceſque exercituum, quàm in Luſitanorum monumentis reperias. Vti iis animo, & Amore, & fide coniuncti, ita & virtutum exemplis, & pietatis operibus copulati, nec magis Pacis, belliquе artibus imperium, quàm Religionis ſtudiis Euangelium promouerunt. *Ac primi illi quidem*, ait Mariana *Indiæ moderatores, omnes cogitationes ſuas ad Fidei propagationem, & Chriſti nominis gloriam dirigebant: neque eos vllũ ab ea mente periculum deterrebat.* Et quidem ab Iaſone noſtro incipiendum. Ioan. Maria. Vaſco nimirum illo Gama, qui primus Orientalem Indiam aperuit: ac in Solis eunabulis vexillum Crucis Sanctiſſimæ collocauit. Is ergo luſtrato priùs, & munito Sacris myſteriis animo, duce Beatiſſima Virgine, ac Raphaële comite Angelo nauigationem inſtituit. Melindi propoſita Virginis Sanctiſſimæ imagine rudes infidelium animos ad ſalutem erudiuit. Oſorius. Matis. Faria. Deinde coram Calecuti Imperatore teſtatus ſe ab Emmanuele Rege ſuo in Indicas regiones miſſum, non vt opes fluxas, fragileſque pararet, ſed vtiis veras Fidei Euangelicæ diuitias inferret; nec ſui, ſed Chriſti nominis gloriam in ea ſibi expeditione, propoſuiſſe, atque adeò Regnum ad eos Cœlorum afferre potius, aquã eorum imperia affectare. Itaque ex Imperatore Concionator effectus, ſtudium fidei Chriſtianæ amplificandæ ſignificauit. Nec minor illius iam Archithalaſſi Orientis pietas extitit, nam & infantes iure belli in naui Calecutana captos ſacro fonte expiari fecit, & Cocini veteres Sancti Thomæ diſcipulos Chriſtianis myſteriis Bar. D.1. l.6. imbutos in tutelam accepit, & totam illam Indiæ partem Catholicis documentis, vti in tranſcurſu fieri poterat, inſtituit. Sed nihil illius Religionem æquè extollit, ac Ioannis Tertii de eo iudicium, qui inito poſt mortuum Emmanuelem Regno, illum primùm à ſe delectum Indiarum Proregem ad Orientem miſit, nam Religioſiſſimus ille Rex, & qui ma-

ximè de amplificando Chriſti nomine cogitabat, non alium ſibi eligendum ad id muneris aptiorem fore putauit, quàm eum, cuius anteà & in aperienda, & confirmanda India Religioſiſſima ſtudia eluxiſſent. Illi primùm debent Auroræ illi roſei thalami Aris erectis, myſteriis inſtitutis, puriſſimo Immaculati Agni Sanguine irrorati.

Maffæius. Oſorius.

Eodem Cœleſti flatu, & ſidereo aſpectu vſus Petrus Aluarez Capralis, cùm terram ante incognitam exploraſſet, Sanctæ Crucis dici voluit; vt quod maximè animo voluebat nomen, in quam primùm appulerat, Regionem, eo illam nobilitaret. Et excenſione factâ ſacro Sanctæ Miſſæ myſterio operam dedit, eique primitias illas nauigationis ſuæ dedicauit. Ad Indos appulſus, nihil antiquius habuit, quàm in Galecutano Regno, vbi Maurorum vis ingens, & barbaries inculta, & ferox, Fidei ſe vehementius opponebat, Euangelium annuntiaret, miſſis ad id Religioſis Seraphici Ordinis noſtri, qui alacriter ſuſceptâ Prouinciâ plagarum notas glorioſiſſimas retulerunt. Ac ipſè moderatori Claſſis Caprali eo nomine magnum periculum creatum; quod ille doluit, non ad Martyrii palmam perueniſſe.

Barr. & Maffæius. Oſorius.

Alphonſi Albuquercii, vti ſumma virtus bellica apud Indos, & maxima Religionis cura fuit. Nemo arma peritiùs tractauit, nemo fortiùs mouit, nemo longiùs intulit, nemo Rem Diuinam impenſiùs voluit, ſtudioſiùs protexit, latiùs propagauit. Primus Cocini Arcem Diuo Iacobo, cui addictiſſimus, erat indito ei Apoſtolico nomine dedicauit. Primus Eccleſiam Diui Bartholomæi titulo erexit. *Illud in tanto Imperatore, Deo*, inquit *Barrius*, *prouidente, vt qui futurus Author ſecularis Imperii: is & Romanæ Eccleſiæ fundamenta poneret*. Hoc ille ſigno pietatis priuatus adhuc, & trium tantum nauium Dux ad maiora opera Religionis præluſit. Addidit & aliud Coulani, qua in ciuitate Chriſtianorum S. Thomæ reliquiæ ſuperſtites erant, quos ille erroribus purgatos ad Catholicam fidem traduxit, eoſque in patrocinium acceptos, & ab iniuria protexit, & honoribus cumulauit. Quantam Chriſti nomini gloriam attulit, illud Cruce militari diſtinctum vexillum, quod ductâ prius ſolemni per Armuſium pompâ, in arce illius Emporii magno Mahometanorum gemitu collocatum fuit, cùm ille in India Imperatoris munere fungeretur. Quantam intentatæ illę ſupremo Armuſici Regni moderatori Coieatari minæ, ob ſolicitatam Paucorum à Chriſto fidelium defectionem, quo ille tutam deinde ab hoſtium incurſu Religionem præſtitit. Sed nulla certè maior, quàm, cùm Goâ Principe Indiarum vrbe expugnatâ, militares noſtrorum copias ingredientes Crux aurea pręcedebat: cui poſſeſſio totius in eo Emporio Orientis tradebatur, cui que ſe Albuquercius militare profitebatur. Quod poſteà præſtitit cũ verbo datis ad Iſmaëlem Perſæ Sophimum litteris, quibus eum ad bellum Ægyptis, Turciſque inferendum prouocabat, ſuamque in Chriſtum Fidem, & Pietatem ſignificabat: tum re maximè cum & Goæ, & Malacæ Aras erexit, Fana purgauit, Chriſtianis præceptis imbui, & luſtrari aquis ſalutaribus ethnicos præcepit: vt non ſolum Imperium, ſed Eccleſiam etiam condere videretur. Eò eum prouexit diuinus quidam Fidei ardor, vt trecentis ſtipatus

Oſorius. Comment. Barr. D. I. l. 7. Albuquercius. In Com. li. 1. Comment. l. 2. c. 12.

ſtipatus velociſſimis Equitibus Mecam vſque decurrere, & impium Mahometis Mauſolæum euertere, oſſa infamia eruere, & in conſpectu Saracenorum comburere, & cineres, in ludibrium, aut ventorum flatibus, aut aquarum vorticibus diſſipandos tradere. Ac eo ſanè conſilio ſæpe in Sinus Perſici, & Rubri maris anguſtias expeditiones adornauit. Tantumque armis terrorem Saracenis attulit, vt magnopere timerent euerſum iri ab eo præcipua perfidiæ ſuæ, & recuperatum ſalutis noſtræ apud Solyma, monumenta: quare omnes in eum Reges Principes que Infidelium incitati, commune tam ſtrenuo, & Pio hoſti bellum decreuerunt. Maffeius. Com. p. 4. Barr. Dec. 2. l. 8.

In Franciſco Almeida magnitudo animi, & ſingulare quoddam Chriſtianæ Pietatis ſtudium ex æquo certarunt, vtriuſque inſigne ſpecimen præbuit in Granatenſi bello; in quo Religioſa & ſtrenua apud Ferdinandum Catholicum poſuit rudimenta. Nam ex prouocatione Maurum Equitem ferocientem & ſcommata in Regem, & Patriam, & Fidem Catholicam iacientem, hoc maximè quo pugnauit ſacratiùs, nomine, aggreſſus occidit. Itaque poſteà ad Indos miſſus, primuſque Orientis Prorex inauguratus, in quam primùm ciuitatem incurrit (eâ Quiloa fuit) Cruce prælatâ victor penetrauit. Hanc vlterius expugnatis Mombazæ, Onoris, Anciadiuæ, Baticalæ, Pananę, Dabulis arcibus intulit. Ille Cocini apud Trimumparam Regem, ac Curiam profeſſus ſe ac reliquos Duces Luſitanos, non tam ſtudio augendi imperij, quàm amplificandę Fidei Chriſtianæ, cuius illi præcepta à Thoma, & ſi vetuſtate abolita, conſeruabant, ab Rege Emmanuële miſſos: cuius mens erat, eorum animos iugo Dæmonis oppreſſos omnino liberare, & ad æternæ ſalutis portum deducere. Ille vitam primùm Egregii bellatoris Laurentii Almeidæ filii, mox ſuam in aperta diſcrimina coniecit; ac nuntio accepto cruentæ, ſed admodum glorioſæ filii mortis, quâ nulla honeſtior apud Indos extitit, ad Deum conuerſus, non ſibi eſſe dolendum, imo lætandum quòd pro Fide, pro Rege, pro Patria Laurentius occubuiſſet. Ille Turcarum & Rumium, Mirhoreno Duce, infinitis Maurorum nauigiis ſtipatam claſſem, magnitudine animi admirabili aggreſſus, militibus affirmauit, ſe ſtudio imprimis Fidei defendendæ, & Mahometicæ ſectæ extirpandæ, deinde Regi ſuo obſequendi, & cædis Laurentii filii vlciſcendæ, in hoſtem inuadere; nec ſibi grauem fore pugnando mortem, quæ Martyrio ſimilis exiſteret. Hunc tu animum, hanc mentem, hunc Spiritum auſis Author calumniando deturpare? Quid Laurentius Filius? Is in atrociſſimo nauali contra Turcas geſto prælio, cum eius nauis in vadis hæſiſſet, ac cæteris elabentibus, ſola cum vniuerſa claſſe pugnaret inuicto animo totam belli molem ſuſtinuit, donec excuſſâ maiori è vaſto tormento pilâ, femur diſcerptum. Ex quo cum corruiſſet, integro animo maloſe applicari iuſſit, vt ſtantis habitum retineret, & ſublatis in cœlum manibus ſupremas ad Deum curas conuerteret, eique immortales gratias egit, quòd pro tuenda aduerſus internecinos Chriſtiani nominis hoſtes Fide, mori contingeret. Eo ſe dolore confici; quòd non Refendius in Ioan. 2. Barr. D. 1. l. 8. Barr. Maris. Faria. Souſa. Maffæius. Barr. Maffei. Olorius. Faria. Camonius.

Q

poſſet Socios Religionis cauſam defendentes, ad extremum vſque Spiritum iuuare. Sed non diu dolori ſuperfuit, cùm alter immanis globus â latere nutantem excipiens, pectora, viſceraque fœdiſſimo ictu diſruperit: cadente prono in ſolum cadauere, adhuc ferociæ veſtigia retinente: animo ad ſuperos triumphali volatu abeunte. Huic nobili Fidei victimæ inſultare Author ſi velit, impudentiæ arguetur.

Oſorius. Paulus Iouius Barr. D. 2 l. 1.

Triſtani Acugnæ eò lubentiùs recordor, quòd ille Romæ cognitus, & Summo Pontifici Leoni X. gratus, ob delatas Indiarum primitias extitit. Eius cùm alia, tum illud præcipuè facinus Religionis propagandæ ſtudium commendat, quòd in oppugnatione Pananæ, vt filium Nonnium Acugnam Martis tum pullum, deinde æmulum, ad pugnam ciendam accenderet, monuit inferendæ in ſummam Arcem Crucis: eoque ſtimulo animos addidit, vt mira ibi ille cum Laurentio Almeida opera perpetraret.

Oſorius. Barrius.

Ire per omnes ſcribendo Moderatores Indiæ non poſſumus. Delectu inter optimos vti, difficile eſt: ſed quoniam clariora Pietatis monumenta extant, quorum ijs temporum rerumque momenta occaſiones obtulerant, eos, nec omnino omnes, commemorabimus. Inſigne profectò Religionis ſpecimen præbuit Didacus Lopes Sequeira ad oram Æthiopiæ, cùm eam in conſpectu Abaſſinorum erectis Altaribus, ſacris inſtitutis, ſolennibus pompis actis in ſummam Fidei noſtræ gloriam conſecrauit: legatumque Matthæum Pretcioannis, anteâ ad Emmanuelem ab eodem miſſum recognouit, & alium, id eſt, Rodericum Limiam cum legatione Religioſiſſima expediuit, & Barnagazium Inſulæ Mazuæ Præfectũ,

Iidem Auth.

cæteroſque incolas Chriſti nomen agnoſcentes ardore Romanæ fidei recipiendæ impleuit. Eduardi Meneſij pia in conquirendo S. Thomæ Apoſtoli ſarcophago, & Eccleſia illa Chriſtiana, è cineribus eruendâ, & in lucem Catholicam protrahendâ ſedula cura, oſtendit, quàm illi feruens deſiderium amplificandi Chriſti nominis fuerit.

Barrius. Oſorius.

Henrico Meneſio, etſi viuendi limites arcti contigerint, in quibus tamen ille orbem virtutis confecit, non defecerunt à puero Religioſiſſimi animi argumenta; nam acerrimus Mahometanæ ſectæ, tum in Africa inter Pænos, tum in India inter Calecutanos hoſtis extitit, eoſque bellici inſtar fulminis fregit, & comminuit: vt ad eorum perniciem natus videretur. Nec alia in Lupo Vaz Sampayo altero belli fulmine non ſuppeditant. Nonnius Acugna in tanta rerum mole, & victoriarum copia mira fuit, circa D. Thomæ Corpus Chriſtianorum eius & nominis Reliquias diligentia: quâ non minorem dilatandi Imperij, quàm propagandæ fidei habitam à ſe rationem teſtatus.

Andrada. Couto.

Garciam Norogniam commendant qui primi Indicam Eccleſiam Epiſcopi tenuerunt, quos ille cum illuſtriſſimo virorum ſacrarum comitatu Goam inuexit, ijs que & domicilia, & reditus ex præſcripto Ioannis Tertij Regis aſſignauit. Nec minus eâ quâ Rebelles à Chriſti fide Chriſtianos, quia ad eum Dienſi Arce obſidione liberatâ venerant, ad eandem fidem reuocari iuſſit, ijſque eo nomine magna beneficia contulit.

Clariùs ſe Stephani Gamæ Religionis ſtudium prodidit. Hoc quoque ſimilis Heroi Patri. Nam ab eo primùm InſtitutumGoæ ad imbuendos ſacris pueros ſeminarium, Michaele Vaz viro impigro, & gnauo Eccleſiæ Dei cultore præfecto: à quo magna animorum emolumenta profecta. Illique fauſto ſydere, nomen Collegij Sanctæ Fidei impoſuit. Sed hoc in Toga,citrà periculũ. Illa eminent, quæ à Paludato & ancipiti cùm ſui,tum ſuorũ diſcrimine ſunt patrata.Huiuſmodi fuit celeberrima in Erythræum mare,Suezium vſque,& vltrà ad vſque Sinæ montem expeditio,armis & fide glorioſa: quâ StephanusZuaquenũMahometanum regulũ,qui tyrannide inductâChriſtianos exegerat,vltus Chriſti iniuriã, ferro edomuit. Vrbem Alcotium euertit. Torum Religioni, ob preces Religioſorum hominum, qui ſanctiſſimæ Virgini Catharinæ in Sina mõte dicati viuunt,ſingulari pietate condonauit. Ac in eius Templo Diuinis myſteriis interfuit, plaudente Chriſto ſonitu Bombardarum: explicatis eo loco Crucis vndantis lætitiâ vexillis, quò nunquam Europæi milites Catholici anteà perueniſſent. Sed neſcio an illuſtrius Religioſiſſimi animi ſpecimen dederit, cùm Regi Abaſſinorum Claudio ſuppetias ab ſe cõtra Mahometanos alios queChriſtiani nominis hoſtes petenti,Chriſtophorum Gamam ſummæ virtutis adoleſcentem, quem vnicè amabat, auxilio miſit, nec Amor in fratrem, qui periculum imminens fideliter prænuntiabat, ardori propagandæ Fidei obſtitit,quominùs eum præſenti diſcrimini objiceret. Quo non aliâ ille ſe ratione, niſi martyrio explicauit. Couto. Andrada. Ita Couto. Marſius. Andrada. Vaſconcel.

Martinum Alphonſum Souſam clariſſimum pariter, ac feliciſſimum Sanctiſsimus Pater Franciſcus Xauerius, & ipſa Ieſu Societas in Indos ab eo delata reddiderunt. Quem ille Orienti ex Occidente deſtinatum à Deo Solem, Goam cùm intuliſſet, nouam amplificatæ in vltimos vniuerſi fines Euangelicæ Fidei gloriam reportauit. Eam auxit Emmanuelis Molucentis Regis mors fortunatiſsima, qui Catholicè moriens Regnum illud Regi Portugalliæ, vt illud Catholicum ſeruaret, teſtamento legauit, ratus Mahometanæ ſectæ fore,ſi cuiquam è gentilibus ſuis redderetur. Illuſtrauit Epiſcopi Albuquercij Franciſcani prouidentia ſingularis,à quo ciuitas Goa optimis inſtitutis erudita, & in Paræcias diſtributa,formam Catholicæ,& benè moratæ vrbis accepit. Ipſo moderatore Alphonſo, egregia hæc Pietatis opera, multis, nec obſcuris Religioſi animi officijs proſequente. Lucena. Tellez. Orlandius. Maffeius.

Inductâ in Orientem Societate, non tam eſt opus Moderatorum, ac Proregum in Religione promouendâ ſtudia declarare. Ea enim clariſſima Familia magnam curarum in ſe partem deriuauit, & Præfectorum Indiæ mandatis obſecuta, Euangelium longè laréque armis ſemper, & opibus inſtructa Regiis, propagauit. Eminent tamen qui magis bellicis artibus excellunt, nam Crux non timidè, ſed ſtrenuè gradum in illos fidei hoſtes inferebat. Ioannes Caſtrius, Ludouicus Attaydius, Conſtantinus Brigantius, tres maximi in eo Oriente Heroës, Rem Diuinam miris modis auxerunt, & Religionem ſummo ſtudio amplificarunt. Nec iis diſſimiles Capralis Maſcare- Vide Andrad. & Couto. Hiſtoria Societ. Guerreiro.

gnius, Norognia, Barrettus, Mendoza, Cotignius, Saldagna, Albuquercius, Tauora, aliique complures, quotum eximia in Eccleſiam Incidicam beneficia conſtant. Vnum è multis eligam, in quo morer. Is eſto Franciſcus à Gama vir illius familiæ, in vtroque & Occidentali, & Orientali Imperio ſplendidiſſimæ Prorex ac primi Indiarum Herculis Pronepos, cuius inſignia in Religionem Catholicam ſtudia extiterunt. Hic Apoſtolicum illius ætatis virum Alexium Meneſium Archiepiſcopum Goenſem nactus, eo vſus eſt plurimum ad Religionis cauſam agendam. Eo Prorege, illa celeberrima animarum ſalutis expeditio ſuſcepta, quâ Luſtrata omnis Malabarium Chriſtiana Prouincia, & ad Catholicam veritatem reuocata. Quam & ſi Archiepiſcopus ipſe ſuſcepit, Gamâ certè & ſuadente, & iuuante, & difficultates omnino tollente confecit. Itaque nullis ſumptibus pepercit, nullis aut Priuilegiis, aut beneficiis abſtinuit, eamque omni ratione promouit. Præterea Regem Trauancorii Luſitanorum amicitiam, ſocietatemque optantem; atque legatum in id ipſum mittentem iis conditionibus excepit, quibus Religio nitebatur. Nempe vt Fidem liberè in tota ſua ditione prædicari ſineret, erigi templa, Sacra peragi, res diuinas celebrari permitteret, ne quid detrimenti Chriſtianis afferri pateretur. Qua item lege Gundrenſem Regem operâ Alexii Meneſeii in fidem accepit, donato ei vexillo, quod & præmium eſſet, & teſtimonium, pactæ ſecundum Chriſtum ſocietatis. Non ei Minori gloriæ fuit vidiſſe Goæ, Abadaxanum Principem Tamurlani abnepotem, eiuratâ ſuperſtitione Fidei Sacramentis luſtratum? matrimonio ritu Chriſtiano iunctum, & Olyſiponem, vt Scythicum Diadema Pontificiis pedibus ſubiiceret cogitantem.

Couto D. 12. à Diui villa Real, in lucē editus aut prius Excellentiſſimi D. D. Vaſquiis Ludouici Gamæ Marchionis Niſenſis, Legati apud Regem Chriſtianiſſimum Extraordinarii.

Atque hæc de Proregibus ſatis. Aliorum tanta eſt copia: vt difficilius ſit deligere, quos omittas, quàm, quos eligas. Nemo tamen, opinor, quenquam Antonio Galuano, præponere audebit, Molucarum Inſularum moderatori: qui Apoſtoli, & Imperatoris æquè munus geſſit. Is ſubactis iuſto bello Molucis animum ad æternam incolis, & vicinis inſularum illarum Populis ſalutem procurandam adiecit. Igitur cùm ipſe in Molucis perſe, tum aliorum operâ ipſe Euangelicam iis doctrinam prædicauit. Ac primùm Ternate (caput Regni illius nominis ciuitas eſt,) ſeminariū ſuis ſumptibus erexit, in quo ſelectiſſimi magiſtri Pueros erudirent: & maximam gentis illius partem Chriſtianis myſteriis imbuir. Inde ad Celebes & Mazacares, & Morum Duces, ac Prædicatores miſit, qui & Fidem annuntiarent verbis, & armis protegerent: vnde magnus eſt animarum fructus ſecutus. Quem poſteà ſuo loco commemorabimus. *Nihil illi*, ait Barrius, *Religione, & animorum ſalute antiquius: omnia huic curæ Regia negotia poſtponebat.* Eum ſtrenuè iuuerunt Ferdinandus Vinagrius, Franciſcus Caſtrius, Didacus Lopezius, inſignes & Duces, & Predicatores. *Quòd ſi apud illos populos Antonii Galuani Præfectura duraſſet, vix apud illos Idololatria reperiretur.* Qua ſententiâ Barrius Caput 21. noni libri Decadis 4. concludit. Didaci Pereriæ illius magni Xauerij Patroni ne? an Clientis: ſtudioſiſſimi certè aſſeclæ, nota ipſius Sanctiſſimi Patris teſtimonio Religio eſt: quam priuatis ſuis rationibus ante poſuit. Bernardini Soſæ

Couto. Maffæius. Mariſius. Souſa maced.

apud Molucas, ſecũdum Galuanũ, præclara Pietatis ſtudia in cõuertendis ad Fidem Ethnicis eluxerunt. Ægidius Fernandez Caruallius Pandarane, Apoſtolica munera pie geſſit: nec minùs, in Molucis Religioſa Antonij Payuæ opera enituit, Andræas Furtadus Mendoza, clariſſimus Imperator Cugnalii acerrimo Piratarum Duce, & Chriſtianorum flagello victo, & in poteſtatem accepto, ante Crucifixi Domini noſtri effigiem proſtratus fidem lacrymis Pietati ſuæ, & ſtudio in Religionem fecit: non ſe niſi tuendæ, & vindicandæ Fidei animo, illud cum hoſte bellum, & ſuſcepiſſe, & geſſiſſe teſtatus. Mirabilis ſane ardor Iordanis Freitas in propaganda Religione fuit, cuius faces Tabarijam Ternati Regem inflãmarunt, vt abiecto Idolorum cultu Chriſto ſe aggregaret. Quo ſanè Regis Luſitani Ioannis III. gratiam inijt, & in ſuum, quo eiectus erat Regnum à Nuno Aeugnia reſtitutus. Neque vero hîc de Chriſtophoro Gama, & ſocijs mentionem facere inſtituo, quos ſtudium Fidei tum tuendæ, tum dilatandæ in certam necem compulit; quòd de ijs aliàs ſim locutus. Sanè quæ nuper apud Iaponios clariſſimus, & opulentiſſimus vir Sebaſtianus Macedo ardens Religionis Catholicæ amore præſtitit, ijs noſtræ aures hodieque calent. Is enim cauſa Fidei protegendæ, & Chriſti nominis amplificandi opes ſuas, fortunaſque omnes impendit, & cuſtodiæ datus, vinctus IESV, nihili à ſe reliqua præter Chriſtum gemmam pretioſiſſimam fieri teſtatus eſt.

Iacob. Couto à Villa Real. in laccem edutus D.1.l 4.

Barr. Couto. Maffæus. Guerreus.

Ex litter. Annunt. Petr. Societ. IESV

Huc pertinent illata à noſtris hominibus, Pœnis in Africa, Mauris in Æthiopia, & India, Turcis in mari Erythræo, Perſicoque ſinu, & toto Oriente quò influxerant bella. Hoc animo tria illa Reges noſtri Punici littoris Propugnacula Septam, Tingim Mazaganum & occuparunt, & tenuerunt. Eodem Azrillam Anafen, Zafinum, Azamorium, aliaque multa Mediterranea oppida Mauruſia expugnarunt, & campos illos ad Fezij & Marrochij portas victorijs peragrarunt, eoſque ſuo ſanguine pingues reddiderũt, vt Religionem noſtram tutam ab ea quâ maximè timẽdum erat parte, ſecuramque redderent. Hoc ſtudio tot maria emenſi, tot Promontoria ſuperarunt, tot oras legerunt, tot portus tenuerunt, tot inſulas aperuerunt, tot regiones explorarunt, tot gentium linguas nouerunt, tot populorum mores ſuſtinuerunt, tot bella cum Saracenis, Mahometanis, Infidelibuſque geſſerunt. Non modò cum hominibus, feriſque, ſed cum Syrtibus, cum vadis, cum ſcopulis, cum fluctibus, cum ventis, cum elementis omnibus dimicarũt. Vnum ijs propoſitum, Crucis vexillum in mediam barbariem inferre, & Chriſti nomen amplificare: id per tela, per enſes, per vndas, per ignes conati, omni metu depoſito, omni contempto periculo, nullo mortis genere formidato. Id ſibi à Religioſiſſimis Regibus commendatum Proreges, Moderatoreſque Indiarum, in publicis cùm earum partium Regibus Dynaſtiſque profeſſi. Id apud Zamorinum, Vaſquius, Gama, id apud Cocini Regem Franciſcus Almeida, id apud Calecuti Imperatorem Petrus Aluarez Capralis, id apud Hidalcanum, & Armucianum, & Malacenſem Regem Albuquerrius, id apud Molucenſes Principes Antonius Galuanus ſunt teſtati. Ac ne quis temerè dictum putet, volo hic partem orationis ab Iaſone noſtro

Hiſtoria Regum Luſitanorum Vaſconcel. Faria. Mariſ.

Ioan. Barr. Oſor. Maffæius. Goezius.

Ioan. Barr. D. .l.ſ. Maffæius. Oſor. Damia Goes.

Vaſquio Gama ad Zamorinum hac de re habitæ, vti Ioannes Barrius ſcribit, attexere, ex qua conſtet, quid ſibi Luſitaniæ Reges in huiuſmodi expeditione propoſuerint. Igitur ita Gama. *Rex & Dominus meus Emmanuel hanc explorandi Indicas regiones Prouinciam ſuſcepit, ſtudio amplificandi nominis* IESV *Chriſti, & gloria Dei augenda. Ac illud tantùm ex illis, qua inueſtigamus nationibus, voluit, vt rectam ad ſalutem aternam viam agnoſcant, eamque ſalutaribus imbuta praceptis, qua doctrinâ Catholica Fidei continentur omnino conſequantur. Nec enim auidus eſt, aut opum, aut mercium veſtrarum, aut proferendi Imperii cupidus, ſed veſtra tantùm ſalutis ſtudioſus. Non ob id tamen commercia, & fadera vobiſcum inire contemnit, qua illi ſummâ fide integra, & inuiolata ſeruabit.*

Maffæius. Vaiconcel. Nos ſuprà c. 1. hic.

Huic orationi conſentiunt Regia, quæ ab Luſitaniæ Regibus dabantur Imperatoribus ſuis diplomata, in quibus ijs ſeriò mandabant, vt nihil Fide tuendâ, & dilatandâ antiquius haberent. Fornam non hîc reddo quòd eam Maffæius in litteris Ioannis Regis Tertij, à ſe latinè factis, initidè repræſentat: ſed afferre tamen operæ pretium duco, exemplum litterarum: quibus Reges noſtri Priuilegium fœderis ac ſocietatis Indiarum Regibus concedębant; vt ex poſitis in ijs conditionibus appareat, quantam ij Religionis amplificandæ rationem habuerint. Etſi verò verbum verbo non reddam, ſententiæ nihil detraxero. Igitur.

Did. Couto. D 12 l. 3.

N. Rex Portugallia notum & manifeſtum omnibus facio, cum officii mei maximè eſſe ſciam IESV *Chriſti in omnes partes Fidem extendere, quod ego hactenus in mea ditionis Regnis praſtare ſtudui exemplo meorum ante me Regum: cùmque norim Pacem & amicitiam cum Regibus, & Dynaſtis Indiarum vtilem fore ad ſanctum Euangelium pradicandum, & myſteria eorum populis tradenda, placere mibi Regem N. in meam vel ſocietatem, vel fidem accipere qua inter nos inita ad poſteros quoque noſtros perueniat, eique prarogatiuas omnes priuilegiaque ſocii nominis Luſitani conferre, & in Amicitia ſignum vexillum Regium meum tradere: iubeo verò Imperatoribus ac militibus meis, vt eum cùm opus fuerit, armis iuuent, eiuſque ſubditos omnino indemnes praſtent, & quibuſcumque poſſint, eos honoribus cumulent. Modo tamen ij huiuſmodi leges accipiant.*

Prędicandi Euangelium libera poteſtas eſto.
Ne vnquam Chriſtianis ſacris imbui vetanto.
Nequo anteà gaudebant honore Chriſtiani priuantor.
Eccleſias & Altaria erigi permittunto.
Prope Templa noſtra, infidelium delubra ne ędificantor.
Quicumque Rei ad Eccleſias noſtras confugerint eos ne extrahunto.
Illi qui ab accepta Religione noſtra defecerint puniuntor.

Hæc ſumma. Tota ſanè Catholica, & Religioſa, qua nihil tu ſanctius dixeris. Quid hic noſter Calumniator? Pudeat illum ſuæ impudentiæ. Pudorem augere volo, adductis auctoribus nobiliſſimis, qui hoc quod infamat, amplificandæ apud exteras gentes Fidei ſtudium idoneis teſtimonijs confirmant. Quæ, volo, toti noſtræ ſint communia nationi.

Boter. Relat. vniuerſ. P. 3. l. 2.

Primus eſto Ioannes Boterus Italus & nobilis ſcriptor. *Luſitani infinitis expenſis, & immenſis laboribus aperire ſtudio Religionis aditum in Æthiopiam voluerunt, & Pretem illum Ioannem ad Romanam Fidem reducere, deinde omni ope*

tentarunt: Principes Guineæ, & Mileguetti Chriſtianis myſteriis initiare, & maiori certè felicitate Regem Cõgi, & Principes Angolæ ſacris inſtitutis imbuere. Deinde miſsis in Oceani Atlantici inſulas Colonis, & ſui nominis laudem, & Eccleſiæ gloriam propagarunt, & ſuperato poſtea Bonæ Spei Promontorio, Mahometanę ſe ſtrenue ſectæ oppoſuerunt. Non ſine admirabili Religionis ſua famâ.

Hæc de Africana ſpirituali expeditione, Boterus: quàm ille in eo libro per multa capita magnâ Regum Imperatorũque noſtrorũ commẽdatione proſequitur: ac multa eorum quæ ſupra diximus eleganter commemorat. Indicæ Religionis progreſſus latiſſimè enarrat. Ideòque nos repræſentare non poſſumus: tantùm iuuat quædam fideliter delecta, excerpere. *Eminebat*, inquir, *in Luſitanis vehemens propagandæ* Fidei *ſtudium*: Et rurſum, *Extenderant Luſitani ad Orientem Imperium, ditionem auxerant, & pariter propagauerant* Fidem, *dilatauerant Religionem, erecta noſtra Templa, Idolorum delubra euerſa. Patres* Franciſcani, *ac Ieſuitæ æmulatione pia accenſi vineam Chriſti Domini excolebant, Regibus Portugallię liberaliter inuitantibus, & abundè prouidentibus, nullisque ſumptibus in gratiam Euangelii parcentibus, Collegia, Seminaria, Conuentus que fundantibus, quò maior animorũ fructus exiſteret.* Deinde, *Tota Goenſis ciuitas à Patribus primum* Franciſcanis, *& Dominicanis ac Ieſuitis ad Catholicam eſt fidem perducta.* Tres præcipuè Moderarores nomino, quos hoc maximè vult nomine commẽdari. Nimirum Acugnam, Srephanum Gamam, Conſtantinum Brigantium. Ac de Rege quidem Ioanne Tertio ita: *Rex Ioannes omnem operam nauabat, ne quid excolentibus vineam Domini deeſſet, opes huc omnes vireſque conferebat.* Reliquis, quæ multa ſunt huiuſmodi abſtineo.

Alterum teſtimonium eſto P. Guzmani Authoris incorrupti. *Maieſtas*, inquit, *diuina ad Religionem amplificandam, vti voluit Luſitanis Catholicis Regibus, & Imperatoribus Luſitanis à quibus Chriſti nomen ad vltimas Orbis metas prolatum.* Tertium Caramuelis eſto, hominis adipalis quidem ſtyli, ſed mordacis dictionis. *Non eſt ô Luſitani*, air, *qui veſtrum in diſſeminando Euangelio ſtudium poſsit vituperare, cùm illud tam ſit omnibus notum, ac exploratum, vt Luce meridiana clarius videatur.* Addo & illud illuſtre Galli Authoris, in libro quem de Indicis rebus ſcripſit Domini Vvithflieti, qui cum nartationem de Oriẽtali Indica expedirione Luſiranorum abſoluiſſet, ita ſubiungit. *Magnâ certè Luſitanorum gloriâ, Infidelium iſthac conuerſio fit: à quibus, & Religio, & Pietas in ſuo robore integra conſeruantur, & quorum in dies ſtudio* Fides *noſtra incredibili animarum fructu ad ſalutem æternam magis effloreſcit.* Cõſonant Romani, Ribadeneiræ, Orlãdini, Sacchinique ſentẽtiæ clariſſimis verbis expreſſæ, nec minùs Boſij, & Spondani, & Turſellini, & Maffæi, & aliorũ plurium, qui huic Luſitanorum exiſtimationi calculos adiecerunt. Vnus tamen inſtat omnium eſto Author, Franciſcus Xauerius Orientis Apoſtolus, cuius nemo poſſit authoritatem eleuare. Igitur ille *Luſitana gens vſque eò eſt auida Chriſtianæ* Fidei *amplificandę, vt ſi nihil aliud, certè tam pium eorum ſtudium, ac tam propenſa erga Societatem noſtram voluntas huc pertrahere deberet.*

Impoſita Auaritiæ & cupiditatis Genti Luſitanæ ab Authore calumnia, adductis magnificentiæ Regum Luſitanorum exemplis confutatur.

CAPVT TERTIVM.

Ad eumdem Art.

QVæ intemperiæ Authorem tenuerint neſcio, vt Auaritiam toties, & cupiditatem Luſitanæ genti obijciat. Tranſuerſum furor eum ac dolor egit, vt quo minimè inter omnes Europæ populos vitio laboramus, & Hiſpani maximè inficiuntur, illud nobis impudenter affingat: & quod indignè ferendum, purum in dilatanda per orbis vniuerſitatem Religione animum, hac turpitudinis notâ audeat infamare. Itaque is mihi ita cõfutandus, vt ſuæ illum impudentiæ pœniteat, & quod multis capitibus cõtra nos effutit, vno huiuſmodi capite refellamus, & hanc malorũ Lærn âHerculeâ veritatis clauâ cõtundamus. Locos indico: in quibus nos inſimulat cupiditatis & auaritiæ. Ne illos poſteà opus ſit refutare facto hic omnium compendio. Articulis ſeptem, vt Hydram omnino referat à 20. nempe ad 27. hanc calumniam inculcat. Ei nos ita occurrimus preſſâ magis, & concisâ dictione: neruis potius, quàm ſanguine conſtante.

Regum à Fonte Comite Henrico ordiamur. Is confectæ Hieroſolymitanæ expeditionis, cùm alij ampliſſima, nullum aliud pręmium retulit, præter ſacras Crucis, & Coronæ ſpineæ, & Lanceæ Chriſti Domini & Calcei Diuæ Virginis Reliquias, eiſque, & alijs quas ab Alexio Conſtantinopolitano pretio redemit, piè opulẽtus in Luſitaniam redijt: maiora ſacrarijs, in earũ cultũ erectis, impẽdia facturus Filius Alphonſus. Cẽtũ quinquaginta exædificatis Tẽplis, Tribus præter alia ſumptuoſiſſimis Cænobijs: Sanctæ Crucis Conimbricenſis, ſanctæ Mariæ Alcobatiẽſis, ſãcti Vincentij Oliſiponenſis: integris donatis ciuitatibus, & quicquid ex altiſſimo montis vertice circumactu corporis oculis deſignauit, eo vni ex cænobijs vna vice, conceſſo, annuis penſionibus alterâ Sedi Apoſtolicæ, altera Diuæ Virgini Clareuallenſi aſſignatis, duobus ordinibus militaribus inſtitutis: multis diuitijs in Templarios, & Hoſpitalarios Hieroſolymis agẽtes milites liberaliter in perpetuùm legatis, dimidio penè Regno in Sacros reditus attributo, Alexander Catholicus iure videatur.

Monarch. Luſit. Faria. Vaſconcel.

Eidem Authores.

Sancij Primi par fuit Patris Alphonſi magnificentiæ liberalitas. Ille expeditionem cõtra Saladinũ ſuſceptã, magnis opibus Tẽpli & Sancti Ioannis Ordinibus donatis, ſtrenuè iuuit. Ordini ſancti Iacobi ampla oppida Alcazarium, Palmelam, Almadam, Arrudam; Auiſij, Alpedrizium, Alcanedium, Iurumenam; Templariorum integram vrbem Ægitanienſem aſſignauit. Cœnobio Sanctæ Crucis opulẽtum Caſtrum, Aluorium conceſſit, & cenſum Regium, cui obſtrictum erat, prorſus remiſit. Alcobatiæ Caſtellum Abenecimum, Ottam & Ceiſam, Sedeliũque; Salzedæ, piſcoſas, inter Armamanum, & Panoias Durij venas.

Monarch. Luſit.

Faria.

Bourij

Bourij & Moreruelæ Luſitano illi, huic Legionenſi Monaſterio multa & ampliſſima prædia attribuit. Eccleſiæ maiori Conimbricenſi. Tauarede oppidum: Lamecēſi Canellas: Portuenſi Gondamarium: Diuæ Senhorinhæ magnam nobilis Interamnenſis Regionis partem donauit, omiſſis interim alijs: teſtamento omnibus penè Luſitani Regni Cœnobiis, & Eccleſijs magnifica legata mandauit: ac inter ea magnam ſedi Apoſtolicæ auri vim religiosè legauit. Xenodochia duo, alterũ Scalabi pro captiuis, ipſe inſtituit; alterum Collmbriæ pro infectis, Alcobatienſi Abbati, datis ad expenſas reditibus, erigi imperauit. Tam profuſum in donando Regem Artaxerxem tu Longimanum poſſis appellare.

Sancio Secundo, non minus in donando effuſa, quàm in regendo remiſſa manus. Ab eo Aliuſtrelium, Cezimbra, Mertola, & Afflajarra Pennæ, Cacellam, Ayamontium iuſta oppida, aliàque minuta, ac demum Tauira, nobilis in Regno Algarbienſi vrbis Ordini ſancti Iacobi donata. Ab illo Monaſteria Scalabitanum, Oliſiponenſe, Portuenſe, Dominicanæ familiæ antiquiſſima ædificata. Ab eodem nobile oppidum Arronches ſanctæ Crucis Cœnobio Conimbricenſi, ſanctæ Mariæ Aguiarij Caſtellum mendum: Sedi Portuenſi Marachilium ſummâ liberalitate conceſſum. Moriens multa Cænobijs, & Eccleſijs, Pauperibuſque legauit, ac ſummo Pontifici mille marcos deferri mandauit. Quem ſanè Regem hac excipere in nota communi Author deberet, cùm ille in Caſtellam ingentes theſauros ſecum Luſitania detulerit, eoſque in beneficium Caſtellanorum impenderit, nihilque dum vixit à Caſtellanis Rḗgibus poſtulauerit, imò & eos opibus ſuis iuuerit, & mortuus Toleti maiorem Eccleſiam, & minores per Regnum alias locupletauerit.

Monarch. Luſit.

Faria.

Alphonſus eius Frater nomine Tertius, etſi eo viuus minus fuerit liberalis: moriens certè Par, imò & ſuperior extitit: nam quod obſeruat Eruditiſſimus P. Doctor Brandanus tot ab eo ſunt Vniuerſis penè Regni Ordinibus, Cœnobijs, Xenodochijs, Eccleſijs, & tanta legata, vt fidem res illa excedere videatur. Nec ei viuo monumenta liberalitatis defuerunt. Satis ſit Albuferia Magiſtro Auiſienſis Ordinis donata, & Monaſteriũ ſancti Cucufatis Regulariũ Diui Vincētij Oliſipone Canonicorũ Conuentui conceſſum, & celeberrimũ illud Diuæ Claræ Monialiũ Scalabitanum Cœnobium, magnis ab eo Rege ſumptibus ædificatum.

D. Anton. Brand in Monarch l. 15.c. 43.

Dionyſio prætermiſſo (cauſa infra apparebit) ad Alphonſum IV. tranſeo. Quem miror minùs Authori notum, cùm Regi Alphonſo ſuo auxilium cōtra Saracenos tulerit, & inſignem operam in Saladenſi prælio, in quo primas virtutis, & inclinatæ primùm ad nos victoriæ gloriam meruit, ſtrenuè nauauerit. Qui ſingulare magni, & ab omni cupiditate alieni animi ſpecimen præbuit, cùm nihil ex ſpoliorũ ante ſe proiecto cumulo, præter Principem Regis Sulmenſæ filiũ, quem in acie manu ipſe ceperat & vexilla Mauris ablata, monumēta quæ forent victoriæ, ſibi vendicarit. Excelſæ indolis argumēto, quod dimiſſo mox Principe magnã, quã illius Pater ad redimendũ filium miſerat, ſummã Pecunię, condonauit. Ita bis Alphonſus de Auaritia triũphauit. Velim hoc mihi Author debeat, quòd eum ſic erudiã, vt non perpetuo ſtylo offendã. Quare Regem Petrũ liberalem vt oſtendã

Vaſconcel.

Faria.

Vaſconcel.

Vaſconcellii apud eũ elegantibus vti periodis iuuat, nihil motis verbis, ordine tamen mutato. *Ingenio ita liberali, & ad conferenda beneficia procliui fuit, vt illo die minimè ſe Regem fuiſſe diceret, qui nullo collato beneficio elapſus eſſet. Aliquando ſibi cingulum laxari iuſsit, vt brachia liberiùs ad donandum extendere poſſet. Damnatorũ diuitias ærario numquam addixit: ſed in Duces & optimè de Regno meritos viros diſtribuendas curauit: Plebem nouis vectigalibus, & ſtipendiis nullatenùs oppreſsit: imò admonitus aliquando vt Regiis, quos à maioribus acceperat, theſauris aliquam acceſsionem faceret, illum laude digniſsimum Regem ſe arbitrari reſpondit, qui cum à maioribus acceptas diuitias tueatur, Regiis ſe vectigalibus alat, citra populi iniuriam.*

Auaritiæ calumniam omnem vnus eluere poteſt enormi ſua prodigalitate Ferdinandus, vt vitium non modo virtute, ſed alio extremo oppoſito vitio euertatur, atque adeò aliquid gloriæ vitio debeamus. Qui gurges, aut quæ Syrris plura deglutiuit, quã huiuſce Regis prodigalitas euomuit? Adſit hîc Author, & admiretur, quòd tam effuſus in Caſtellanos fuerit. Deficiente ad ſe à Rege Caſtellæ, Ferdinando Caſtrij Comiti oppida quindecim iuris perpetui donauit. Ferdinando Alphonſo Zamoræo duodeviginti: Mendezio, Ruiz Cabræ, quinque: Alphonſo Fernando Cerdæ ſeptem: Aluaro Mendezio Caeeres ſex: Perro Alphonſo Gironio tria nobiliſſima: Duo Alonſo Gonzales Valderrabanos: Ioanni Alphonſo Baezæ tria: Alphõſo Perezio quatuor: alijſque integros Comitatus, & Principatus, vt Regno ſe exuere videretur. Sed oportebat tanti Caſtellanam fidem mereari. Hanc illi vendidit Alonſus Moxica equis triginta, mulis totidem, triginta thoracibus, triginta millibus argenti pondo, quatuor cantherijs, aulæis pretioſiſſimis onuſtis, quæ vna ei Rex vice donauit. Parua ſunt hæc; illud maius, quòd Romanum, imò quod Ægyptium ſapit. Pacta ſibi in thalamũ Eleonora Aragonij Regis filia, vt eã in ſocietatem thori inuitaret, ſeptem ei ornatiſſimas triremes miſit, armamentis omnibus, è ſerico arte mirabili confectis, cui & vna Cleopatræ, & altera Caligulæ inuidere potuerunt. Addidit munus Coronam auream gemmis diſtinctam pretioſiſſimis, ſumptus, & pretij incredibilis. Dona ex auro elaborato plurima, & rudis ac impoliti duo millia treecenta quatuor auri pondo, vt ex ijs in ſumptus futuræ ſponſæ nummi cuderentur. Quid quæſo aut Helenæ à Paride, aut Cleopatræ à Iulio, vel Antonio maius offerri potuit? nec ego non vltrà Authorem vrgeam: & impellam eo exemplo, quod & pudorem afferat, & fidem excedat. Ferdinandus hic Rex è Regijs, quos tunc Luſitani Reges inſtruebant, theſauris auri facti infectique octingenta millia pondo, & argenti, quòd aiunt marcos, quadringenta millia extraxit; quæ intra breues menſes donando conſumpſit: vt nulla fuerit vorago, quæ plura abſorpſerit, quã Fernandus effuderit, nec ego laudi tribuo, ſed calumniam diluo, & os Authori obſtruo. Certè inter eos Principes, qui portenta luxus, & prodigalitatis cenſentur, Fernandus poterit numerari.

Chron. Luſit. Vaſconcel. Faria. Mariſ.

Plutarch. Homer. Sueton.

Ioannis Primi non magis contracta in pugnum, ob duritiem ad bella manus, quàm dilatata in palmam ob munificentiam ad dona extitit. Infantibus quibus abundauit Filijs ea cõtulit, quæ admirationem afferunt. Quæ inſtituit ad eos equites inaugurandos ſolemnia, ea, quòd maximis erant ſumptibus perficienda, in Dei gloriam Septenſi expeditione ſuſceptâ

Zurata in eius vita.

ſuſceptā ſunt traducta. Ordo ab illo Diui Euangeliſtæ Ioannis, in Regnum adductus, & multa Cœnobia, templaque ædificata, & magnis aucta reditibus incredibilis eius magnificentiæ arguméta prębent. Quorum Princeps illud, quod à Bataglia dicitur, victoriæ de Caſtellanis ad Aliubarrotam monumentū, nouū orbis miraculū dici poſsit. Claſſis qua Septam eſt aggreſſus, ea tanta, tāque ornata, vt ei non minorem virtutis ob victoriam, quàm munificentiæ ob apparatū exiſtimationem attulerit. Faria. Mariz. Hiſt. Luſit.

Eduardus, & ſi Parente ſuo minus felix, dotibus certè non impar, eius etiam eſt magnificentiam cōſecutus. Bis ſpecimen, & quidem præclarū illius præbuit. Semel, cùm ad Conciliū Baſileæ Regis nomine legauit Comitem Ourenſem, & Epiſcopū Portuenſem, eo ornatu, & pōpa, vt Reges eos quiuis eſſe putaret. Iterū cū Eleonora Romam ad Federicum Imperatorem futura vxor miſſa, comitatu & habitu triumphantis, ſtupente ad illius ſplendorem Italiâ, quæ quod mater amplitudinis eſſe ſolet, raró in alijs magna admiratur, etſi eo mortuo iſta acciderint. Reg Faria. Mariz. Vaſconcel.

In Alphonſo Rege huius nominis V. præter ea quæ ad expeditionem Hieroſolymitanam, quàm adornauit, & tot Africanas, quas ſumma cum laude expeditiones confecit, & inſtitutum à gladio ſacrum ordinem, clariſſima profuſæ largitatis ſigna eminent. Donando magnam Regni ſui partem impendit. In captiuis redimendis tantos ſumptus fecit, vt Redéptor Captiuorum vulgò diceretur. Hæc munifici: illud liberi omninò ab auaritia animi argumentū, Moleixequio Regi Fezenſi ingétem auri vim, pro vxoribus & Filio Septæ apud nos in cuſtodia detentis, prolixè offeréti, reſpondit non ſibi aurum cordi eſſe, redderet ſibi oſſa Patrui ſui Ferdinandi, quæ Fezi depoſita ſeruabantur. His captiui permutati. Quo oſtendit non ſe cupiditatis ſtimulis incitari, ſed duci officijs Pietatis. Pina. Faria. P. Vaſconc.

Qui ſequuntur, eorū quòd liberalitas ad Fidei in exteros gentes propagatione ſpectat, Reges, in aliū ſunt chorum ſeruandi: & nobis retrò acies oculorum vertenda. Vbi duo Reges intacti omnino, ac pretermiſſi manent Alphonſus Rex Secundus, & Dionyſius. Data eos operā omiſimus, vt varietate aliqua opus condiremus. Nam Alphonſum nobis Author in auaritiæ exemplum poſſet obiicere. Dionyſio nos obiecto confutare obiectam ab Authore calumniam poſſemus.

Igitur Alphonſus Secundus Auarus maximè, & cupidus videri debet, qui Regios fratres & ſorores ſuas donatis à Parente Sancio oppidis, opibuſque ſpoliare tentauit, iiſque hoc nomine lites intendit, ac bellum intulit. Verùm quod acutè aliqui antè me obſeruarunt, non id Alphonſus ſtudio cupiditatis, ſed vel indignatione, quòd Pater Sancius eius ingenio diffiſus tanta liberis legauerat, vel dolore ſecti in tot hæreditates Regni, atq, adeò imminuti, cū maximè ob circuniectos vndique Mauros augere oportebat, conabatur, quemadmodū ex ijs, quę poſteà ſuſcepit, geſſitque bella facilè perſpicitur. Cū ille externas appulſas in Luſitaniā claſſes, lautè magnificè que exceperit vnā naufragio liberarit, tot oppida hoſtiū ceperit, tot ſua munierit, toties Maurorum in acie copias vicerit. Semel ingentem maximis ſumptibus claſſem in anchoris paratam habuerit ad expeditionem Hieroſolymitanam ſuſcipiendam, quam tum Pontifex, & Chri- Eduard. Nonnius. Monarch. Luſit. Faria.

ſtiani Europæ Principes adornabant. Quibus ille ſanè auaritiæ notam, aut vitauit, aut deleuit.

Hiſt. Luſit. Vt tamen in Secundo Alphonſo, & in alio quopiam vitium cupiditatis ineſſet, abundè illud largitate, & munificētiâ Dionyſius ſuâ compenſaret. Qui eam donando famam collegit, vt illis, quibus floruit temporibus,

Vaſconcel. Luſitanus Alexander diceretur, & quæ eum ſunt poſtea conſecuti is quicumque liberalitate excelleret, alter Dionyſius audiret. Hic ergo non inter ſuos modò exædificatis Templis, erectâ Academiâ, excitato militari, eoque ſplendidiſſimo Chriſti ordine, tum mandatis honoribus, tum redditis prœmijs, tum ſolutis ſtipendijs ampliſſimis, ſed etiam inter externos, atque adeo Caſtellanos, cuius eſt gentis Author, admiranda

Mariſius. liberalitatis exempla reliquit. Regi Aragoniæ Iaymio, cuius ſororem in matrimonio habebat, Decem mille auri pondo mutuò poſtulanti, viginti millia dono dedit. Ferdinandus Rex Caſtellæ ad magnas rei num-

Faria. mariæ anguſtias redactus centum mille aureis indigebat. Id vt reſciuit Dionyſius hanc ſummam liberaliter impertiit, ac vtrique multa quæ pignori offerebant, oppida remiſit. Ioannem Patruum, Ramonem Cardenam qui ad ſe deplorato rerū ſuarum ſtatu miſeri cōfugerant, & excepit,

Souſa. Maced. & ditauit. Ioannem Laram olim ſibi infenſum, quem habebat in vinculis, timentem ſupplicio affici, magnis affectum muneribus liberaliter dimiſit. Sed nuſquam aliàs eius ſe magnificentia clariùs prodidit,

Hiſtor. Caſtel. quàm cùm electus à Benedicto XI. inter Ferdinandum Caſtellę Regem, & Alphonſum Cerdam Regni competitorem arbiter, in Caſtellam, &

Mariana. Zurita. Aragoniam eſt profectus. Nam omiſſo apparatu, ornatuque Comitatus, qui ſanè ſtuporem Hiſpanis attulit, vtrumque Regem haud dubiè ſplendore vicit; eoſque, ac Reginas multis, ac pretioſiſſimis donis affecit, nulluſque fermè in vtraque aula purpuratus, quem aliquo inſigni munere donovè non ornauerit. Nec opus erat petere; ipſe inuitabat, & animos ad petendum omnibus faciebat. Illud quidem memorandum. Cum iam in procinctu eſſet ad reditum, acceſſit ad eum quidam ſubtriſti, & ſubrancido vultu. Cauſam rogatus reſpondit: *E tot millium numero, ſolum ſe manere indonatum.* Importunè viſus obrepere, ſed Regi etiam exhauſtis opibus opportuna fuit occaſio. Argentea ei menſa, cui accumbere prandens ſolebat, ſola ſupererat: hanc ſubridens querulo donauit. Accipiendo ille ſe, vti petendo, Caſtellanum oſtendit: non accepturus, ſi Luſitanus eſſet, queadmodum nec Rex donaturus, niſi Luſitanus fuiſſet: minus ille Regi debuit, quàm Rex illi, quòd huic maiori voluptati fuit donare, quam illi donari. Quem tu Dionyſio conferas quære,

Emmanuel. Faria de Souſa in Dionyſio. ego non Authori alium, ſi hæc legat quàm iſtam paginā tortorem dabo. Sciat ille hanc eſſe viri integerrimi, & liberi maximè ingenij ſcriptoris noſtri ſententiam. *Propriam Regem Luſitanorum virtutem eſſe, Liberalem munificentiam.* Inter quos multi ad gloriam largitatis flatu: Dionyſius tempeſtate nauigauit.

Brittus. Regius Luſitaniæ ſanguis in venis Regiæ ſtirpis Principum ebulliebat.

Brandam. Pronus in ſumptus, & magnificentiæ opera admiranda. Tres illæ ſorores Sancij Primi Filiæ, quaſi ex contentione, ampliſſima monaſteria ere-

xerunt. Theraſia Regina Legionenſis Loruani vetuſtiſsimum templum inſtaurauit, & locupletauit. Mafalda Caſtellæ, nouum Aroucæ, & ampliſsimum inſtituit. Sancia innupta virgo celebre, & primum in Luſitania Cœnobium, viuo adhuc Patre Seraphico, Franciſcanorum Fratrum erexit: & aliud non minùs ſumptuoſum monialium, vti duæ ſorores Reginæ, propè Conimbricam, Cellas vocant, ædificauit. Harum Soror ex adulterino thalamo Conſtantia, inſigne Diui Franciſci Monaſterium Conimbricenſe inchoatum, magnis ſumptibus abſoluit. Chron. Ioan. 1. Portugal. Regis.

Quatuor his Clariſſimis ſororibus, quinque poſteà Fratres Ioannis Primi Principes filij iiſdem liberalitatis Religioſæ ſtudiis reſponderunt. Petrus, Henricus, Ioannes, Ferdinandus, legitimi; & nothus Alphonſus Comes Barcellenſis, quorum omnium opes in ſacras expeditiones ſummacùm & fidei, & munificentiæ gloriâ expenſæ. Quos imitatus Princeps Ferdinandus Eduardi filius, à quo in Africam ductus exercitus, & Anafe opulenta ciuitas expugnata. Inſtar multorum eſſe poſſit Infans Maria Emmanuelis Regis filia, quæ cùm ditiſſima Princeps eſſet, diuitias penè omnes ſuas in monaſteria, & Xenodochia, & Parthenia gynecæa collocauit. Extat præclarum Diuæ Virginis à Luce propè Oliſiponem Cœnobium, eximiæ eius magnificentiæ monumentum. Chron. Eduardi Portugaliæ Regis. Goes. Andra. Vaſconcel.

Infinitum eſſet omnia Luſitanæ liberalitatis argumẽta percurrere. Quæ magis ſunt propria vrgeamus: nec adhuc ſacra, & quæ ad Indos pertinent decerpo. Si Author in vitam Ioannis Secundi incidiſſet, legiſſetque ea, quibus nuptias Alphonſi Principis filij, & Iſabellæ Regum Catholicorum filiæ Ioannes celebrauit, næ illi pudor ne, an admiratio vocem in calumniam pronam, in laudem conuertiſſet. Nam certè, quantum ego legendo aſſequi potui, poſt Romanam majeſtatem, nihil vſquam vel ludorum appatatu, vel ſpectaculorum varietate, vel conuiuiuiorum lautitiâ, vel veſtium elegantiâ, vel armorum ornatu, vel excogitatis ad omnem voluptatem artibus par memini reperire. Vt Eborenſis id temporis ciuitas, cum Romana, cùm maximè floruit, vrbe certaſſe videatur. Quid? quòd illa celebritas in natalibus Ioannis Principis Regis Ioannis Tertij filij inſtituta, equeſtribus potiſſimum exercitationibus florens tanti ſplendoris fuit, vt quod fidem propè exceſſerit, ad fabuloſa Tabulæ, vt aiunt, Rotundæ facinora pertinere, illius Author libri comminiſcatur. Huc pertinet illud Sebaſtiani Regis impendium, à quo in equi generoſi, quem amabat, phaleras, integri ex auro millionis ſumma expenſa. Cuius cùm vidiſſet Palatium, & cum Madritenſi Alexandrinus Cardinalis contuliſſet: faſſus ingenuè fuit; Philippi ſibi Palatium Romæ naſcentis curiam, Romuleo cùm horrebat culmo: Sebaſtiani Romæ auguſtæ, ſolido cùm vigebat auro, Regiam viſam fuiſſe. Quòd ille non tam propter collectas opes, quàm in hoſpitis obſequium effuſas, dixiſſe comperio. Reſend. Faria Vaſconcel. Liber. Tabul. Rotund. 1. p. Ex manuſcriptis, fide dignis.

Multa liberalitatis in Caſtellanos, vix vllum Caſtellanorum Regum in Luſitanos, monumentum extare.

CAPVT QVARTVM.

Ad Art. XXII.

REdditâ Hiſpaniæ, vnde exciderat, Luſitaniâ, cùm Majeſtas Veſtra Indicum, ſtudio reducendi ad Eccleſiam hereticos, bellum intermiſiſſet: à Luſitanis item eſt religioſa animorum expeditio omiſſa; quique anteà armati fidem promouerant, togati ne latum quidem vnguem protulerunt. Ex quo apparet non tam ſtudio Religionis propagandæ, quam cupiditatis explendæ, arma iis gentibus intuliſſe, nam vbi opportuniùs prædicari Euangelium pacis potuit, quàm vbi pax aurea blandiebatur, & nullus armorum ſonitus obſtrepebat?

VT erubeſcat, ſi quis ei tamen eſt pudor, bonus hic Author huiuſmodi caput inſtituo, breue quidem, ſed ad eius audaciam retundendam accommodatum! A condito Regno Luſitano, (nam non illius ab initio à Caſtella nos accepiſſe radicem inficior, quòd non tam ſum, vti Author eſt impudens, ingratus) ſæpius à Regibus noſtris in Caſtellanis inſignia beneficia profecta. Imminente Prælio illo celeberrimo, ad Nauas Toloſæ, quod contra Saracenos à tribus Caſtellæ, Aragoniæ, & Nauarræ Regibus geſtum, Alphonſus Portugalliæ Rex Secundus ornatiſſimam equitum alam & firmiſſimam peditum phalangem auxilio miſit, qui multum ad victoriam momenti attulerunt. Eorum certè inſignis opera in expugnatione Vbedæ fuit, quæ morte Gomeſii Ramires, apud nos Templariorum Magiſtri, ſtetit. Nec eſt quòd Mariana, aliique objiciant. Nam ex grauiſſimis monumentis conſtat ab Alphonſo huiuſmodi fuiſſe copias expeditas: adeo vt Platina ſibi perſuaſerit Regem quoque ipſum iuſto cum exercitu adfuiſſe. Sed nos vti adfuiſſe eum negamus, ita & ab illo miſſum auxilium ſtatuimus.

Monarch. Luſit. 4. p. l. 13. Faira. Souſa. Pina. Noder. Plat. Maria. Platina in Innoc. 3.

Suſceptâ Hiſpalenſi à Rege Ferdinando Sancto expeditione non defuit inſtructiſſimâ acie Luſitanus Alphonſi Tertij auſpiciis exercitus, qui è flore nobilitatis conſtabat; atque adeo primas virtutis, eâ in obſidione tulerunt, vti ex iis quę optimi narrant Authores apparet, ac ex eo quòd eorum operâ Infans Alphonſus Ferdinandi Regis ipſius filius pręſenti mortis periculo liberatus.

Eduard. Non. Fr. Anton. Brandon. Faira. Petrus Com. Portugal.

Regi Alphonſo Sapienti dicto, à filio Sancio bellis appetito ac penè oppreſſo Rex noſter Alphonſus Tertius gener ſtrenuè adfuit, miſſis ſuppetias trecentis ſelectiſſimis Equitibus, & magna vi opum ad ſtipendia, aliis, quos conduxerat Sapiens perſoluenda, eique prætereà rei familiaris anguſtia laboranti, Regni Algarbiorum vſum ex integro fructum legauit, quo poſſet tenuem ſubſtantiam confirmare.

Monarch. Luſit. Eduard. Non Souſa. Faira.

Alphonſi IV. Nota ſatis & celebrata apud Saladum auxilii, & victoriæ fama: nec non captæ poſtea Algeziræ gloria, quam noſtri Authores laudibus extulerunt.

Eduard. Non. Monar. Luſit. Faira. Mar. Faria.

Dionyſij nunquam obſcura, clariſſima ſemper magnificentia fuit. Ferdinandum Regem Caſtellæ Quartum Legionenſi & Aragonio bello implicitum, copiis, commeatu, opibus iuuit. Nec deſiitit, quin eum inductâ pace belli periculo explicaſſet. Eique rurſum contra Mauros piè bellanti ſeptigentorum equitum alam ſubſidio miſit, magnâ vi auri & argenti additâ, quâ inuitare alios, ſuoſque alere liberaliter poſſet. Mariz. Faria. Souſa. Eduard non. Vaſconcel.

A Rege noſtrate Petro, Caſtellanus Petrus, aduerſus Aragonios, ſemel iuſtæ decem triremum claſſis auxilium acceperat. Iterum redintegrato bello eadem claſſis à Luſitano miſſa, animi magnitudinem declarauit. Eduard. non. Far. Souſa. maced.

Premebâtur acri bello, ab Infantibus Aragoniis illato, Rex Ioannes Secundus Caſtellæ, Petro Alphonſi V. tum Pueri Patruo Regnum Luſitaniæ adminiſtrante; opem ab eo poſtulauit Caſtellanus: nec diſtulit Petrus quin Regis nomine exercitus duos ornatiſſimos, alterum Eduardo Meneſio Africano in paucis claro Imperatore, alterum Petro filio Regni Comiteſtabili mitteret eo mandatu vt apud illum eſſent, dum bellum exiſteret, quo eorum operâ deuictis Infantibus confecto, in Luſitaniam redierunt. Hiſt. Luſit in Alphonſo. V. Souſa.

Ioannes Secundus etiam tum, cùm maximè infeſtos in Caſtellâ Principes, & alienos, id eſt Reges ipſos Catholicos habuit: eos magnis opibus iuuit ad Malagam expugnandam: nam cùm ii ad ipſum legationem pro ſubſidio, quo maximè egebant, miſiſſent, nec admodum ſperarent quod irritarant iniuriis, vt ille votis annueret, tam pronum poſtulationibus inuenerunt, vt non modò, quæ petebant liberaliter donaret, ſed etiam alia offerret adijciens paratum eſſe ſe, ad majora, cùm pro Fidei propagatione aduerſus Mauros pugnarent auxilia mittenda. Reſend c. 6. Souſa maced.

Emmanuelis Regis ſatis commendata eſt ab ipſis Caſtellanis ſcriptoribus in Carolum Imperatorem V. turbulentis Communitatum temporibus magnificentia, quâ & à coniuratis oblatas opes recuſauit, & ſuas Imperatori detulit, quibus ille fultus Regnum conſeruauit, omnino certè amiſſurus, niſi Emmanuelis copiæ, opeſque adfuiſſent. Faria. Souſa.

Idem tantus Imperator redactus in anguſtias rei pecuniariæ, à Ioanne Tertio, non ſemel ingentem auri ſummam obligatâ ad ſoluendum fide poſtulauit, eamquè liberaliter accepit. Imò & ille ius quod ei aut nullum, aut certè exiguum & debile in Molucas inſulas, à nobis paulò ante & inuentas, & poſſeſſas trecentis aureorum; quibus indigebat, millibus Ioanni Tertio vendidit, qui repræſentauit pecuniam, non quòd de iure ſuo dubitaret, ſed vt eo titulo inopiæ Imperatoris honeſtiùs ſuccurreret. Quanti fuerit impendii miſſum ab eodem Ioanne Rege Imperatori Carolo ad expugnandum Tunetum ſubſidium, teſtatur iuſta viginti quatuor nauium claſſis, & incredibilis magnitudinis Roſtrata quę ducentis tormentis inſtructa ſtupori noſtris, Mauris exitio fuit, id ſatis quod in ea Claſſe Ludouicus infans Regis Frater flore militum comitatus vehebatur. Andrada. Mariſius.

Itaque vix vllus apud nos Rex, à quo Caſtellæ Reges non opes ſubſidiaque acceperint: noſtrûm vix vllus reperietur, quem Caſtellani vel

opibus donarint, vel auxilio iuuerint. Nam ſi quæ ab Alphonſo Sapiente, (de quo tamen non admodū cōſtat) Dionyſio Regi, ſunt remiſſa, præterea ſnihil tu certè in Hiſtoriis acceptū à Caſtellæ Regibus inuenies. Vnū tantùm, quod præterire non debeo, exemplum; Patrum noſtrorum memoriâ, liberalitatis erga nos Caſtellanæ, & indigentiæ noſtræ reperio. Cùm Rex noſter Sebaſtianus, Africanâ temerè ſuſceptâ expeditione, opem à Philippo Secundo petiit, & obtinuit. Nec ſanè inficior, ſed in eo primùm obſeruo: negari illud potius quàm ferri, auxilium, præſtitiſſe; nam eo certè ruens in exitium Princeps impelli videbatur: detinendus, ſi ſubtraheretur: ſecundum, tenue illud admodum, & infirmum fuiſſe, ſpecie quidem auxilium, re fortaſſè aſtus, vt illi ad fiduciam ſatis videretur, ad vitandam cladem ſatis non eſſet. Tandem: mirum id ac portentoſum, quòd vnicum à Caſtellanis acceptum; quodcumque illud demùm fuerit, auxilium, nobis nihil profuerit, imò nos in certiſſimam cladem, exitiumque compulerit. Ignota ſunt iſta Authori, à quo Annales ne ab ipſo quidem limine ſalutati.

Capucin. Gallus in Epiſt. ad Philippum. Liber Fuora. Vellaco.

Quàm liberi ab Auaritia, & cupiditate Luſitani, Regum noſtrorum in ſuſceptis expeditionibus exemplis demonſtratur.

CAPVT QVINTVM.

AD Hipotheſin accedamus. Multa proximè dicta de Religionis ac Fidei propagandæ ſtudio huc facere poterant, ſed non opus eſt illa aduocare. Nam ſunt nobis exempla propiora, iiſque abundamus.

Conſtat imprimis Infantem Henricum nauigationis noſtræ Authorem, non ſtudio parandi imperii, aut congerendi auri, eam ſuſcepiſſe; cùm res tum eſſet aleæ, & periculi plena; ad quam ineundam magnis ſūptibus opus eſſet. Sanè in eâ reditus omnes ſuos Infans collocauit, nec ex ea quicquam præter Dei gloriam, & fidei ſuæ laudem reportauit. Barrius certè Author idoneus teſtatur, Infanti Religioni fuiſſe Præfecturâ, & reditibus Ordinis Ieſu Chriſti militaris frui, quin eos pro Chriſto expenderet. Ac eo animo Punicam primùm, deinde Indicam expeditionem tantis ſumptibus faciendam ſuſcepiſſe. Itaque, quòd magnæ initio impenſæ fieri videbatur inſimulatus Prodigalitatis Infans, & penè ab incæpto reuocatus. Hac ei ratione ſummus Pontifex Martinus primùm V. mox Eugenius. IV. expeditionis iura illius confirmarunt, ac ne quid externus ex ea quiſquam Princeps decerperet, quòd magnis erat inſtituta ſumptibus, imperarunt. Fratri verò Henrico Petrus Infans Regni vicarius, hoc nomine expenſarum, multa de Regio iure, ne ære obrueretur alieno, remiſit. Quo vterque munificum ſe, & liberalem, auaritiâ conculcatâ oſtendit. Et quidem Infanti illud Barrius teſtimonium mortuo reddidit. *Munificum eum, & liberalem, ad ſumptus faciendos pronum, & ad magna cum diſpendio audenda propenſum.*

Barrius. D. 1 c. 2.

Barr. D. 1. l. 1. c. vlt.

Ioannes

Ioannes Secundus excelſa indole, ingenio magno, animo amplo Rex Reſcend. in
illuſtria in vrgenda expeditione munificentiæ argumenta edidit. Ar- eius vita.
cem cum Eccleſia magnis in Guineâ ſumptibus ædificari, Cui Sancto Barr. lib. 2.
Georgio nomen inditum, & Caramanſam Regem, eiuſque aſſeclas, &
cliẽtes donis exquiſitiſſimis affici imperauit. Ille Cazutam Regis Conga-
ni legatum lautè excepit, luſtrali tinctum aqua amplè remunerauit, ac
omnibus donatis ſociis opulentum in Patriam remiſit. Illè Hugatum
Ducem Benienſis Regis ſplendidis affectum muneribus ad fidem Ca-
tholicam inuitauit, Regique, à quo miſſus ampliſſima dona, cum man-
datis, vt Idololatriam eiurare, propoſuit: quibus ille tamen acceptis
& perfidiam ſuam, & Ioannis magnificam pietatem probauit. Ille Bemo-
himum Ialophi Principem aurum, & dona exquiſita, vt opem ſibi con-
tra hoſtes afferret offerentem, quòd nullam ſpem Religionis noſtræ
amplectendæ faciebat, repulit: deinde victum eum & fugatum ad ſe
ſuſcipiendæ Fidei animo veniẽtem Palmelæ magnificè habuit: exceptum Reſcend in
honorificè, magnificè donatum ad Baptiſmum perduxit inſtitutis ſo- vita Ioan.
lemniis, & ludis editis apparatiſſimis. Eumque iam Chriſtianum cum Vide Vuiſſiet
ingenti claſſe, & valida militum manu ſuis ſtipendiis in Regnum dimi- Gallum Au-
ſit, nullis ſumptibus parcens, vt is fidem noſtram retineret, & inter ſuos thorem.
propagaret. Ille Manicongi pueros ad ſe cum Regijs mandatis miſſos
Chriſtianis myſteriis imbutos, & veſtibus pretioſiſſimis ornatos redire
in Patriam compulit, vt eâ ſpecie alios ad fidem noſtram pertraherent.
Quod & obtinuit. Nam expedito legato ſignificauit Rex velle ſe Chri-
ſtianam Religionẽ profiteri. Ergo Rex Sacerdotes è Sancti Franciſci fa-
miliâ, ſacris ornamentis, & omni ad myſteria diuina celebranda apparatu
inſtructos, magnis expenſis dimiſit. Claſſem ornatiſſimam cum mili-
tum, ſi opus eſſet, ſtrenua manu, ſubſidio miſit: in qua ad Eccleſiam,
Araſque erigendas, quæ poſſent eſſe vſui, ac inſuper multa varii generis
dona portabantur. Quibus effectum, vt Patruus primùm Regis, deinde
Rex ipſe, ac filii, tandem Regina Chriſtianis ſacris initiarẽtur. Nec militũ
opera deſiderata, nam eorum auxilio Rex hoſtes, quibus cum ei bellum
erat, debellauit. Et quidem is attonitos amplitudine donorum, & ſplen-
dore rerum, & magnitudine expenſarum in hæc verba fertur erupiſſe. Reſcend. in
Dignus hic certè Ioannes Rex eſt, qui in omnes alios Reges dominetur. Id Ioan- vita Ioan. 157.
nis maximè commendat Chriſtianam munificentiam, quòd nullis ſum-
ptibus pepercit, vt Æthiopiam penetraret, Preteioannem illum, famâ
in Europa ſatis cognitum, ſed obſcurâ, luci demum redderet, & ad Ec- Barr.
cleſiæ Romanæ gremium reduceret, nec enim mari contentus inqui- Bore c
ſiſſe, terrâ longiſſimo circuitu, ſumptu incredibili iuſſit inquiri. Duo hu-
iuſmodi expeditionem ſuſceperunt Payua, & Couillanus, vterque orbe
emenſo in Indiam penetrauit. Payuâ tandem Memphi mortuo, Couilla-
nus Æthiopiam, & Preteioannem illum optatiſſimum primus omnium
explorauit. Cumulum adiicio. Certè quod primum ex Minâ aurum Ioan-
nes accepit: ex eo Calices in vſum Altarium fieri imperauit. Primitiis
opulentiæ mox futuræ Deo Optimo Maximo dedicatis.

Emmanuele Rege, quemadmodum nemo principum auguſtior, & Goes.

Vaſconcel. Faria. Vuit. Cliet. Souſa.

fortunatior, ita nemo eo Rex & magnificentior, & ſplendidior, in iis præſertim, quæ ad Indos, ſpectant. Hanc prouinciam Sphæra ei, ab Ioanne Secundo in Symbolum donata, multò antè portenderat. Suſcepit ingenti animo, refragante magnâ procerum parte, inſolentiâ maris & magnitudine ſumptuum deterritâ: promouit alacriter, confecit feliciter. Quo anno Indiam aperuit, recepto ad ſe Oliſiponem domitore illo maris Vaſquio Gamâ, Bethlemici Templi fabricam inchoauit: ac ex Sacello Eccleſiam, ex ædicula Cænobiū reddidit, ei que quos ex Indicâ nauigatione fructus capiebat, piè cōſecrabat: cum quicquid ad ſe ex ſpoliis, manubiſq; rediret, & viceſimam Regii cenſus partem illi Monaſterio addixiſſet. Auri Orientalis Flores Quiloæ Regio è tributo à magno illo Vaſquio Gama Iaſone noſtro collectos, & ad ſe Oliſiponem adductos, inſtitutâ pompâ, ſolemni ritu, magna celebritate diuæ Virgini in eodem Bethlemico Templo dedicauit, & ex eo (auri enim magna vis erat) Pyxidem in Sacræ Euchariſtiæ cuſtodiam fieri imperauit. Quanto ille impendio Orientem Epiſcopis, magiſtris, concionatoribus, Collegiis, ſeminariis, Cœnobiis, Xenodochiis, Parthenonibus, Eccleſiis, Templis, impleuit? Quibus ſumptibus, ædes ſacras inſtruxit, auxit, locupletauit, ornauit, & ſacrâ ſupellectili, variiſque ad Diuina peragenda myſteria cumulauit? Quantis expenſis in Punicâ Regione Parochias inſtituit, templa que poſuit, vt tum noſtri ſacris myſteriis fruerentur, tum Pœni vectigales Chriſtianis præceptis imbuerentur? Quantâ munificentiâ ille non modò priuilegiis decerpendi, quædam ex Eccleſiaſticis reditibus ſibi ad ſacra bella à Pontifice factis abſtinuit, ſed etiā ſi quas antea eccleſiaſtici pēſiones Regibus ſoluebant, iis omnes, remiſit: & populum magna ex parte vectigalibus liberauit? Quo in loco liberalitatis ponendum illud, quòd mercium ex India adductarū portiones, certas & conſtantes, omnibus penè Regni ſui Religioſis Familiis aſſignauit, ac iis finibus, quòd anguſti eſſēt, non contentus, in multas Galliæ, Caſtellæ, Italiæ, Germaniæ, Belgij, Prouincias importauit, vt per ſingula monaſteria diſtribuerentur. Itaque ſuas ille opes Eccleſiæ obnoxias reddebat. Ac vti cum Sole imperiū, ita & ſplendorem beneficentiâ communicabat: & vbi ditione minus, certè largitate excellebat. Templum Sancti Iacobi in Hiſpaniâ, Loretanæ Virginis in Italia, Diuæ Catharinæ in Sinenſi monte, Hieroſolymitana monumenta in Syria multis, & pretioſiſſimis donis ornauit. Aureos ignoti ponderis nūmos ex Indico, & Libyco auro cuſos Romano cenſui addixit. Illa fuit nobilis gloriæ acceſſio, cùm Triſtanum Acugnam Heroëm, & in Europâ, & in Indiâ celeberrimum Romam ad Leonem Pontificem legatū miſit egregio, & ad ſummā elegantiam inſtructo comitatu, cum ornamento ſacro, plane Attalico, non auro modo, ſed vnionibus gemmiſque rigente, ac toreumatis, omniſque generis vaſis ad Rem Diuinam pertinēribus, & exquiſitis, alijs donis, addito Elephanto & Rhinocerote, vt admirationem voluptate condiret. Cui etſi Rhinoceros in mari demerſus defuerit, Elephas certè mira ad ingenium arte, & induſtriâ accedente, abundè ſuffecit. Cuius legationis cùm alij idonei authores, tum præcipue Paulus Iouius, qui aderat, meminit: qui cùm non admodum

Bar D. 1. l. 4. Maris. Lucena. Vaſconcel Goes.

Ioan Barr. l. 6 Souſa. Faria. Vaſconcel Maffius

Goes.

Boterus.

Ciaconius. Paul Iou. in Elog Triſtan. Acugna. & in ib. Hiſtor.

rebus Luſitanis,ob repulſam cupiditatis cauſâ acceptam ſtudeat,non ſibi potuit temperare, quin & eleganter deſcriberet, & vehementer exaggeraret. Sanè conſtat nullum vel anteà, vel poſteà magnificentius, & ſumptuoſius vna vice munus Pontifici donatum.

Ioannes Tertius Patri Emmanueli geminus magnificentiâ extitiſſe, eius exempla legenti videatur. Teſtatus cùm animum appuliſſet ad Religioſos Ordines,quorum amans maximè fuit, quod ex iis aliorum ſalus pendebat,& non deeſſent, qui eum ſumptuum magnitudine obiectâ à propoſito reuocarent, non modo ſe ea facturum impendia, ſed ad exhauriendos omnes Regios theſauros, imo & omnem Regiæ domus ſubſtantiam impendendam paratum, vt inde animarum profectus exiſteret. Ab eo quas Emmanuel Religioſis familjis intra,& extra Regnum merces donabat,& cõfirmatæ,& nouę item adiectæ. Ampliora in Otiéte Seminatia, Collegiâ quę inſtituit:& reditus copioſiores aſſignauit. Sæpè hominibus ex India venientibus, & non pauca ſibi vectigalia ſubtrahentibus, ſciens,prudens que remiſit. Ingenti oneratiâ naui in Portu Oliſiponenſi caſu ambuſtâ, & magno in Regiam conuentu facto rogauit, Regia ne illa,an priuatâ nauis eſſet, audito Regiam eſse, iuſſit,ne turbarent ſibi tantùm illam periiſſe atque adeò æquiore animo eſſe. Tunc non fore, ſi aliena eſſet. Nec ſibi tamen animos, nec opes ad ſarciendam alterius iacturam deeſſe. Proregibus & Imperatoribus apud Pænos,& Indos ſuis illud ſemper in mandatis dabat:Rei Chriſtianiſſimæ imprimis curam haberent, nummariæ illi poſt haberent. Neophytos magnis muneribus affici,& ab omni iniurja defendere,imperabat. Tutos eos & honeſtos fore iubebat, expenſas nihil moratus. Illatas iis iniurias acerbè vindicabat. Omni ope Rem Catholicam promouebat. Religioſos Ordines amplificauit, ornauit,auxit. Epiſcopatus inſtituit nouos, & Patriarchatum Æthiopiæ inuexit, magnis ſumptibus vſus,in ſacros apparatus. Sed quid ego iſta commemoro? Vna huic Regi Societas Ieſu, quod alias tetigi, magnificentiæ fidem facit. Eam vnicè dilexit, protexit, locupletauit. Domo Profeſſa Oliſipone ampliſſimâ erectâ: Goenſi, & Bayienſi Collegiis inſtitutis ac imprimis Conimbricenſi: quod voluit eſſe,& virtutis,& ſcientiæ nobile theatrum, & viuum operariorum Euangelii ſeminatium,quo nullum in Europa, vel magnificentius, vel ornatius, vel opulentius inuenitur. In quo aliquando ſeptuaginta ſupra ducentos, in quibus & ego (nunquam beatior) alumni vixerunt. Itaque Regina Catholica, Margarita Auſtriaca Societati addictiſſima, cùm vellet Collegium Salmanticæ ſumptuoſum,& Regio nomine dignum ponere. atque ad id varia exẽplaria inquiri iuberet, ſolum Conimbricenſe dignum ideâ ſuâ duxit, faſſa,ſi id æmulari poſſet voti ſe compotem,demùm futuram. tantam vim donorum,&munerum ex illo fonte magnificentiæ in omnes partes, Romanam præſertim Eccleſiam,deriuabat, vt Pontifex ipſe palàm diceret. *Se,& omnes,qui id temporis erant, Principes ab vno Ioanne Tertio magnificentiâ,& Pietate ſuperari.*

Duo nobis ſuperſunt,alterum Henrico Cardinali,alterum Sebaſtiano reddenda teſtimonia. Vtrique,& ſi alia item ſuppetant Societas argu-

Andrada. Vaſconcel. Mariſius. Maffe'us. Orlandin. Sacchin. Guerrer. Guzman. Tollez. Turſellin. Vaſconcel. Hiſt. Societ.

menta ſuppeditat. Ei Henricus in Luſitaniâ Eboræ amplum cum iuſta Academia,& Seminario Collegium erexit: Conimbricenſi penè par, æmulumque. Sebaſtiano lacrymę Societatis famam liberalitatis conciliant. Conſtat enim eo ex Africa deſiderato, cùm is nuntius vniuerſam Societatem peruaſiſſet, omnes illum publicis lacrymis eluxiſſe, quòd eum in ætatis flore extinctum eſſe Regem dolerent, qui vix adultus nouem ſocietati Collegia poſuiſſet.

Vaſconcel. Terreuus

Relicta à Proregibus, Imperatoribus, Ciuibus Luſitanis, Piæ liberalitatis monumenta proponuntur.

CAPVT SEXTVM.

Mixta hæc & ſine delectu erunt, nec tamen aut temerè inuecta, aut præpoſterè collocata. Eò ſemper defixo ſtili obtutu, quò nos Calumnia Authoris perducit: vt & Luſitanos munificos naturâ, & minimè auaros, & Pietatis ſtudia cupiditatis affectibus antepoſuiſſe appareat.

Signum tollat Petrus Infans: Alphonſi Regis Primi Portugalliæ Frater ne, an Propinquus? Hic obſeſſâ Oliſipone Præfecti Arcis Filiam cum lectiſſimis feminis, & mundo muliebri, vt be metu futuræ expugnationis exeuntem, ceperat. Nobilis procus, cui ea penè deſponſa, Maurus reſciuit. Amabat, tunc deperiit. Ocyor aura Fulminis aduolauit, Regique Alphonſo ſe dedidit, libertate non primùm amiſſa, addita captiuitate, profeſſus non poſſe illam dimidiatam ſeruire, integram ſe velle reddere ſeruitutem. Miratus amorem Alphonſus ad Fratrem, cuius erat præda remiſit. Ille accepit, audiitque libenter, ac vt fidem Mauri vltra Punicam, virtute Chriſtiana vinceret, repudiatis, quæ prolixè Procus offerebat, virginem ei, cum ſpoliis in dotem, reddidit. Alexandro, & Scipione ſuperior, quòd illi gloriæ, noſter Pietatis cauſâ fecit.

Bern. Britus. Souſa. Plutarch.

Par propè Eduardi Meneſij Regij item ſanguinis Ducis ſpecimen magnificentiæ fuit, qui captum iure belli iuuenem Xequij Primarij filium, ſpreto ingenti, quo eum Pater redimere volebat pretio gratis dimiſit. Ducenta aureorum millia, quibus Vrimutiraiç perduellis vitam eius vxor redimere tentabat, reſpuit Albuquercius. Ignoto auri argentique pondere Bala Hazenus Maurus Henrici Meneſij pectus expugnare parauit, quò ſe morti cui iuſtè addictus eriperet: ſed inuicti animi integritatem corrumpere non potuit.

August. Emman. in eius vita l. 4. Souſa.

Alterius illa ſunt generis, ſed ſimilia. Eduardum Paciecum Pereriam partis inſignibus de Zamorino victoriis, Rex Cocini, in cuius gratiam Paciecus militauerat, donis ingentibus remunerabat, & tantùm coronam non offerebat. Pacieco nullæ omnino opes, nulla munera placuerunt: Solâ nominis contentus gloriâ, ſtemmata ſibi à Rege concinnata in famæ monumenta accepit, æternitatis æmulus, non cupiditatis mancipium.

Damian. Goes. Maffæius. Oſorius.

Tres illi Heroes ſplendore Sanguinis, & animi magnitudine pares

Franciſcus Almeida, Ioannes Caſtrius, Ludouicus Taydius, cùm ob ſtrenuam nauatam operam, Primus Granaræ, à Ferdinando Rege: Secundus in Africa, à Duce Imperatoris Caroli, Tertius in Germania ab eodemmet Carolo Imperatore magnis præmijs afficerentur, ea omnino repudiarunt, nec ex ijs expeditionibus præter vulnera, honeſtatis, & virtutis argumenta retulerunt. Ac ne comitati deeſſent, eo ſe excuſarunt quòd dicerent eum ſe Regem habere, à quo & militare iuſſi, & benè ſoliti ſperare. In vita Almeidæ. Caſtrii. Taydii.

Illuſtre imprimis Martini Alphonſi Soſæ penè impuberis exemplum extitit. Brigantiæ, cùm apud Patrem virum ampliſſimum eſſet, & ab eo Magnus ille Imperator Conſaluus Fernandez Cordoua, illàc tranſiens magnificè eſſet exceptus, grati animi ſignificationem Conſaluus vt præberet, Bacchatum gemmis torquem in Pueri collum iniecit. Hic tamen modeſtè indignans ſubtraxit. Intellexit, vnde generoſa illa repulſa exiſteret: Torquem retinuit, & gladium ſibi detraxit, eumque Puero tradens. *Accipe*, inquit, *generoſe Puer, dignum tui animi magnitudine munus: eo tu te ad magna patranda accinge victor cupiditatis, & de quolibet minore hoſte victor futurus.* Couto D. 5.

Ex opulentiſſimâ præda, & ditiſſimis ſpolijs Imperatoribus noſtris quicquā decerpere Religio fuit: Nati ad vincēdam auaritiā, ad cōpeſcendam cupiditatem à ſuis Regibus inſtituti. Nam quemadmodum de I V. Alphonſo ſcripſimus, eum ex Saladenſi prælio nihil præter vexilla militaria retuliſſe, ita præclari in Africa Eduardus, & Ioannes Meneſij, Coutinij, Ataydij, Loureyrj, Barrigæ, & in Aſia, Acugnæ, Caſtrij, Taydij, Sampaij, Maſcaregniæ, Sylueriæ, Imperatores, ex ingenti ſpoliorum cumulo præter quædam victoriæ eum periculo monumenta, nihil omnino attingebant. Itaque ex maxima Dabulis, & Pananis prædâ Almeida Prorex ſubridens ſagittam ſibi delegit. Patri Par Laurentius captâ apud Ciaulum claſſe onerariarum, nihil præter partum ex victoria laborem, nomenque retinuit. Id Albuquercio, Armuſiæ, id Goæ, id Malacæ contigit. Id Sampayo apud Calecutum, & Porcam. Id Georgio Meneſio in Maluco, & Banda. Id Petro Maſcaregniæ, Bintani, & Pami. Id Nonnio Acugnæ Chale, Bazaimi, Dij. Id Henrico Meneſio Pananij, Couleti. Id tribus in Cambayco ditiſſimo Imperio inuictis Ducibus Antonio, Hectori, Didaco Sylueriјs. Non poſſum numerum inire, turbat multitudo, & copia narranti nocet. Barr. Couto. Maffæius. Faria. Souſa. Vaſconcel. Manſius.

Non aliena modò noſtri non expetebant; oblata recuſabant. Legatorum, qui ad eos ſolemni illarum gētium more munera deferebant, audiebantur verba, dona vel rejiciebantur, vel ſi accipi oportebat, Regi ſeruabantur, vt ad eum mitterentur. Quòd Vaſquium primum ante omnes Gamam feciſſe legimus, qui vti Indiæ aperiendæ author, ita & Luxuriæ Indicæ caſtigator fuit. Eum alij ſecuti Heroes Henricus Meneſius, Nonnius Acugna, Ioannes Caſtrius, Ludouicus Taydius, ac inter omnes Albulquercius: à quibus opulentæ ex legatorum muneribus Gazæ, in Luſitaniam ad Reges ſuos miſſæ ſunt. Non his contenta finibus Luſitana integritas; adiecit de ſuo donare, vt munificentiæ in mili- Barr. Oſor. Couto.

tari opere ſpecimen præbere. Legatos,à quibus nihil ſibi omninò accepe-
Goeſius. rant, donis de re ſua domeſticâ remunerabant. Milites ad facinora pa-
Barr, tranda, propoſitis de ſuo præmijs inuitabant. Quemadmodum in Africa Ioannes Meneſius ad Arzillam, Henricus item Meneſius ad Calecurū Franciſcus Almeida ad Dabulem, & ſæpè aliàs feciſſe memorantur.

Age verò, eat cogitatione mecum per omnes & Principes,& Duces,aut Africanos, aut Indicos, reperias eos penè omnes, inde pauperes reuertiſſe. Ita vbi occaſio peccandi, ijs reſipiſcendi anſa cum admiratione virtutis erat. Vnde cogendum aurum, & opes colligendæ, inde pauperies exiſtebat. Effundebant ſua,vbi adjicere acceſſione poterant. Itaque noſtri homines non neceſſitate, ſed voluntate ab omni ſe cupiditate,continuerunt. Plurimas tu alibi, ac in Caſtellâ præcipuè adventitiarum aliundè opum acceſſione familias inſtitutas, & ad ſummum ſplendorem perductas inuenies: in Luſitania multas ob ſumptus in Oriente factos ex ditiſſimis pauperes factas, vix vllam è paupere in opulentam euaſiſſe comperies. Neque tu mihi Gamarum obiecetis. Quæ ampliſſima eſſe in Luſitania commemoratur. Nam ea ſanè magna & illuſtria principia habuit, cum Stephanus Gama, Vaſquij Magni Pater, Sinenſis Arcis Præfectus Ferdinando Infanti Regis Emmanuelis Patri in paucis carus, & Purpuratus imprimis illuſtris fuerit:atq; adeò ad Anafen diſſimulato habitu explorandam ab eodem qui expugnare volebat præmiſſus: quem
Hiſt Regis Alphonſi IV. multis ſpectatum rebus Ioannes Secundus, veræ nobilitatis, & virtutis cenſor ad ſuſcipiendam Indicam expeditionem delegerat, ad quam ille
Reſend. ſe ſe magnis impendiis præparabat. Iam verò Vaſquius qui huiuſce clariſſimæ domus amplificator potiùs,quàm Author extitit, omnia incrementa Regibus debuit. Itaque non aut cupiditatis, aut quæſtus artibus ad ampliſſimam dignitatē,ſed Regio beneficio, in eamque paulatim:ac per quoſdam veluti virtutis gradus aſcendit: vt meritis conſecutus videretur. Et quidem illud apertæ Indiæ facinus,Luſitaniam gloriæ, orbem admirationis impleuit. Cuius quòd in partem venire voluit Emmanuel,
Barrius. ſtemmata Regia Luſitana Gamarum Clypeo gentilitio inſeri imperauit. Quaſi eam gloriam armorum permutatione mercaretur: ſeu vt eam
Oſorius. non alio quam Regio nomine dignam iudicaret, atque adeò qui eam
Maffæus, Goeſius. Manſius paraſſet Regum familiæ inſerendum. Nec ille primùm Comes, & Archithalaſus eſt renuntiatus, ſed poſteàcùm iam titulos meruiſſet, & iterum nouo obſequio meriturus. Sanè ita ſe in aperiēda primùm, deinde in adminiſtranda India Vaſquius geſſit, vt nulla vnquam ſiniſtra cupiditatis ſuſpicione laborarit. Homo naturâ munificus & liberalis, multa magnificentiæ,& largitatis monumenta reliquit. Gamarum propè hereditaria hæc animi integri, & magnifici virtus fuit. Stephanus Gama, Vaſquij filius Indiam cum imperio moderatus, tam ſe auaritia alienum oſtēdit: vt faſſus ſit multò ditiorem ad eius clauum acceſſiſſe, quàm receſſit.
Couto. Quare in Luſitaniam reuerſus quòd non ei præmia reſponderent, Venetias conceſſit: vnde poſteà rogatu Caroli V. Imperatoris Oliſiponem redijt, ſua illa apud Indos moderatione glorioſus. Splendidior iacturâ quàm eſſet ſi quæſtum feciſſet. Recens adhuc fama Franciſci Gamæ, Vaſquij

Pronepotis Vidigueriæ Comitis, & Archithalaſſi Orientis bis Indiarum Proregis celebratur: à quo gentilitiæ apud Indos integritatis, & munificentiæ nobilia exempla edita. Cùm comperiſſet hoſtes è Septentrione populos in Indiam appuliſſe, quibus cum bellum gerendum eſſet: alacriter eam prouinciam, in qua magni erant ſumptus futuri, ſuſcepit: illud identidem iactans, *ſe non ad parandas opes, & colligendas diuitias in Orientem, ſed ad Fidem tuendam, propagandamque, hoſteſque Chriſtiani, & Luſitani nominis profligandos veniſſe.* Nota eiuſdem eſt liberalitas in excipiendo legato Sophini, & in Europam Romam, indeque Madritum mittendo, nullâ impendij habita ratione Nec minus celebrata, ſecundâ Indiarum adminiſtratione Religioni liberalitas adiuncta. Cocinum appulſus, & certior factus Religioſas familias, quæ inſtituendis, in Catholica Fide pueris operam dabant, quòd demenſo & ſtato victu carerent, ab eo munere abſtinuiſſe: ſtatim quòd vidit Regium non ſupereſſe, de ſuo ſtatim penu quo abundarent, prouidit. Quare mirum non eſt eum ære magno alieno obrutum deceſſiſſe. Hæc extremis hiſce ac ferreis temporibus quæ cùm alij, tum præcipuè Andræas Furtadus, Cugnalis importuniſſimi, & ſæuiſſimi hoſtis domitor, inaurauit. Nam hic ſpreto Cugnalis auro, militibus à præda reuocatis, Zamorino à muneribus accipiendis, quibus oculos adiecerat deterrito, non minus de hoſte, quàm de auaritia, & cupiditate triumphauit.

Couto D.11. · *Idem l.1.c.11.* · *Barrius.* · *Oſorius.* · *Maffeius.* · *Camonius.* · *Faria.*

Sed ad illa Heroica redeamus. Proprium Luſitanorum in Regionibus illis opulentiſſimis ſpecimen frugalitatis præbere, & luxum domeſticum animi hoſtem vincere. Secum parcè, cum alijs liberaliter agere. Solemne ijs opulentiam parſimonia priuatâ, auaritiam munificentiâ publicâ caſtigare. Ire dites, redire pauperes gloriæ datũ. Primus omnium Prorex Almeida, tam ſibi parcus vt ne vnũ quidem teruncium, vel ex munere, vel ex præda vnquam decerpſerit, tam in alios liberalis, vt eo ſit apud Regem Emmanuelem nomine inſimulatus: quod cum inaudiſſet, occurrit, ſi rata Rex quæ dederat ſtipẽdia habere nollet, paratum ſe eſſe, re ſua familiari dependere. Igitur non opulentus Indiâ ceſſit, & vt hæc eum pauperem emiſit, ita nudum Proh dolor! Africum littus excepit. Magnus Alburquercius maximæ Orientis, & locupletiſſimæ partis domitor non vt ille alius

Spoliis Orientis onuſtus.

Virg.l.2.

Sed vacuus Goam receptus: cuius illud habemus egregiæ inter cætera, piæ frugalitatis exẽpla, quòd expugnatâ Malacâ Emporio celeberrimo, cùm naufragium feciſſet, relictis pretioſiſſimis, quas educere poſſet, gemmis, infantulam mediâ luctantem morte, iniectâ manu eripuit: vt tot opibus pietati litaret. Quid? cum mortem iam in viſceribus, in Goenſi ipſo portu, haberet: nihil ex tam diuturno imperio Blaſio Albuquercio filio, quod legaret, præter breuiſſimam ad Regem Emmanuelem epiſtolam, habuit: eamque vix amicorum precibus extortam. Horũ ſecutus veſtigia Nonnius Acugna qui cùm Indico imperio annos integros decem præfuiſſet, ac in reditu in naui mortuus eſſet, nihil retuliſſe coperitur præter monetas aureas quinque; quas ipſe Regi ſe ſuo teſtamento

Ioan. Barr. D. 1. · *Comment. Albuquer.*

legaſſe compertum eſt; quòd non alio animo accepiſſet. Quid? quòd
Couto. Ioannes Caſtrius, in ſummo rerum Indicarum diſcrimine; cùm magna
Faria. pecuniarum copia opus eſſet; nec, quid daret pignori, domi haberet,
pilos barbæ, quam promiſſam geſtare ſolitus, auulſit, & oppigneraujt.
Souſa. Quàm Abſoloni diſſimilis? hic capillos quæſtui dabat, & ciuium fortu-
2. Reg. 14. nas finibus addicebat, Ioannes hic noſter pilis pignori obligatis Rem-
publicâ liberabat. In tanta diem ſuũ obiiſſe paupertate fertur, vt, quod
non eſſent funeri faciendo pecuniæ, ſumptu publico funeraretur. Eo
mortuo aperto ſcrinio, tres infimæ notæ monetæ, cùm cilicio, & flagro
cædẽdo corpori apto inuẽtæ, perinde ac vellet cilicio paupertatem ſuam
extremã teſtari, addito flagro, vt luxum eo flagellare velle videretur. Eo-
dẽquo iſtos iure, eos recenſere poſſem, quorũ aliquos ſuprà memoraui
nihilo certe priſcis, illis tum Romæ, tum Græciæ miraculis Fabricijs, Epa-
minondis, Ageſilais inferiores. Vnum hîc præterire piaculum eſſet
Conſtantini Brigantij natum in rem noſtram exemplum. Hic enim, cũ
inter bellica ſpolia, Elephanti cuiuſdam apud Indos fatalis, dentem
cepiſſet: cui diuini ab idololatris honores tributi: illumque omnino
abolere ſtatuiſſet: ne qua ſuperſtitionis occaſio ſupereſſet; interceſſe-
runt illius gentis Dynaſtæ, ac ingenti auri ſummâ dentem redimere ten-
tarunt: ſed inuictus Brigantij animus aurum reſpuit: ac in eorum, opũq;
cõſpectu in mortariũ dentẽ conjici, moli, ac in cineres redigi imperauit:
vno ictu, duplici idololatriâ præcisâ ſuperſtitionis, & cupiditatis. Ea re
quidem Moyſen æmulatus, à quo, qui ex aureis feminarum armillis &
torquibus conflatus erat, idololatriæ occaſio, vitulus: igni conſum-
ptus, & in cineres redactus eſt. Nec minoris opus virtutis fuit, aurum
temnere, ne idolum fieret, quàm factum ex auro idolum euertere: cum
in idolo aurum ipſum minùs, pecuniæ amiſſa ſpecie valeret, extrà ido-
lum, aurum per ſe valentius ad expugnandos animos eſſet: nemo enim
dubitet, quantò ſit potentius aurum, quàm quælibet idoli forma
ad hominum mentes capiendas. Nam in idolo vnius tantùm idolo-
latriæ genus, in auro omnia continentur. Quare iure D. Paulus *Aua-*
Coloſſ. 3. *ritiam ſimulacrorum ſeruitutem*, appellauit, quòd qui auro ſeruit, is omni
ſe hoc pretio idololatriæ addictum profitetur.

Barrius. Comminus Authorem aggredior, & illato gradu ſtatione dejicio.
Maffæius. Auri ne cupidi Bernardinus Souſa, Franciſcus Caſtrius in Molucis, An-
tonius Payuius, in Mazacanbus, Ægydius Fernandes, Pandarane, qui
opes ſuas omnes in Fide propaganda collocarunt? Priuatis commodis
Turcellin. ſeruiebant, tres illi Chriſtiani Heroës, Michaël Vazius, Iacobus Borba,
Vaſcus Annes dum Goæ Seminaria, & Collegia erigebant, in ijs que
Lucena. Pueros Chriſtianis inſtitutis eruditos ſuis, & quidem copioſis rediti-
bus ſuſtentabant? Xauerio refragetur oportet, qui neget Iacobum Pere-
rium magnam rei ſuæ familiaris ob ſtudium Religionis acturam feciſſe,
quem conſtat, eiuſdem Apoſtoli teſtimonio, causâ ſe ſe in Iaponiam, Si
namque ducendi magna detrimenta perpeſſum, quæ ille haud dubiè
vitaſſet, ſi ab eo propoſito deſtitiſſet. Fuit ne ab orbe condito Im-
perator, qui aut arma ardentiùs intulerit, aut Imperium ambitioſiùs
dilatauerit,

dilatauerit, aut opes auidius cóquiſierit, quàm Antonius Galuanus ſalutem Molucenſium quos inter Luſitanam pręfecturam gerebat populorum procurauit? In omnes ſe facies vertit, vt illos ad Chriſti Fidem conuerteret. Huic ſtudio curas, vires, opes, officia, dedicauit. Diuitias cùm huc omnes ſuas contuliſſet, & ſuprà ſeptuaginta millia aureorum donaſſet, Abacum quoque ornatiſſimum, & domeſticam ſupellectilem pretioſiſſimam impendit. Vidit illa regio voci Pręconis ſubjici Chriſtiani Imperatoris bona, vt verba Chriſti omnes audirent. Haſta erecta, vt Crux ſtatueretur, Auctio facta, vt Religio augeretur.

Ecquis igitur tam ſit effrons, qui affirmet, Luſitanos cùm in Guineam, Ialophum, Congum, Tongam, Monomotapam, Æthiopiam, Morum, Meliaporium, Trauancorium, & alias incultas & barbaras Regiones ardentes Fidei ſtudio Crucem Chriſti Domini inferebant eos diuitias tantùm, opeſque cogitaſſe? vbi, vbi gentium maiora Romana Fides incrementa, quàm in Iaponijs inſulis habuit? Quid quæſo inde Luſitani præter roſei guttas ſanguinis retulerunt? An cum lectiſſimus adoleſcés Chriſtophorus Gama Æthiopicam aduerſus Mahometanos Reges pro Chriſtiano Imperatore ſuſcepit expeditionem, cupiditatis ſtimulis agitabatur? Non pro Fide opes prodigeret, qui vitam profudit? Rotantem ſuper Turcarum capita enſis fulmen, Laurentij Almeidæ manum, non ardor Fidei, ſed turpis lucri cupido impelleret? Ergo magnus ille Albuquercius cùm præclara illa duo facinora, Nili fluenta auertere, ac Ægyptum infructuoſam prorſus, & ſterilem reddere, & Mahometis infame Mauſolæum demoliri, & nefanda oſſa comburere, vaſto, & celſo animo voluebat, de turpi aliquo lucello anguſtè, & abiectè cogitabat? Pudeat igitur Authorem in tanta rerum luce caligare. Nec ego alias ab eo expetam pœnas, quàm legenda huiuſmodi exempla obtrudere, quæ liuidos inuidia oculos ſplendore ſuo præſtringent. Nec enim dubito quin veluti noctua ipſo lumine torqueatur.

Iidem Authores.

Couto. Vaſconcel.

Maffæius. Oſor. Barr.

Non auri, argenti ve cupidine Luſitanos, ſed Honoris & Gloriæ ſtudio magna in ſuſceptis expeditionibus, & mira patraſſe.

CAPVT SEXTVM.

ASſertâ Luſitanorum, quòd caput eſſe debuit, Religione, virtutem quoque militarem à calumnia vindicemus. Vtrique Author iniuriam fecit: nam qui auaros homines, & cupidos facit, eorum animos abjicit, & turpi ſeruitio libidinis addicit. Et quidem religionem apertè author impugnat, virtuti minus perſpicuè, ſed tamen haud obſcurè detrahit, cùm de gloria militari nihil omnino, de cupidine diuitiarum multa commemorat: & ſæpè alias in huiuſmodi inuectiua virtuti, & fortitudini Luſitanæ obtrectat. Non mihi tamen propoſitum eſt bellicæ Fortitudinis vndique exempla colligere: vel ex ijs eminentia deligere: cùm omnia cenſere infinitum: aliqua excerpere iniuſtum eſſet; tot enim ſunt illa vt iniri numerus non poſſit, tam illuſtria, vt ex æquo videantur

contendere: atque adeo qui vnum alteri offendat? Quare illa mihi adducenda ſunt, quæ cauſæ, & loco hæreant, quibuſquę probentur, ea ſtudia laudis & gloriæ, quæ Luſitanos ad ardua aggredienda impulerunt. Nam ex eo excelſo eſſe, & exaggerato illos animo, ad diuitiarum vſque, mortiſque contemptum liquido apparebit.

Et quidem mihi, in omnium penè ab orbę condito gentium hiſtorijs annalibuſque verſato, quod non impudenter affirmo, illud ſanè compertum eſt, nulli earum tot, tamque illuſtria militaris virtutis, exempla contigiſſe. Non negarim: ſi è toto Reſpublicæ ſpectentur, bello, & opibus, & Imperio multas æquè, ac fortaſſe magis Luſitanis valuiſſe, ſed id mihi vendico, ſi ſingularum facinora pendanrur, non modò vllam noſtris ſuperiores, ſed ne pares quidem protuliſſe. Itaque illud excipio potentiam & diſciplinam, alibi æqualem, & fortaſſè maiorem inueniri. Quæ ſanè ad publicum ſpectant ijs abſtineo: illud ſuſcipio ardorem militum, vimque militàdi, & bellica facta, quæ priuata ſunt, ea Luſitanis ſuperiora contigiſſe: nec ego hac de re dubitem, cum quouis alterius nationis homine diſputando contendere. Priſcis olim Lacedæmonijs qui primas inter Græcos militaris fortitudinis tulerunt, cōtemptus mortis, & ardor animi: Macedonibus magnanimitas, & conſtantia. Athenienſibus aſtus & vigor. Pænis vis, & dolus, Romanis ſolida virtus, inuicta patientia, inuiolata diſciplina fuit. Ad noſtros veniamus: Perſis nobilis, & libera extra dolum, & aſtum fortitudo. Turcis par, ſed cauta, & aſtutiæ miſta virtus. Hungaris viuidus, & celer animi vigor, non admodum tamen certus & conſtans; Anglis impetus ſimilis: ſed firmior & conſtantior. Germanis vis conſtans, & plena neruis, ſed lenta & moroſa. Heluetijs denſum, & ſtipatum robur, ſui tenax, ſed vix liberum, & non ſatis explicatum. Hollandis callida, & ſagax, nunquam ſe deſerens fortitudo. Suedis alta mens, ardens ſpiritus, ferox animus, firma conſtantia. Gallis igneus ardor, viuus impetus, ſumma alacritas, mortis contemptus, inuicta generoſitas, virtus animo magis ſimilis, quàm corpori. Italis cocta, & matura iudicio, & conſiſtens diſciplina, non fluctuans, non nutans. Fortitudo Hiſpanis, excelſus & erectus animi & corporis ſtatus, moderatus impetus, certa conſtantia, inuicta patientia. Luſitani, (abſit verbo inuidia) miſtum quiddam & temperatum ex diuerſis virtutibus ingeniū, vniuerſas propè omnes militares virtutes reddit. Ardēt, fulgurant, cū inuadunt, fulminant, cùm feriunt, nec aut terrentur multitudine, aut copiis obruuntur: ardorem conſtantia, alacritatem vi, agilitatem fortitudine, virtutem perſeuerantia temperant, ſtimulis honoris acti mortem contemnunt, pudet vinci, & pro gloria dimicant, omnes alias cogitationes in bello, præter vnius gloriæ memoriam abjiciunt. Hæc illis pro anima cùm pugnam ineunt. Itaque ſinguli ſtrenuiſſimè, & pro ſe quiſque mira patrat. Vnde fit, vt minus ordines ſeruet, nec enim ille generoſus animi impetus, & viuus calor, qui ſe ſummà, & maximè liberà vi effundit, leges patitur, nec prudentiæ limitibus coërcetur. Compendio dicam. Impetus Gallorum ijs eſt, & conſtantia Hiſpanorum:

Hiſpanorum: mixtúque Luſitanum ex Gallico, & Hiſpanico ingenio dixeris, quòd ſi diſciplinæ patiens eſſet, inſuperabilem omnino fore. Alibi æquos tu Luſitanis Duces, militibus pares non inuenies. Iudicium exempla confirment.

Primus ſit Aluari Nonnij Pererij illius, qui poſtea Caſtellanorum, vt ait Camonius, flagellum fuit. Hic paruâ manu numeroſæ Caſtellanorum Equitum alæ occurrerat: ſuis cedentibus, vnus ille ſubſtitit, & totam incumbentis hoſtis molem ſuſtinuit: Deinde creſcente cum periculo ardore, equo in confertos incitato, obuios quoſq; agés in mediam aciem peruenit, quam etiam perrupit, ac diſſipauit, donec iactis in eum eminus telis, ac verutis equus ſuffoſſus, & prolapſus, Nonnium reſupinatum ruinâ oppreſſit. Caſus audaciam hoſti, & accedendi propiùs anſam dedit, ſed Fortuna virtuti non defuit. Reliquo oppreſſo corpore dextrũ brachium liberum, ac expeditum Nonnio relictum. Eo vſus, tamdiu ſe defendit, & hoſtem arcuit, donec comites confirmati opem tulerunt, & hoſte pulſo victorem in vrbem cum admiratione virtutis retulerunt. An non tu illud brachium fulmen dixeris? & Nonnium nouum Iouem de terra tonantem? Quære in fabulis parem, nam in hiſtorijs certè non inuenies. Camonius. H. ſt. Luſit. Soſa Maced. Faria Soſa.

Simile inter Luſitanos reperies. In Africa Lupus Barriga à Mauris circumuentus corporis ſui, ne elaberetur, viginti quinque cuſtodes habuit. Is captâ occaſione, vnum exijs occidit, occiſum equo deturbauit, & in eum inſiliens, arreptâ haſtâ parmâque in cæteros impetum fecit, eoſque partim conficiens, partim vulnerans profligauit: ſeque ad ſuos lentè, ac eos quandoque prouocans recepit. Barr.

Maius apud Indos virtutis ſpecimen præbuit Laurentius Almeida, incredibilis virtutis adoleſcens. Acto nauigio in turritam Mauricam nauem, quâ milites quadringenti vehebantur, ferreâ iniectâ manu prehendit, momento ſe in eam coniecit; & iactu haſtæ vnum occidit, mox educto gladio, & inſerto ſcuto omnes aggreſſus, quoſdam ictibus perfodiẽs, quoſdam pulſibus clypei agens compulit in puppim: ibique turbantes, ſibique innexos, & implicatos maiore vi inuaſit; donec nauem, vacuã hoſtibus plenam ſui reddidit. Quantis ille viribus polleret aliàs apparuit. In ſũmo prælij ardore machæra ingenti, quâ ambabus manibus regebat, ſtrenuè rem agenti Laurentio, Nayrius quidam, magni vir animi, inſidias tetẽderat. Intentum alienis cædibus, vt interciperet, parmâ obtectus ſubſedit, captato ſe tempore intulit, & ſubitò erectus detecto capite repentino ictu ctura ſecare voluit. Conſuluit ſibi Laurentius, & ſubductis momento pedibus, elatam, vti gerebat, machæram, in eiuſdem ſe attollentis Nayrii caput vi tanta deiecit, vt diffiſſo capite, colloque in duas partes diſſecto ad medium vſque pectus vulnus altiſſimè ad ductum deſcenderit: pendulo, & in vtram partem caderet dubio corpore, pariter in vtramque diſciſſo humero inclinante. Camon. Souſa Maced. Faria. Goezius. Maffæius. Barr. Macedo. Oſor.

Almeidæ miles, Ducis morte irritatus captâ naui, deditionis nomen indignatus in carcheſium, quaſi Arcem aſcendens, coniectis eò, quæ potuit raptim colligere armis, etſi glande iam traiectus, & læuâ amputa- Idem Authores. Faria.

tâ,eâ corporis parte inutilis dextrâ vſus ſeſquibiduum hoſti reſtitit, & deſuper fulminauit,irritati hoſtes in eum tanquam ſcopum ictus deſtinarunt, ſed fruſtrà: ille ſemper obſtinatè repugnâte. Donec armis defectus,& ab Imperatore illius vicem dolente,& virtutem admirâte perſuaſus ei ſe non tanquam hoſti dedidit, ſed tamquam amico reconciliauit.

Couto D. 4. l. 1. c. 18. Similem tu Seeux, an Dentato dixeris, Ferdinandum illum Baldayam Luſitanum apud Molucas Nauarchum, qui Caſtellanis, tum eo mari potentibus, paruulũ eius nauigiũ oppugnantibus,atque adeò multitudine ſuperantibus, fortiter ſe oppoſuit: eoſque cũ magna clade repulit, ſoluſque in certamine perſiſtens, multa & grauia vulnera conſtanter tulit, præſectis cruribus in genua ſe dedit, & in eo habitu corporis depugnauit: donec ei præciſæ manus, vſum armorum abſtulerunt. At ſpiritu adhuc inuictus dedere ſe noluit, & lingua ipſa hoſtes impetens, qua ratione poterat, dimicauit. Tandem ſanguine omni, halituque conſumpto expirauit. Cuius mox cædem Georgius Meneſius egregiè vltus fuit, capta ciuitatẽ Tidorenſi, & Arce expugnatâ, & Caſtellano præſidio deiecto.

Non tu duo belli fulmina Andradios fratres merito appelles? qui ſoli paruâ in ſcaphâ,concitati in ſe nauigij impetum eludentes, in illud ſe intulerunt, & pulſis epibatis occuparunt: Hidalcano qui præſens aderat, indignante & totam contra eos claſſem magnis clamoribus immittẽte. Nec eo Fratres deterriti vniuerſis hoſtibus pares molẽ belli ſuſtinuerũt, nauigium tutati, contemptâ armorum procellâ,quæ in eos vndique ſæuiebat.Diu ea pugna tenuit.Sed caſſo hoſtium furore, noſtri, & naui, & palmâ potiti: tanto Hidalcani ſtupore, vt clamauerit. *A ſe,illis duobus Fratribus ſociis, vniuerſum Orientem ſubactum iri.*

Maris. Dial. 4.
Souſa. Maced.
Goes. Barrius

Antiquius illud, ſed non minus illuſtre. In Aliubarrotenſi prælio(Allijs Cannis que Hiſpanis) Vaſquius Martinus Melius ad occidendum, vel capiendum manu ſua Caſtellæ Regem iuramento adactus, eum per totam aciem volitans quæritabat. Rex ſibi amiſſâ victoriâ fugâ conſuluerat. Fugientem conſpicatus Melius,admotis equo calcaribus inſecutus, manum iniecit euadenti: & in ſolum ex equo deiecit: deiectum gladio interficere paranti, occurrerunt equitum turmæ, Regis ſui vicem dolentes, impetu facto, auerterunt, equum que Luſitano ſuffoderunt. Pedes ille nouam inijt pugnam, & rotato gladio globum hoſtium diſiecit. Sed mox coeuntes, atque alij alijs ſuperuenientes Luſitanum armis obruerunt.

Hiſt. Ioan. I Luſit

Aluari Vazij Almadæ par facies cadentis fuit. Hic magna hoſtium ſtrage editâ cum audiſſet Imperatorem cui militabat, cuique ſe deuouerat iuramento, ſuperſtitem mortuo non fore, ceciſiſſe, tentorium ſuũ adiens & cibo ſe reficiens, rurſum in hoſtem exijt, & certus mori in confertiſſimos ſe iniecit, ibique dimicans, ſtrues cadauerum fecit. Nemo eum comminus aggredi, telis, contis, verutis impetere, nec ille cedere, ſed contra ire, & cædes addere. Demùm fatigatus, & vix trahens animam ſuper cumulos ſe occiſorũ iniecit, & dimiſſis armis, apertiſque brachijs hoſtem vt ſe cæderet inuitauit. *Accedite*, inquit, *tuti, ne timete; iam linquor*

Chron Alphonſ. V. Maris.

animo, ſitim veſtri in me odii, meo ſanguine ſatiate. Metus fidem excuſſit, antequam quiſquam appropinquaret efflauit animam, ne ab alio, quàm à ſe vinceretur.

Hectoris Sylueriæ, Troiano paris Imperatoris, miles Franciſcus Godinius ſociis in naues redeuntibus, ſolus in littore hoſtibus cinctus manſit: vt ſe explicauit, Equitem obuium propiorem haſtâ excepit, tranſfoſſum deturbauit, in equum ſaltu ſe injecit: inſtante alio, gyro facto ſe ſubduxit, è ſolo haſtam iacentem extulit, eâ que in Maurum inuectus eum transfixit, & iniectâ in eius equum manu, prehendit, & cum ſpoliis ad ſuos ſe recepit, nauigio, triumphale pondus, gemitu atteſtante. Fr. Anton. Roman. 1. p. l. 3. c. 24. Couto.

Non minor Gaſparis Carualij virtus fuit. In Malabaricam nauim gladio armatus, ſcuto tectus inſiliit; vnum omnes id auſum petierunt, ille omnium inſtar, omnes ferire, cædere, impellere, fugare, decem occiſis, nauim occupauit, & ſuæ virtutis impleuit.

Solitariæ virtuti ſociati roboris exemplum adiungamus. Tres apud Septam vrbem milites in acie morti deuoti in denſam Maurorum alam equos adegerunt, & tantâ vi pugnarunt, vt eam omnino per rumperent, ruptam diſſiparent, tres que, veluti fulmina campum incenderent: ardere adhuc in fumante ſanguine calidam aciem putares. Mariſius. Auguſtin. Emman.

Quis animus ei Luſitano erat, quem cum glades ferreæ, in ardore prælij defeciſſent, ne ab ictu ceſſaret, miſſa in os manu, dentem extraxit, & in fiſtulam conjecit, quauis pila ferreâ duriorem: certè non ille niſi illato pugno euelleret, nec opus eſſet igni animo ardorem miniſtrante. Barr. Maffæius. Faria. Maris. Souſa maced.

Qui ſpiritus Ioanni Emmanueli, cum in Dienſi obſidionę primus in muri coronam euadens pinnam manu dexterâ tenuit: eâ que amputatâ, læuam iniecit, illâ que rurſum præciſa, cubitis nixus, mento apprehendit, & capite truncato adhuc viſus eſt inniti trunco, & conari. Maris. Cortereal. Souſa, maced.

Quis ardor illi, qui ſcaphâ cum aliis quatuor ſociis vectus, ac in ea ſolus relictus, à tribus hoſtium nauibus impetitus, non modo eas non timuit, ſed etiam prætoriam apprehendit, & quòd non erat ferrea, manum ſuam iniecit, & dimicauit, donec ſocii peruenerunt, quorum ope, naui potitus eſt, ferreâ ad tenendum, fulmineâ ad feriendum manu. Goeſius. Barrius. mariſius.

Quę magnanimitas ei? qui Ciauli, feruente obſidionis impulſu, ardente oppugnatione, imbrè glandium crepitante, nimbo miſſilium ſe effundentie ad muri ſe feneſtellam, altera manu clypeum, altera facem accenſam tenente, applicuit, vt ſi quid occultè moliretur hoſtis, inſpiceret. Et quamquam deſtinatis eum hoſtes ictibus impeterent, iterum ac tertiò rediit, nec deſiſteret, niſi omnia antè exploraſſet. Periculi, ac virtutis teſtimonium ei duodecim infixa clypeo veruta reddiderũt, & Sceuam illum hæc & Fagiolanum alterum ſignificarunt. Pharus cæteris virtutis eſſe potuit. Quis impetus illi? qui ſolus in aperto campo iuſtam hoſtium phalangem inuaſit, eos que vociferans tonitruo primùm vocis exterruit, mox gladij fulmine vulnerauit, quibuſdam occiſis, reliquos impulit, ac penè vicerat, ni ad ſe redeuntes vnici militis, quam multorum eſſe putabant, vim animaduertiſſent. Quare in eum verſi Couto. D. 7 l. 10.

omni armorum genere preſſerunt. Ille inſtar Leonis telis vndique irritati, fremere, indignari, furere, ſaltu huc illuc agi, ictus decutere, vulnera ingeminare, & acto in orbem gladio circumſtantes ferire. Diu reſtitit, ſed exhauſto ſanguine vires defecerunt. Itaque moribundus in arma procubuit; eo habitu ad Ducem hoſtium delatus, ipſius imperio cæſus Chriſtianæ Fidei victima fuit.

Andrada. Faria. Couto. Souſa.

Quæ vires corporis, & animi alteri? quem cùm iam tædium conficiendi in atroci prælio hoſtes cepiſſet, nouamque pugnæ rationem pro voluptate vellet inire, abiecto ſcuto, prodigioſæ ſtaturæ Maurum hoſtem cingulo prehendit, & læua in altum facilè extulit, eoque pro clypeo vſus, quâ denſior erat acies, ſe coniecit, tantò majorem ſtragem edens, quantò meliùs à Mauro tectus: nec diu tamen eum vice ſcuti habere voluit: telum ex eo, incuſſo ad hoſtes corpore: ſeu arietem mole illatâ fecit, quo plurimos proſtrauit. Ergo aciem fortitudinis ſuæ ſpectaculo theatrum reddidit.

Couto D. 6.

Delectus vitio laboro. Quod primùm occurrit, vindico. In ſecunda Dienſi obſidione Iacobus Anaya Corinus vt morem Mazcarenio Imperatori gereret, ſcire quid apud hoſtes rei ageretur, optanti, arce egreſſus, galeâ à ſocio mutuò acceptâ, in campum deſcendit: abditus in inſidiis fuit tandiu, donec duo ex hoſtibus tranſierunt, in quos cum repente inſiliiſſet, vnum haſtâ transfixit, alterum arripuit, & fruſtrà repugnantem ſuſtulit, & in arcem detulit, & ante Imperatorem demiſit. Monitus à ſocio galeam reddere, ad ſe rediens, vt vidit ex ſubito incurſu cecidiſſe, rurſum deſcendit, galeam inuentam retulit, & reſtituit.

Guerrer in expedit. Bracluta.

Herculem hunc, recens alius comitatur Bahienſi in expeditione: Franciſcus à Faro illuſtris tum miles, nunc Comes Odemirenſis. Eruptione ab Hollandis in noſtros factâ ardens animo ingruenti ſe hoſti obiecit, & inter eos inſignem vaſtâ corporaturâ Militem conſpicatus, eum inuaſit, & cùm occidere poſſet, maluit ſeruare, ac in caſtra deducere. Ergo cinxit, & preſſit arctè, & altè ſuſtulit, ceu Hercules Antæum, ſiuè Agyllea Tydeus repugnantis primùm vim brachiorum impreſſu, deinde vigorem ſuccuſſu, demum halitum nexu eripuit & inertem, & brutam corporis molem in caſtra intulit, nec ſenſit pondus, niſi cum ſolo impactum ſonitum reddidit.

Souſa maced. Status.

Roderici nos hic euentus Syluij, monuit, à quo olim Ferox & validus Turca brachiis tantâ vi exceptus, vt cùm armatus eſſet, ferrum ei per pectus, coſtasque adegerit, & diffractis oſſibus, & crepantibus laniatum in terram arietauerit. Armis, quæ aliàs ſaluti eſſe ſolent, exitium afferentibus.

Nec mirùm: arma cedere Luſitanis, quibus robur & æs triplex circa pectus ineſt. Iam olim Caſtellani ſenſere: cùm in Curia, coram Rege & Aulicis illud Luſitanæ virtutis miraculum, Didacus Ribeiro contracto ludicro pedeſtri cum validiſſimo Caſtellanorum, rudibus, vti mos eſt, & hebetibus gladiis certamine, elato in altum brachio, tanto impetu in armatum hoſtem enſem deiecit, vt contuſam galeam in cranium impegerit, illoque ex impulſu diſruptocerebrum cum ſanie miſtum, per ſtricturas galeæ diffractæ excuſſerit.

Arma Luſitani, quod de Romanis tradit Cicero, in membris numerant, oneri aliis, noſtris vſui ſunt. Quid? ſi alarum inſtar eos arma eleuant, & ſurſum agunt? Idem Riberius documento ſit: qui in eadem ſcena toto die bellando conſumpto, ſupremo illo inuictæ fortitudinis facinore edito, vt erat armis onuſtus, præ victoriâ geſtiens in altum exiliit, eo niſu, vt propè feneſtram vbi Rex ſcenæ incumbebat accederet, illumque afflatu nitentis corporis impulerit, tantò ipſius ſtupore; vt clamauerit: plus ſibi admirationis ſaltando alacriter Riberium, quàm cædendo fortiter attuliſſe.

Hoccine eſt pro diuitiis, & auaritiæ ſtudio pugnare? Nihil tam Luſitanis propoſitum, quàm ſecundum Deum, nomen & gloriam comparare, nam quod de Principe tradit Politicus & Catholicus Magiſter, *Alendum eſſe gloria*, id ſibi Luſitani vendicarunt. Humanum id eſt, ſed generoſum, ſed excelſo animo dignum: neque nos præcipuum huiuſmodi in pugnando finem dicimus, ſed Religionis tuendæ, & propagandæ ſtudium: huic tamen magnitudinem quoque animi auidam laudis & gloriæ acceſſiſſe. Id omnino inficiamur, vili eos & ignobili cupiditatis, & auaritiæ ſtimulo paruiſſe. Atque vt rem propius vrgeamus. Amarunt, certè & emerunt pericula Luſitani. Imo diuitias militari gloria dedicarunt. D. Thom de Regimin Principis.

Hominis minime bellicoſi, imo & mercatoris exemplum eſto palmarium. Garciæ Rodericij, qui cùm è Farenſi vrbe, in Taurienſem merces, eaſque copioſas comportaret, certior factus paucos Luſitanos à magna Maurorum multitudine oppugnari, pueris abire cum mercimoniis iuſſis, eo mandatu, vt ea inter ſe, ſi mori ſibi contingeret, partirentur: arreptis armis ſolus ad eos ſe contulit, faſſus malle ſe inter eos pugnantes glorioſè vitam profundere, quàm turpiter quæſtuoſam vitam agere. Itaque iis ſe immiſcuit, animos fecit, ſed quòd ſex tantum erant, non diu reſiſtere hoſti copioſiſſimo potuerunt, maiori noſtri mercatoris laude, quòd certiſſimæ ſe neci deuouiſſet. Hiſtor. Luſit. Maffius.

Nobilius, id eſt fortaſſe, quamquam recentius. Adoleſcentes duo è Luſitania commendatiis litteris Dium venerant. Duci eas reddiderant, eo temporis articulo, quo ille hoſtem è propugnaculo dejicere ſtatuebat. Plena periculoſæ aleæ res erat. Lectis tamen litteris recepit, ſi viuus rediret, officio ſuo non defuturum. Adoleſcentes occuparunt, eò ſe commendari illi voluiſſe, non vt opes ſibi, aut diuitiæ aggregarentur, ſed vt occaſiones militaris gloriæ fierent, & quoniam ea oppugnandi hoſtem apta videbatur, poſtulare ſe ab eo primùm ſibi locum, datâ ad ſubeundum murum ſcalâ concederet. quo ille ſe omni in poſterum officio exolueret. Miratus animum Dux, vtrumque amplexus, voci compotes fecit. Euentus is fuit. Çùm muro ſcalam admouere pararent, excuſſa è maiori tormento pila vtrumque cum eadem, quam applicabant ſcalâ diſcerpſit, miſerando ne an glorioſo caſu? certè laude, & admiratione proſequendo.

Nobiliſſimum illuſtriſſimi bellatoris Ademum vrbs facinus exhibet. Oppugnatum eam Albuquercio Duce Luſitani ierant. Munitiſſimam inuenerunt, nihilò tamen ſeciùs vrgebant. Euaſerant in muri coronam Goeſios Commen. Albuquer.

quidam: cæteris ſubeundi ardor ſcalas diffregerat. Ergo incumbentibus Mauris fermè omnes qui aſcenderant, ceſſerunt, hortante id ipſum Albuquercio. Aliud viſum Gaſpari Soſæ, cui cùm funis ad exſcendendum præberetur, indignatus maluit honeſtè occumbere, quàm ignominioſè deſcendere. Itaque detracto, quem gerebat aureo, & gemmis clariſſimis diſtincto torque. *Abi*, inquit, *tibi conſule, hoc te præmio ad ſalutem inuito. Regi meo renuntia: me, quem eius nomine occupaui, locum non deſerere, imo & ex eo gradum vltrà inferre.* Ergo è muro in medios hoſtes ſaltu ſe coniecit, vbi multis prius interfectis cecidit, eò honeſtiùs, quòd ſe auro antè exonerarat, & quaſi pretio ſolitariam mortem emerat.

Virg. l. 9. Militare decus noſtri non diuitijs ſolum, ſed valetudini etiam ante ponunt. Luſitanus *vita benè credit emi quo tendit honorem.* Calayate (ea Armuſii Regni ciuitas maritima eſt,) excitata in noſtros ſeditione, certum ijs exitum imminebat, itaque cedentibus in naues quò ſibi conſulerent, hoſtes inſtare, vim afferre, & penè inter cluſos opprimere. Ecce tibi Iacobus Ferdinandus Beja impiger nauarchus, quem acutus lecto morbus affixerat, ac eo die ſanguinem miſerat, oblitus priuati periculi, Sociorum memor. *Arma amens fremit, arma thoro tectiſque requirit*, inuentis lecto exilit, & ſeminudus hoſtes armatos aggreſſus, momento debellat: neſcio an ſtupore attonitos, quòd eo habitu Iacobum ab inferis excitatum crediderint. Ille perinde choleram purgaſſet, lecto ſe reddidit.

Par ſuæ ſpecimen virtutis exhibuit, apud Calecutum Ioannes Limius, cùm eidem Arci Præfectus eſſet. Nam cùm arctiſſimâ obſidione ab Imperatore Zamorino cincta eſſet, nec niſi ægerrimè commeatus, & armorũ ſubſidia obſeſſis afferri poſſent: neceſſe erat eruptione factâ hoſtem ſæpius arcere. Quòd cùm ſemel eius conſobrinus impiger adoleſcens Vaſcus Limius ſeptuaginta ſtipatus militibus feciſſet: ac, licet egregie pugnans, in magno diſcrimine verſaretur: audito tumultu Ioannes, qui luxato ex ictu globi tormento excuſſi crure in lecto iacebat, continere ſe non potuit, quin exiliret, & quod domo exire non poterat, feneſtram imminentem littori vbi pugnabatur occupauit, & inde ſcloppeto, tam peritè rem geſſit, vt in quos deſtinabat ictus promptiſſimis hoſtiũ interterfectis, magnum victoriæ momentum attulerit. Etſi ex agitatione animi, corporiſque recrudeſcente vulnere, quod à ſuis auerterat exitium, in ſe penè conuerterit.

Huc pertinet, quod eidem apud Dienſem vrbem contigiſſe narratur. Cùm eâ de oppugnãdâ ageretur, excitatâ de propiore loco inter nauarchos, ceu inter periculorũ cãdidatus contentione, Ioannes naui admorâ, primum locum occupauit. Sed æmulatione accenſus Chriſtophorus Souſa vltrà progreſſus, ſecundum Ioannem à primo fecit. Quòd cum Gonzalus Louleus vidiſſet, eadem gloriæ cupiditate accenſus, vtrumque prægreſſus Principem locum occupauit. Non tulit Ioannes, & ardens cupiditate gloriæ, naui ſuâ velis remiſque intentiſſimis concitatâ loco vtrumque excluſit, eò que ſe intulit, vbi præſens vitæ diſcrimen iniit, nam alliſa eo impetu ſcopulo nauis, diſſolutâ eſt compage diſcerpta, epibatis in

vado

vado ac ipſo in primis nauarcho, deſtitutis, qui ægrè tandem in tutum recepti.

Erat ne illi militi (Ferdinandus is fuit Penteadius) auri & vitæ cura, qui grauiter excuſſo, ex impactu tormentariæ pilæ,& alliſo capiti ſaxo ſaucius, ad chirurgum veniens, videnſque curandis aliis occupatum,ne interim otioſus eſſet?ad certamen rediit,Vnde grauiori accepto vulnere, cùm ad eundem Chirurgum reuerteretur,necvacanté inueniret,tertiùm ad pugnam iit, & relato ex eo tertio, ſed grauiſſimo vulnere,ad Chirurgum à ſociis ductus, vt curaretur;Profeſſus ſe ſponte ſuâ ad pericula: ad remedia inuitum trahi. Patr. Couto. Maus.

Par Ludouico Almeidæ vitæ contemptus fuit. Duobus affectus vulneribus cum elabi poſſet,ſuſtinuit: & duos hoſtes ſe anxiè quærentes ad necem cum vidiſſet, eos opperiens interfecit, alios que inſtãtes auertens galeâ contuſâ,clypeo perforato, armis perruptis,crure debilitato,corpore affecto,luxato que,haſtâ per axillam immiſſâ,pectore transfoſſo,truncus,quàm vir verius, à ſuis ſeruatus, in viuum fortitudinis monumentum.

Quod de Heroibus olim Poëtæ *Arma decent* Luſitanis hæret, quòd iis ea innata, & corpus ipſum armis conſtare, ceu membris videatur. Illud iis accommodo, quod aliàs dixi.

--- Natiuo horreſcere ferro
Membra putes, rigido que artus conſtare metallo.
Armatum ſic arma decent, tam pulcher in ære
Stat ſolido: non pondus ineſt. Ceu membra moueret,
Arma mouet.

Sanè Ternatenſis Rex Boleyfius Luſitanos ferreos homines appellabat, eoque nomine ab antiquiſſimo oraculo deſignatos fuiſſe apud Molocenſes compertum.

Heros ille noſter Petrus Meneſius Author magnæ Domus Villarealẽſis, & Ducum Caminenſium,quem annos duos ſuprà viginti contra Saracenos in Affrica bellare comperimus, Loricam quam ſemel induit, nunquam exuit,eam neque vigilans detraxit,neque dormiens depoſuit,indiuiduam comitem corpori addixit,& aſſuetudine vnum è membris fecit. Nouum hoc Romanis indumentum defuit,quod togæ, & prætextæ adderent. Quam procul à mollitie, qui tam duriter & veſtiebatur, &cubabat?Certè non poſſet non à fartis molliſſimâ plumâ culcitris abhorrere. Goeſius.

Neſcio an ſit ſequens exemplum accommodatius? Gaſpar Diaz apud Armuſiam ſaltu in nauim hoſtium iniectus, dextram primò incurſu ex vulnere amiſit. Ea vti erat apprehenſo gladio armata in nauem incidit; nec amputata gladium dimiſit. Videres manum iacentem à reliquo auulſam corpore,gladio tamen hærenté,quem premeret, & verſaret illa ſuo adhuc calore feruens,& ſanguine ebulliente viuax:quaſi ferrum pro anima eſſet. Certè animus priùs manum abſciſſam quàm ferrum deſeruit. En vti armis non modò Luſitani induuntur, ſed etiam animantur. Macedo.

Addo momentum. In obſidione Dienſi contra propugnaculum miles haſtam in hoſtem intenderat, eáque complures transfixerat,

V

Barr. Couto. irati extrahere tentarunt; cùmque ille proximè feriendo accederet, fuerunt, qui è muro, in haſtam manus inijcerent, conati eripere; ſed quòd auelli tam facilè membra non poſſunt, extrahere non potuerunt. Leuarunt in altum hærentem haſtæ, & commiſſum ei corpus in aere ſuſpenſum videres: nec eâ auulſa: indè cum eâ in terram dimiſſus.

Igitur Luſitanis, armis ad tuenda corpora opus non eſt, quòd membris armantur. Adduco lepidum, & iocoſum in re graui exemplum: Phtyſi laborans miles Arzillenſi teſtudines optabat, quòd ei morbo ſalutares ſunt. Erat in hoſtico Lacus, & remedium: nec propè; vi & cum periculo quęrendum. Salus multorum, vnius ægroti valetudine vilior. Goezius. Mans. Duodecim ſe ad id milites obtulerunt. Equis, armis expeditis portis exierunt, & nemine hoſtium obuio ad lacum acceſſerunt: viderat hoſtis, ſed armatos, & prudentes aggredi noluerat. Quid agerent obſeruauit. Illi remedio quęrendo intenti ſibi principio conſuluerant; deinde cum viderent nihil in proximo, aut moueri, aut turbari laxatâ cuſtodiâ remiſerunt curas. Et quòd feruentior erat æſtus, non armis modo ſe, ſed veſtibus etiam ſpoliarunt, ac ſe in lacum nudi miſerunt, & verſo in leuamentum periculo natarunt: natantibus ſuperueniunt hoſtes & clamore ſublato circumſiſtunt. Ii non malo attoniti, ſed cauti, è lacu exilientes, equos nudi, nudos, & infrenatos inſiliunt, & arreptis, quas in lacus ripa defixerant, haſtis, in hoſtem irruunt. Pauor, admiratio, tumultus vulnera arcuerunt, via in oppidum aperta. Hanc arripuerunt: hoſte in ſectante, in quem quandoque conuerſis equis irruebant, & gyro ſæpe facto eludebant. Itaque eo longiùs acto, ſalui omnes & incolumes in oppidum eo habitu ingreſſi totum lætitia, & plauſu: imò & riſu impleuerunt.

Doleo non poſſe me omnia inuictæ virtutis monumenta colligere, Couto. D. 4. Vnum eligo, & aliam viam inſtituo. Limes hic eſto ad fixam Antonii Caſtrii victricem manum. Indico. Huic aduerſus hoſtes ſtrenuiſſimè pugnanti, haſta quodammodo fatalis fuit, nam eâ quadraginta milites interfecit; itaque nemine cum eo congredi auſo, eminus ſagittis impetere cœperunt. Accidit, vt manus quibus mouebat trabalem haſtam ſagitta confixæ eidem haſtæ remanerent, quas cum non poſſet extrahere à feriendo deſtitit. Hac ratione locus hoſti eius occidendi factus. Moriens ſibi Trophæum fuit: haſtam euellere hoſtes non curarunt: ſuo eſt ille ſepultus triumpho. Veræ virtutis effigiès immortalitati donanda.

Satis hæc ad calumniam retundendam, ſed non ad cõmendandam militarem noſtrorũ virtutem. Quę hactenus probata, ea inter priuatã militũ ſphæram ſtetit. Quid ſi ad Duces, ad obſidiones & Prælia, tum naualia, tum terreſtria extenderemus? Namquem tu in acie Frorazio, & Vermiſio antiquis Ducibus parem dederis? Quem Laurentio Viegæ, quem Egæ, quem Mendio Moniſiis? quem Amayæ cognomento Bellatori, quem Roupinio ſimilem exhibueris? Pelaio Correæ noſtro Ioſuẽ, Didaco Riberio fulmini noſtro, Ioanni Melio noſtrarum partium Aqui-

læ, quem æquipares? Excute Annales non elicies: quem Ioanni Rodericio Saa, tum mari, tum terrâ victori conferas. Antonio Vaſquio Almadæ, Mendetio Rodericio Vaſconcello, Martino Vaſquio Acugniæ, Aluaro Vaſæo Almadæ, Ægidio Ferdinando Eluenſi, quos tu deſtines aduerſarios? Quid ego commemorem in Africa Meneſios, Coutinios, Ataidios, Barrigas, Lourerios, Maſcaregnas Noronios, Pezanias, Francas, & alios viua fulmina, tela animata, certiſſima Maurorum exitia. Ad Indos ire non audeam, ne iniuriam delectu faciam. Nam Indiarum moderatores, & Duces ex compoſito à Deo facti videntur, vt ex æquo inter ſe de virtute pugnarent. Vaſquio Gama quis animoſior? Almeida quis conſtantior? Albuquercio quis ardentior? Sampaio quis ferocior? Henrico Meneſio, quis feruidior? Nonnio Acugnâ, quis peritior? Garcia Noronia, quis prudentior? Stephano Gama quis fortior? Martino Alphonſo Soſa, quis bellicoſior? Ioanne Caſtrio, quis acrior? Ludouico Ataydio, quis pugnacior? Cæteros Capralios, Maſcaregnios, Mendocios, Tauoras, Barretos, Coutinios, Albuquercios, Azeuedos vno verbo commendem, ſi eos priorum virtutem conſecutos affirmem: meruerent alij terrâ marique victorias, nos certè numerum inire non poſſumus. Duces Caſtellanis contigerunt, nos abundauimus. Indica maria ferueut Ducum noſtrorum palmis, ac trophæis. Eminent, Syluenæ, Saldagniæ, Acugnij, Limij, Melij, Gamæ, Andradij, Macedij, Attaydij, Veigæ, Noroniæ, Syluæ, Furtadi, Fariæ, Maſcarenij. Duæ illæ belli Luſitanici procellæ, quas hoſtium naues depreſſerunt? Freire, & Botelius. quorum ille inter multos fortitudinis in aduerſis: hic & virtutis, & felicitatis inuictæ primas tulit. Dolent adhuc illa Orientis maria extinctum Botelium Ducem, quem domitorem ſibi fore gloriabantur. At quòd victor ceciderit, Fortunę minus indignantur.

Nec inficias ierim Caſtellanis optimos Imperatores contigiſſe. Sed id tamen animaduerto plurimos externos, & peregrinos extitiſſe. Nã Colũnios, Gonzagas, Borbonios, Lanoyos, Piſcarios, Vaſtios, Stipicianos, Farneſios, Spinulas, Aurias, Franiſpergos, quorum maximæ partæ & virtute, & prudentiâ victoriæ, aliarum gentium Imperatores fuiſſe conſtat. Quid? quòd hiſce annis ſexaginta, quibus ij nobis imperarunt, noſtris plurimùm, & Ducibus copiis vſi magnâ imperio ſuo acceſſionem fecerunt? Imo & proximis tẽporibus noſtrorum apud eos opera enituit. Nonnè in Germania noſter Philippus Syluius, Heros clariſſimus, inuicti ſe Guſtaui Adolphi ad Franquendalium copiis oppoſuit, & cedente ei reliquâ tum Caſtellâ, tum Germaniâ reſtitit animoſus, & torrentem illum victoriarum auertit? Quem Imperatorum illo aut peritiorem, aut fortiorem aut conſtantiorem habuerunt? Cuius ſanè iactura communibus eſt lachrymis deploranda. Quanto in pretio apud ipſos fuit ille in Belgio Polemarchus Antunius, qui multos ad ſummam rei militantis gloriam Duces inſtituit? Propero. Præfectos hodieque, & terreſtribus copiis, & maritimis videmus eos Luſitanos, quos aut caſus aut conſilium in Caſtellam auexit. Vnus mihi ſatis eſt Britus, quo vno ſtat in Catalonia Res Caſtellana; etſi pudeat eum contra Gallos,

Vide Iouium Guicciard. Sandoual.

quos vnicè diligimus, Luſitanum bellare.

Luſitanorum id proprium fuit. Nullos externos Duces, milites nullos Europæos admittere: ipſi imperare, ipſi ordines ducere, ipſi militare, ne quid peregrini de militari laude decerperent. Quòd ſi inire Caſtellani Ducum numerum velint, & delectos cum noſtris comparare, vereor, vt & numero obruantur, & gloria ſuperentur. Et quidem, vt illos occupemus, quos validè poſſunt obiicere. Magno Conſaluo, Magnum Albuquercium, Antonio Leiuæ, Ludouicum Attaydium, ſtrenuè opponemus. Reliquos non ij auſint obijcere. Nam quem parem Nonnio Aluares Perreira, quem Petro Meneſio, quem Infanti Henrico, quem Franciſco Almeidæ, quem Eduardo Meneſio, quem Nonnio Acugnæ, quem Petro Maſcarenio, quem Ludouico Vazæo Sampayo, quem Ioanni Caſtrio, quē Henrico Meneſio, parem deſtinent? Iam verò quis cum Eduardo Pacieco Luſitano Achille conferendus? Cuius militaris virtus fabuloſi cuiuſpiam Herois laudem æquiparat. Nec ego Antonii Galuani, Georgij Meneſij, Hectoris Sylueriæ, Didaci Sylueriæ, Ioannis Maſcarenij, Antonij Sylueriæ, Vaſci Ferdinandi Cæſaris, Georgij Maſcarenij, Antonij Saldaniæ, Conſtantini Saa palmas commemoro. Quin & adhuc obſidionibus abſtineo. De quibus id dicere non verebor. Obſidionales coronas Luſitanorum proprias, ob clariſſima in iis edita facinora fuiſſe: nuſquam maiora virtutis miracula mueneris. Percurre Annalium monumenta, Dienſes obſidiones duas, Ciaulenſes totidem, Goenſem vnam, Malacenſes tres, Calecutenſes duas, Marzaganenſem vnam, Mozambiquienſem alteram lentè conſidera: periclitari in tot, tamque præclaris virtutis operibus fidem comperies. Omnibus ſanè illarum eo tempore Arcium Præfectis, erigi ſtatuæ, & in Lararijs præſtantiſſimorum Regum collocari poſſent, ſi multi Franciſco I. Chriſtianiſſimo Galliarum Regi, veræ virtutis æſtimatori, qui eam Antonio Sylueriæ poſuit, ſimiles extitiſſent.

Vide African. & Indicae Hector.

Vide Bar. Cout Maffæi. Maris. Oſorium. Goeſium. Andradam. Couto.

Vrgetur idem Luſitanicæ virtutis argumentum: & cùm admirandam eam, tum maximè Religioſam fuiſſe apparet.

CAPVT SEPTIMVM.

Daman Goeſius de mori. Æthiop.

VEra illa, & appoſita in rem noſtram ab Helena Regina Æthiopiæ, Regis Dauidis matre ſcripta litteris, ad Emmanuelem Regem Portugalliæ ſententia. *Luſitanorum apud Indos rei bellicæ opera miraculo eſſe, quam fidei propiora: neque humanâ manu, ſed Diuinâ virtute patrata videri.* Quod ſanè non ad exaggerationem tantùm, ſed ad veritatem quoque accommodatum, vti mox exemplis Diuinæ nobis opis allatis, patebit.

Nulla ſanè major animi magnitudo, quàm cum efferato mari, ventis furioſiſſimis, procellis fœdiſſimis luctari. Vnde tantoperè Poë-

tæ Argonautas illos primos & admirantur, & deteſtantur. Igitur Luſitanis noſtris.

Robur & æs triplex Horat. l. 1.
Circa pectus erat, qui fragiles truci
Commiſere rates mari.

Cum illud rude, ac brutum, ac nauiũ inſolens inſueto oneri nauiũ iratũ furebat. Cùm præſertim noſtra illa maria ob vaſtam nauigationem, ob breuia, & Syrtes, ob vada non explorata, ob immania audaci proiectu Promontoria, multò cæteris periculoſiora æſtimentur. Eam tamen vaſtitatem ſæpè emenſi omnes iuſtis nauigijs, & vnus Iacobus Botellius paruo lembo auſus eſt trajicere, qui diu in memoriam admirandæ audaciæ ſuſpenſus palàm fuit, donec temporis iniuriâ perijt. Nec nobis hac quiſquam parte conferendus, quemadmodũ poſteà contrà Caſtellanos probabimus, certè Bartholomæica noſtra, primũ: Mox Gamica nauigatio orbem attonitum periculi nouitate reliquit. Quare grauiſſimus Italorum ſcriptor, *inſanam*, eam appellauit. Ac ne quis nobis objiceret Columbicam, (quæ tamen noſtra eſt) Magallanica effecit, ipſâ ni fallor longe & vaſtior, & periculoſior. Ex qua qui redijt Canus orbem primus circumnauigauit. Iam verò Americus Veſpucius authore Emmanuele Rege noſtro, Americanam expeditionem Luſitanam reddidit: pari quodammodo Americo: Columbo, & Magallano pari relato. Itaque rectè noſtros homines doctiſſimus vir Theophylus ſuâ illâ celebri apud Paulum Tertium oratione, *Domitores maris* appellauit. Barr Couto. Manſius Macedo. Paul Iouius. Boterus.

Nec terra minùs Luſitani peregrinando fortiores. Indicam, & Æthiopicam regiones per vaſtiſſimas ſolitudines, per montium aſpera, per rupium ſcabra, per vallium ima, per ſyluarum impedita, per ſaltuum occulta, per fluminũ flexuoſa, per gentium immania, per terrarum varia, per barbarorum inſidioſa explorarunt. Tot vnus actis antè ſæculis inuentus eſt Paulus Venetus, qui huiuſmodi expeditionem, faciliore tamen compendio ſuſciperet, cùm multi è noſtris vno ſeculo multo maiores circuitus confecerint. Payua & Couillanus, ac demum Tentcrius Conimbricenſis, qui & omnes peregrinationis periodos ſcripto mandauit, atteſtantur. Paul Venet. Goeſius. Barrius. Couto. Manſius.

Et quidem non cum hominibus tantùm noſtri, ſed cum feris quoque bellarũt; eaſque ſibi ad certamen deſtinatas confecerunt. Tygrides Braſilicas, Leones Punicos, Elephantos Indicos, quæ iſthìc feræ validiores eſſe ſolent, pares delegerunt. Quid? notis, & communibus non contenti, noua & incognita monſtra, more Herculis prouocarunt. Cuiuſmodi fuit draco ille, Regni Sindici vaſtator, quem omnes incolæ exhorreſcebant, & Tartareum fœtum putabant: mirandâ craſſitie quintam ſtadij partem occupabat: quocumque ibat, animata terrere, fugare, occidere: inanima vaſtare, comminuere, delere. Hunc igitur Gaſpar Montarroius in arena parem delegit, ſeque illi ſcuto, & gladio, ne eminus impeteret, armatus compoſuit. Indignatus audaciam hoſtis, horrendo ſibilo claſſicum cecinit; quo deterrere voluit, eo incitauit. Impetum acriùs fecit, & attollentem ſeſe, & cærula colla tumentem Couto. Ex veteri manuſcr.

ictu immani excepit, quem ille grauiter ferens, vlciſci, reductâ, & excuſsâ caudâ parauit, ſed cautus Luſitanus eluſit, & ingeminato vulnere confecit. Porrectus, dolore mortis virus euomuit, aëremque vicinũ infecit, herbas extinxit, & diem luridum reddidit: Luſitano non nocuit, qui ceu nihil omnino grande patraſſet, abierat. Sed latere non potuit; ad eum enim incolæ inſigni pompâ venerunt, tantùm non adorantes: quin & eum magnis & ſuperſtitioſis honoribus affecerunt. Hunc tu Theſeo & Alcidæ Heroëm adnumera.

Auguſtin. Emmanuel. in vita Eduardi Meneſii. Li.n.13. Maiorem quàm pro humanâ virtutem Heroïbus Luſitanis fuiſſe, non vnius auctoris, nec domeſtici ſententia fuit. Id de noſtris apud Pænos iactare ſolitus Xequius nobiliſſimus Marſoquius, *Inuicti*, aiebat, *omnino Luſitani: quibus inſita diuina quędam, & occulta vis: cui humanæ vires pares eſſe non poſſunt.* Idipſum Potentiſſimus, Orientis Rex Nizamalucus de noſtris Reſend l. de Antiquit. Luſitani. apud Indos Ducibus ſerió affirmabat. *Eos eſſe Luſitanos, quos vis nulla mortalis poſſet frangere. Itaque Diuinâ ad ſuperandos eos opus fore.* Calculum addidit Camonius.

Camonius cantu 1. octaua 2.

Em perigos è guerras esforſados
Mais do que prometia a forſa humana.
Bello egregii, forteſque periclis
Grandior humanâ virtus quibus obtigit, omnem
Et victura fidem.

Quis credat Simonem à Souſa Galuanum vnica naui Septuaginta claſſiariis claſſem totidem nauium & quatuor hoſtium millibus inſtructam diem ſolidum ſuſtinuiſſe? Quis Lupum Mezquittam è lembo in nauim ducentorum Maurorum cum ſociorum exiguâ manu inſiliiſſe, eamque occupaſſe? Quis Ferdinandum Serranum celoce paucis ornatâ militibus Couto D. 4. L. 2. integræ & iuſtæ Bintani Regis claſſis inſtructiſſimæ dies quindecim impetum, vimque tuliſſe, ſeque perdenſiſſimam nauigiorum ſyluam ad Regis vſque, qui ponti ciuitatis incumbebat, conſpectum intuliſſe, fugaſſe, viciſſe hoſtem, & viginti affectum vulneribus viuis ſuæ fortitudi- Couto ibidem. nis teſtimonijs triumphali ad ſuos plauſu rediiſſe? Ecquis non admiretur Henricum de Macedo nauim vnam, aduerſus ingẽtem Achenorum claſſem decem horas pugnãdo defendiſſe, liberumque inde & ſemimortuũ, naui ita quaſſatâ & diſſolutâ, vt vix hærerent tabulæ, receſſiſſe? Quem non in ſtuporem inducat Michaëlis Ayalæ virtus, cuius in ſcapham qua quindecim ſocij vehebantur, cùm multa Malabarium nauigia irruerent, & pugnare in orbem cogerent, toto die bellando inſumpto, ipſe Idem lib. 8. tandem alijs depreſſis, alijs fugatis, ſaluus, & victor euaſit.

Fidem ſanè excedunt, quæ Franciſcus Almeida in Mirhocenum & Dabulum patrauit. Quæ Albuquercius, Armuſiæ, Goæ, Malacæ edidit. Quæ Henricus Meneſius apud Pananem, Couletem, & Calecutiũ. Quæ Petrus Maſcarenius Bintani. Quæ ad Bacanorium Lupus Vas Sampaius & ad Porcam. Quæ Nonnius ad Chaleſium, Bazaimum, Dium. Quæ Stephanus & Paulus Gama fratres Malacæ. Quæ Georgius Meneſius Barocij: Quæ Antonius Correa Baharemi. Quæ tria illa belli fulmina Hector, Antonius, Didacus Syluerię in Malabarico, Cambayco, ac penè toto

Orientalis Indiæ mari. Quæ Martinus Alphonſus Soſa apud Repelinum, Ceitauacam, Colanũ. Quæ Antonius Saldacinia apud Cambaiam. Quæ Chriſtophorus Gama apud Æthiopas. Quæ Andræas Furtadus in Cugnalem. Quæ Antonius Sylueria Dij. Quæ Ludouicus Freire de Andrada Ciauli. Quæ Ioannes Maſcarenia Dij, Franciſcus Maſcarenia Ciauli. Quæ Armuſiæ Rodericus Freire, quæ Malacæ, & apud Acenum, Nonnius Aluarez Botelius, Ceilani, Conſtantinus Saa. Ea certè ſunt miraculo, quàm verò propiora. Nec dum ego illa ſumma, quæque citra opem vimque diuinam patrari non potuerunt. Cuiuſmodi illa ſunt quæ Eduardus Patiecus aduerſus Zamorinum, eiuſque innumerabiles terra marique copias perpetrauit.

Quî enim humanis viribus fieri poſſet, vt paruâ octoginta Luſitanorum manu, paucis auxiliaribus indigenis, veriùs vmbris quàm viris, quinquaginta millia hoſtium in noſtros terra marique inuecta, copijs terreſtribus, ſcloppetis, lanceis, ſagittis, verutis, enſibus armatis: naualibus tormentis, ignium excogitatis inuentis, turritarumque machinarum ſuper tabulata nauium eminentium apparatu metuendis. Hæc tamen omnia noſtri virtute diſſiparunt, ſepties hoſte repulſo, Zamorino primum bombardæ tonitru, qui proximè ipſum glandem eiecerat, territo, mox fugato: tredecim ſuorum millibus, partim quos ferrum abſumpeſerat, partim quos varij bellorum caſus abſtulerant, deſideratis. Eum non immeritò Princeps Poëta Camonius Achillem Luſitanum, & Magnum Pacicum appellat.

O gram Pacheco, Achilles Luſitano. Camon.

Magnus

Paciecus, portans & nomen, & omen Achillis.

Par penè Pacieco, Antonius, Galuanus, Moluccenſis, Arcis Præfectus fuit. Coniuratis in eum omnium Inſularum Regibus, collecto numeroſiſſimo exercitu, bellũ ei paucis militibus Luſitanis, multò paucioribus ſocijs ſtipato illato. Non modo vincendi: ſed ne euadendi quidem ſpes erat. Externus ille, ab India diuiſus arce intuta ſuorũ exiguo numero, vix centum & viginti: fluxâ auxiliariorium, & ambiguâ fide, minus ducentis, aduerſus octo Reges, & quinquaginta militum millia quî poſſet, vel in acie dimicare, vel in arce defendi? Sed cõcepta ſpe de ſuperũ ob egregiam in eos pietatem, ope, in aciem copias eduxit. Animos ei ſuperi fecerunt, congreſſus fudit, ac in fugam compulit, nec deſtitit, donec Regiâ vrbe, & Arce potitus in eius turritis apicibus Trophæum Crucis collocauit. Cuius beneficio vieiſſe argumentum ſit, quòd neminem ſuorum amiſerit. Couto. Maris. Maffeius. Faria.

Admiranda in obſidione Dienſi ab Antonio primùm Sylueria, & ſocijs, ac deinde in ſecunda, ab Ioanne Maſcarenio, & comitibus contra Turcas, & Cambaios facinora, citra opem, auxiliumque diuinum patrari certè non potuerunt: nec illa in Ciaulenſibus, Malacenſibus, Goëſibus, Calecutenſibus, Marzaganicis, quòd paria ſunt, Sine Numinis & auſpiciis, & virtute geſta. Vnde tanta animi, & corporis fortitudo feminis in Dienſibus obſidionibus, vt arma virili animo tractarent, & ſuos

ad pugnam accenderent & iuuarent, & hoſtes, cùm opus eſſet ſtrenuè propulſarent. Earum cum aliàs, tum in hiſce obſidionibus tanta virtus militaris fuit, vt ſatis ſint, quæ illius documenta dederunt, ad calumnias Authoris refutandas. Satis nota & celebrata Iſabellæ Vegæ memoria, quæ collecto, quibus ipſa præerat feminarum globo, arma militibus omnis generis miniſtrabat, & in eorum ſæpè locum pugnãdo veniebat. Nec minus certè clara Annæ Fernandiæ, cui cum muros ad accendẽdos noſtros circumeunti oblatus expirãs è vulnere lethali accepto filius vnicus fuiſſet, rupem ſe dolori exhibuit, & receptum placidè in vlnas, & agentem animam conſolata, cum mortuum vidiſſet, deſeruit, & in murum reuerſa militari officio ſe reddidit. Illuſtriſſima extitit Barbaræ Fernãdiæ, quæ eidem intenta operi, cum in filium, cui ex ictu pilæ immanis viſcera rupta, incidiſſet, mirabili conſtantia, vitalia manibus tenuit, ne effluerent, & tandiu inter brachia materna fouit: donec expiraret: nullo matris ad dolores, & mortem reddito gemitu: quem cum reliquiſſet, pugnantes non deſeruit, addito ad maius conſtantiæ ſpecimen exemplo: nam proximo die, alter qui ei ſupererat filius, ſimili eſt fato abreptus, quin tamen illi duplicata iactura, etſi dolorem auxerit; de conſtantia quicquam detraxiſſet.

Quid? quòd in ſecunda obſidione Iſabella item Fernandia femineam aciem duxit? & ſæpè viris deficientibus ſubſtituit feminas. Quarum vna ingruẽtes temerè per occultum oſtium Turcas accepto venabulo repulit, repulſos ſuſtinuit, & longiùs egit, ac ſuperuenientibus noſtris militibus omninò fugauit. Nec mirum, cùm Zafini quòd arctiſſima obſidio, eſſet, nec milites ad propugnandum ſufficerent, feminæ adlectæ tam fortiter, & ſtrenuè rem geſſerint, vt nullum in feriendo, & propellendo hoſti diſcrimen inter viros & feminas, ex Maurorum confeſſione fuerit: ita & vrbs ſeruata, & obſidio ſoluta. Nec opus erat feminas prouocari. Ipſæ ſe ad pericula inuitabant, quemadmodum Zafini accidit cæſo in acie per ſuam negligentiam clariſſimo Imperatore Nonnio Gonzalues Attaidio: cuius cùm allata ad vrbem cædes eſſet, & qui cum eo interfecti fuerant propugnatorum fortiſſimos cecidiſſe, aduentare Mauros, & capiendæ ciuitatis occaſionem pulcherrimam nactos eò copias omnes, & machinas admouere. Deliberatá morte ferociores feminæ ad arma primùm, deinde ad portas, & mænia cucurrerunt, ac partitis inter ſe ſtationibus hoſtem propulſarunt, attonitum, & ſuſpenſum præſidij ſubiti nouitate.

Souſa Maced

Nec minùs de ignauia mulieres, quàm de auaritia, triumpharunt: vt & in feminis abundè ſit, quo Authoris calumnias depellamus. Ioanni Caſtrio magno illi Indiarum moderatori, & primo de Indico hoſte explicatis iuſta acie vexillis triumphatori, in ſumma Regiarum facultatum penuria ſubſidium à Goenſibus ciuibus enixe poſtulanti, neque ſatis pecuniarum pro re (ea erat Dienſis arcis inſtauratio) è ſymbolis colligenti, feminæ mundo ſuo muliebri oblato, nullo ne annulo quidem ad ornarum relicto, ſatis fecerunt: cùmque poſtea ille rependeret, indignè tulerunt: iactantes non à ſe eo animo aurum donatum, vt redderetur.

Couto. Parallel. Luſit. Faria. Souſa.

Paratas

paratas eſſe ſe in Regis ſui, Reipubl. que vſum, non modo ſupellectili ſpoliari, ſed & filios quoque vendere, ne aut tu Romanas, aut Carthaginenſes Luſitanis feminas anteponas. Plutarch.

Mira ſunt hæc, ſed intra naturæ vires, & terminos continentur. Aggrediamur ea, quæ diuinæ ſunt potentiæ argumenta: & vltra vim opemque humanam euecta altioris ordinis eſſe videntur. Igitur Crux illa purpurea Alphonſo Albuquercio, in cælo oblata, quam ille prouolutus in genua, effuſus in lacrymas adorauit, diuinæ erga nos Prouidentiæ, & ſignum, & pignus extitit. Tremor ille horrentis Pelagi, & nimbi citra nubes effuſio, quo prodigio Vaſcus à Gama in Indiam Prorex exceptus, naturæ omnino vires ſuperaſſe viſa ſunt. De quibus nos inferius dicemus. Illa Conchyliorum ſubita ad Arcem Cananorij, ad ſingulare famis obſeſſorum remedium, & procax inundatio, è cælo excitata, non ambigitur. Fierine caſu, arteve humanâ potuit, vt glandes ferreæ è tormẽtis excuſſæ in pectora noſtrorum impactæ, vel reſilirent, vel molleſcerẽt? quemadmodum & apud Dium & Ciaulum legimus accidiſſe. Teſtis miraculi fuerit Parma illa Ioannis Homem, Almeidæ militis, quæ immanem ferream pilam cerea ſibi blanditie adulantem ſenſit. Cum ſagittę ex arcubus ſummâ vi emiſſæ in medio curſu tenore mutato in hoſtem, qui intorſerat conuerſæ redibant, & inlata cuſpide feriebant, nonne ſuperna vi retro agebantur? & à noſtris in aduerſarios exitium conuertebant. Quod Camonius egregijs verſibus expreſſit.

Ioan Barr. Oſor. Maffæius. Comment. Albuq. Barr D 3. Maffæius.

Alli verâm as ſetas ſtridentes
Reciprocarſe, a ponta no ar virando
Contra quem as tirou, que Deos peleia
Por quem defende à Fee da madre Igreia.

Camonius Cantu 10. octaua 40.

Quæ ſic vel annumero, vel appendo.

Aſpicient illic ſtridentes ire ſagittas
Arcubus emiſſas, medioque reflectere curſu
Spicula, & auerſum iacientis figere pectus.
Sic Deus è ſuperis pugnantibus arma miniſtrat,
Qui Fidei leges, ſacrataque iura tuentur.

Noſtra verſio

Arma certè noſtra, ſæpè Cælites auxiliares Religioſa ope ſua probarunt. Semel Diua Virgo adeſſe, bis Iacobus Apoſtolus, ter Thomas, ſæpè Angeli viſi ſunt: noſtris & prælijs, & expeditionibus ſacrum ſanctiſſimus Xauerius momentum attulit: & arma noſtra in Chriſtianorum defenſionem inuitauit. Tanta Religionis Luſitanæ apud hoſtes opinio erat, vt cùm vellent in ſummo vitæ, aut fortunarum periculo eorum arma, aut ſiſtere, aut auertere, Crucis ſignum redderent, & proponerent: cuius aſpectu, vel in maiore ardore prælij motum in Luſitanos, & à cæde temperaturos credebant. Priuatæ ſępè, imò & communes Reipubl. illatæ aliquando iniuriæ à noſtris condonatæ. Si qua in Religionem, Eccleſiamque redundabat: de ea iuſta ſemper vindicta ſumi ſolita. Quemadmodum apud Pandaranam Iaſanapa-

Barr. Oſorius. Maris. Valconcel.

lanis apud Molucas inſulas Trophæa ereximus, erexiſſent. Conferant Caſtellani hoſtes hoſtibus, armis arma, prælia prælijs, comperient ſe in vmbratiles pugnas, in puerilia terriculamenta, in fœminas non in viros incidiſſe. quo ſcommate nos eos veriùs, quàm Macedonem Alexandrum Alexander Epirotes, pungemus. Proferat ſimilem Emmanueli Cerdæ, qui ſagittæ fronti infixæ alatum fruſtum diem ſolidum pugnãs auellere noluit, & non indecoro ſanguine ſordidus ſibi de vulnere blandiebatur. excitet in virtutis theatrum parem Paulo Gamæ, Vaſquij Magni Filio, qui cùm in media morte teneretur in cantũ cygnæo more prorupit: quaſi inuitaret. Quem mox leoñem hoſtis expertus, & ſi telis obruerit, ei ſanguine parentauit.

Iam verò ſi Religio, ſi miracula ſpectentur, Authorem vel muta elementa iure noſtro vocalia refutabunt. Horruitne quenquam illorum pauidũ, & ſubſidit mare? Tremuere ne illos Religione tacti fluctus? Acta in Crucem nubes pœnas vnquam motæ tempeſtatis pendit? Geſtiens ne in cuiuſquam aduentum Tellus bruti ponderis oblita ſubſilijt? Tormẽtarius ignis cuiquam ſic blanditus obſtupuit, vt nimis inſtar obriguerit? Ferreæ pilæ in medio aëre ſibi occurrentes mutuo incuſſo colliſæ bellanti cuiquam plauſum citrà noxam fecerunt? Huiuſmodi & alia non minus mira in noſtris annalibus ſæpè reperiuntur. Itaque de hoſtibus viribus noſtris, de elementis ope diuinâ triumphauimus.

Duos hic ego de aquarum elemento Triumphatores afferre volo, floridius deſcripto triumpho, vt amæno diuerticulo lectorem fatigatum exhilarem. Alter Gammarum Princips eſto: alter Tauorarum. Quæ hodie duæ Clariſſimæ familiæ in vnum Ramum florẽtiſſimum Vaſcum Luſium à Gama Niſæ Marchionem, à Conſilijs ſtatus Regis Sereniſſimi Portugalliæ Ioannis Quarti, eiuſdemq; in Galliâ extraordinarium Legatum cuius hic liber auſpicijs in lucem prodit, neſcio an maiore arborum, an rami gloria confluxerunt. Primus Gama, quòd ad Oriẽtem Solem de Oceano triumphum duxit, in lucem prodeat. Vaſquium igitur Gamam. Quem primùm Indicę expeditionis Authorem mare ſenſerat: pauló pòſt Imperatorem (Admiralium vocant) Oceani Otiens admiratus, ac demũ Proregis titulo decoratum ſuſpexit. Tunc tertiùm in Indiam cũ Imperio nauigantem inferente ſe violẽtiùs in vndarum cumulos Prætoriæ nauis roſtro, totũ ab imis ſedibus excitũ mare tremuit, arietãtibus inter ſe fluctibus, & mutuo ſe incurſu collidentibus: ſiue ille metus ingruentis Principis, ſiue feſtiuus ſalientis in plauſum pelagi motus fuit; ſiue quod vero propiùs puto, mare ipſum triumphali pondere ſuperbũ, concepto vẽtoſæ gloriæ flatu, turgidum intumuit & quærente exitũ ſpiritu inſolita eſt excitata commotio. Certè miraculo datum: vitreum, ac fluidum elementũ, atque adeo tremoris expers, arcano perculſum ictu cõtremuiſſe. Quin Cælum quoque ipſum, nullo intercurrente turbine, nulla agitatione aëris, nulla expreſſione nubium, in imbres ſolutum, ingentem aquarum in ſubiectam claſſem vim immiſit: vt non expreſſa ex aëre pluuia, ſed vel aſtrorum occulta quædam influxio, vel ſuperum nectarea irro-

Ioan. Barr. Maffæus. Hiſt. Luſit. Manſius.

Iidem Authores.

ratio eſſet. Sanè non eluuies illa terrentis Cæli, ſed benigna amantis, & indulgentis effuſio fuit; niſi velimus ſudantis ex nimio in Vaſcum, & pro Vaſco affectu, quaſi ex arcanis arteriarum receptaculis fluxum extitiſſe. Ex illo à Gamis in omnia maria acceptum Imperium. Nullum prorſus Fretum iugum repulit, ab Heroïbus Gamici ſanguinis impoſitum. Alijs immorigerum ſe, ac refractarium præbere, intumeſcere, inſoleſcere, indignari, furere, debacchari. Gamis parere, ſubjici, ſuccollare, eorum arbitrio fingi, nutui ſeruire, ſupercilio temperare.

Hinc illa per iocum ab eodem Vaſquium dicta ſententia, qua mari illudere ſolitus: *Reliquis ad Indos nauigantibus naui, ſibi & Gamis caniſtro tantùm opus eſſe.* Quin & illud quoque de illo fertur. Brumali tempore cum domi ſuæ eſſet, ſiqua fœda exiſteret tempeſtas, ventis furioſa, imbribus horrida, tonitribus metuẽda: dicere ſolere: *Quàm nunc vellem, Torméioſo Capiti ad nauigare, cùm hac & iſthic tempeſtate luctari, meque ſtrenuè inimico Promontorio opponere, ac ei vſus huiuſmodi ventorum ſibilo, & tonitruorum fragore, & procellarum murmure tanquam victo inſul are.*

Gamarum Principis in Oceano ſuccedat, & ſi multò antiquius Principis Tauorarum in fluuio inuictæ fortitudinis exemplum. Celebratur noſtrorum annalium Monumentis illũd Theodonis Tauoræ profectum à virtute prodigium. Ardore hic Maurum hoſtem in aduerſa Tauoræ fluminis ripa procaciter exultãtem, & Rauſendo fratri acriter inſtantem, armis inſequendi accenſus, vitrearum, quas intercurrens alueus affetebat, morarum impatiens: cũ pons non eſſet, qui ripas iungeret, nec ille, opinor (tam æſtuabat) ponte vteretur: quod volatu non potuit, natatu conſequi decreuit. Itaque non magis hoſti, quàm fluuio infenſus inſertâ in læuam Parmâ, & exerto dexterâ gladio, fulmineam intentans aciem, è ſummo Ripæ margine, fluuio minitabundus incubuit. Diriguiſſe metu amnem, ſtupuiſſe vndas crederes, & imminentis gladij ictum ſenſiſſe. Tumultuari, turbari, confundi, conglobari. Eò plus ardere Tauora, ac vt lentas illas liquentis cryſtalli moras, & tortuoſos vorticoſi gurgitis nodos præcideret, vt erat, armatus, & minax in flumen ſe coniecit. Horrere primùm, ac detrectare armatum pondus vndæ, mox admirari, demum amare: gaudente alueo, laureato clypeo, fulguranti gladio, triumphali natatore. Molliter illum excepit, comiter ſuſtulit, conſtanter ſuſtinuit; nec ſolido opus: cùm bellicorum, quos decens ira fecerat, ſpirituum copia deorſum ferri corpus non ſineret. Circa ipſum glomerari vndæ, non iam frigidæ, ſed feruentes ardore tangendi; alias alijs incumbere, ac propellere, cupidæ accedendi, ac ipſo concurſu, & incurſu ſpumas agere, & argenti cruſto inducto certum in fluido lectũ formare, nec non & ſuperfuſâ aſpergine irrorare, & quaſi candicantibus è ſoluta cryſtallo lilijs aſpergere, ludentibus interim circa enſem alijs, & micare in aquis fulgur illud mirantibus; alijs lenocinantibus clypeo, & cryſtallino in eum impactu, mirabili Herois virtuti plaudentibus. Ibant ſolutæ, accedebant liquidæ, hærebant ſolidæ, ne poſſent auelli; & in clypei partem venirent. Incubabat fluuio illuſtriſſimus ado-

Bernard. Brit-tus in Monarch. Luſit.

leſcens triumphantis more magis, quàm natantis, & quaſi ardens bellico furore Carbunculus argenteo incluſus circulo ferebatur, Hoc habitu & intrà fluuium pugnauit, & in alteram ripam egreſſus cum hoſti terrorem incuſſit, vt ſolo aſpectu fugaret. Egit auerſos ſtupor; miraculo datum, igneum è flumine fulmen produſſe. Ille non minus erga fluuium gratus, quam aduerſus hoſtes fortis cognomen ſibi ex eo Tauoræ accepit, & ſtemma clypeo ſuo formauit. In quo tres tortuoſæ vndulataram ſpiratum faſciæ conſpiciuntur. *Et vtrumque tum nomen, tum ſtemma gentile fecit*, ad facinoris gloriam, ad familiæ immortalitatem.

Ecquis ad hæc virtutis Luſitanæ prodigia non obſtupeſcat? Plaudent ei idonea grauium Authorum teſtimonia. Puto huiuſmodi eſſe Hiſpanos & inficias non iturũ Ioannem de Pina primùm audiat. *Fortiſſimi, ac planè heroës Luſitani virtutis miracula ediderunt, cum admiratione & pauore gentium remotiſſimarum: apud quos diuinos prope honores meruerunt. Eorum Palmæ ac Trophæa vtrumque orbem famæ impleuerunt. Nec mirum cum ſtella Martia in Luſitania præcipue dominetur. Itaque iis Duces ac milites obtigerunt, qui omnibus aliis nationibus horrori eſſe potuerunt.*

Ioannes Dina dedicat. mar. Vat Fortum.

Deinde nobilem ſcriptorem Ægydium Gonzales de Auila *Luſitani portentoſis facinoribus, armorum, & nauigationum operâ orbes alios extulerunt: vexilla, & Trophæa ſui nominis in ſolis eunabulis collocarunt. Cuius ſanè radiis illuſtrata militaris eorum gloria noua Famæ ora ſolicitat, quod vetera ſatis eſſe non poſsint.*

Ægyd Gonzal. Auila Graodez. de madrid. l. 4.

Breuius, ſed neſcio an neruoſius diuinum illud Hortenſij ingenium noſtros commendauit. *Luſitani vni ac primi omnium bellando fecerunt, vt re ipſa, ac verè geſta, ob magnitudinem, ficta eſſe viderentur, quòd vltra fidem eſſent.* Quòd anteà neſcio an grauiore conſeſſu Romæ coram Pontifice, & Purpuratis Patribus occuparat Theophylus in pulcherrimâ de Luſitanis expeditionibus oratione. Res inquit *geſtæ Luſitanorum eiuſmodi ſunt vt non ſolum digna ſcitu, ſed omni laude ſuperiores ſint: atque adeo à nemine ignorari debeant.* Boterus id ipſum ſæpe inculcat. Ibi eminet vbi ſic, ac in rem propius. *Nullius vis profectò nationis vehementior, & acrior in bellis impetus, quàm Luſitanæ gentis eſt, ea maximè ardore, & impulſu valet: eius nauigationes, & facinora vbique terrarum patrata, veriſsimilia magis ob amplitudinem, quàm vera ob fidem apparent. Tam eâ in confinio fictionis poſita: quòd admiranda, & quaſi humanis maiora.* Alibi eos Alexandro, & Macedonibus anteponit, quòd multò paucioribus copiis Orientem multò fortioribus inſtructum militibus domuerint, & adiicit. *Nec enim cum infirmo & debili, inermi ve hoſte, ſed cum validiſsimis Perſarum, & Turcarum, & Mamaluchorum copiis, omni armorum genere munitis dimicarunt.* Vattemanum hic ego Venetum, & Bohemum, Metelium, Morizonium, Teuetum, Boſium, Reſendium, Barrium, Brittum, Coutum, Fariam, Vaſconcellium, Soſam poſſem adducere, ſed abſtineo authoritatibus: ac illud tandem afferre ſtatuo. Clariſſimum apud Indos Ducem dicere ſolere. *Vnam Luſitanorum gentem Heroicam eſſe.* Regem verò militari laude præſtantiſſimum. *Viros eos & maſculæ omnino virtutis omnes fore qui Luſitani naſcerentur.* Demum illuſtriſſimum alium Imperatorem. *Luſitanos natos ad arma, palmam omnibus aliis præripuiſſe.* Nec defuit qui ſcribere auderet. *Luſitanos à nulla vi mortali, domari: qua domentur: eam oportere immortalem ac Diuinam fore.* Ac vt jucun-

Souſa. Donnmius. Macedo. Couto. D. 7.

dum huic capiti exitum demus, ſuauiſſimis Camonji verſibus clauſulam imponamus. Hic de Luſitanis primùm

Camon. Cant.1.oct 3.

Ceſſem do Sabio Grego, edo Troiano
As nauegacoens grandes, que fizeram.
Calleſe de Alexandre, é de Traiano,
A fama das vitorias, que tiueram.
Que en canto o Peito illuſtre Luſitano,
A quem Neptuno, è Marte obedeceram:
Ceſſe tudo, o que a Muſa antiga canta
Que outro valor mais alto ſe leuanta.

Perinde ac ſi Latinè diceret.

Ex noſtra verſione.

Errores igitur ſileant ſapientis Vlyſsi,
Troiani que Ducis, longis ambagibus acti.
Cedat Alexandri, Traianique inclyta factis
Gloria, Palmarum quamuis cumulata Trophęis.
Namque ego commemoro Luſę fortiſsima gentis
Pectora, Neptunus cui ſubdita iura Tridentis
Detulit, abiectamque minor Mars obtulit haſtam.
Conticeant, quacunque olim cecinere Camęnę,
Altior hinc Superos ſe gloria tollit in axes.

Rurſum Poëta ſui ſimilis eleganter.

Idem Cam. Oct.11.

Ouui que nam vereis com vans faſſanhas
Fantaſticas, fingidas, fabuloſas.
Louuar os voſſos, como nas eſtranhas
Muſas de engrandecerſe deſeioſas.
As verdadeiras voſſas ſam tamanhas
Qui excedem as ſonhadas, fabuloſas,
Que excedem Rodamonte, eo vam Rugeiro
E Orlando indaque fora verdadeiro.

Id ego ſic conatus.

Ex eadem. verſione

Auribus excipies non ſomnia vana, nec Artis
Ficta dolis, & tincta hilari mendacia fuco.
Qualia finxerunt plectro ludente Camęnę,
Quas decoris ſtimulauit amor, laudiſque cupido.
Extant vera Ducum fortiſsima facta tuorum
Omnia vt exuperent, quę fingere docta Poëſis:
Queis Rodamontes, Orlandi, & ficta Rugerus
Nomina (vera forent licet armis fulmina,) cedunt,

Hanc ego offam ciuis oblatranti ex inuidia Cerbero obiecerim, vt ſoporem.

AD EOSDEM ARTICVLOS CONTINVATA RESPONSIO.

Religionis apud exteras Luſitanæ ditionis gentes,

Initia, progreſſus, incrementa proponuntur.

DVo hîc animaduerti oportet. Alterum Catholicæ Eccleſiæ, atque adeo ſummi Pontificis ius eſſe Fidei per vniuerſum terrarum orbem diſſeminandæ; â Chriſto Domino donatum: idque tam latè patere quanta eſt huiusce vniuerſitatis magnitudo. Id ſupponendum mihi potiùs, quòd nobiliſſimum & celebre, quàm monſtrandum. Alterum ratione opus, & modo eſſe, vt hoc iure citrà iniuriam vtatur Catholica Eccleſia. Nam neque fas eſt vi omnino primùm & armis cogere, ſed blandè & comiter, proindeque amanter inuitare: nec inuadere aliena regna, iiſque poſſeſſores ſpoliare, vt Euangelium iis poſteâ prædicetur. Hoc enim eſſet & ius naturæ violare, & gentium iura peruertere. Quemadmodum enim non licet hominem liberum mancipium reddere nolentem, vt Chriſtianus fiat; ita & multo minùs licebit Regnum, aut Rempublicā eo nomine arbitrij ſui facere. Verùm ſi qui propoſitâ Fide renuât, & in eos arma expediant, vel Sacra myſteria iniuriis afficiant: tunc licere vim adhibere, & bellum inferre, ac omnino domare, edomitoſque ad Fidem conuertere, omnium Theologorum ſententia eſt. Hac enim ratione non tam fit iniuria quam propulſatur. Idque intellige apud eos infideles, qui rudes ac Idololatræ, innocui nobis, nec à Fide noſtra defecerunt, nec eam armis oppugnarunt. Nam in Mahometanos, & alios Chriſtiani nominis hoſtes multo plus licet, quàm in illos, de quibus proximè diximus, infideles. Id quatenus futurum ſit, non eſt huius vel loci, vel temporis, vel argumenti definire. In eo vituperamus Authorem, quòd gladium Fidem appellet. *Eſpada de la feé*, quod ſi verum eſſet oporteret, vbique gladio vti, & armis agere, contrà quàm nos à Sacris Canonibus inſtituti. Fortaſſe deluſus eo loco Pauli vbi dicit. *Verbum Dei gladium eſſe*: Fidem gladium eſſe exiſtimauit. Sed hallucinatus omnino fuit. Cùm verbum ipſū Dei ipſa prædicatio ſit, atque adeò *ſpiritualis*, & alterius vſus *pertingens ad diuiſionem animæ*, vti ſpiritus animi arbiter & motor. At Fides à quo verbum iſtud imperatur, & regitur, Scuto quàm gladio ſimilior habetur. Vndè Paulus *Scutum Fidei* dixit. Quod ea non tam ad feriendum, quam ad protegendum comparetur. Amoris, & tutela, non vis & cædium magiſtra. Nam Eccleſiá Catholica mater eſt, à qua ſanè vulnera, inuaſiones, rapinæ, & cætera, quæ arma comitari, & conſequi ſolent, prorſus aliena exiſtimantur.

Caiet. 22. p. 10. a. 8. mai. d. 44 q. c. Sot. d. 5 q. vn. a. 10. Vict. Rel. d. Indis. 2. p. n. 9. Suarez. de Fide d. 18. l. 1.

D. Argnſt. contra Petil

Et quidem in hac Progagandæ Fidei prouincia, non modo Religioſi in ſuſcipienda, ſed & felices Luſitani in obtinenda fuerunt. Nā in eas in-

Perſarum, & Turcarum commercio vtebantur: atque adeò erant iis erroribus implicatæ. Vndè factum vt maiorem aduehenda, & prædicanda Fide iure agere, & faciliùs arma inferre poſſemus: cùm Mauri obſiſterent, nosque depellerent, & iniuriis myſteria ſacra afficerent. Quâ certè occaſione Caſtellani apud Indos ſuos caruerunt, ac proinde minus religioſè vti mox apparebit, ſe euangelizando geſſerunt. Hoc idcirco animaduertere volui, vt appareret Luſitanos, cùm ſtudia & iura dilatādæ Religionis ſumma eſſent, ne hac quidem parte peccare admodum potuiſſe, idque Dei beneficio accidiſſe. Cæterum: cùm nec id ante apertam Indiam compertum ſit, & iam tum Fides eſſet multis in inſulis, & regionibus prædicata, à Maurorum peſte liberis, & commercio alienis, opus erit oſtendere, quàm purè & ſanctè à nobis eâ prouincia ſuſcepta, & adminiſtrata.

Epiſcopus Chiapens. Chron. Sāti Franciſci 4. p. & Sancti Dominici.

Id melius conſtare non poterit, quàm ex Regis monitis ſolemni diplomate contentis, quibus Proreges ac moderatores Prouinciarum inſtitui ad Rempublicā gerendam ſolent. Extant huiuſce rei multa vnum omnium inſtar ſit, quod ab Rege Emmanuele Petrus Áluarez Capralis apertâ iam India ſecundus à Vaſco Gama Imperator accepit. Eo cætera æſtimentur. Id ex Authore grauiſſimo, ac ſummæ fidei, & authoritatis Ioanne Barrio decerptum repræſento, Igitur *Præcipuum ad inſtitutionem Capralis litterarum caput erat, id quod ad Euangelij prædicationem ſpectabat: nimirum, vt primùm ad eas gentes Religioſos, quos habebat in comitatu, commendatos viros, ad prędicandum mitteret: nec alia ratione vel contra Mauros, vel Idololatras antè arma ſumeret. Sed expectaret, & quieſceret, gladio ſeculari recondito. Iuberet Prædicatores Dei Eccleſiæ nomine orare, monere eos, vt relicto Idolorum cultu, & Mahometis ſectâ, Ieſu Chriſti Fidem amplecterentur, vt nobiſcum per communionem Fidei, & Charitatis vnum corpus in Eccleſia Dei forent, cùm omnes & à Deo conditi, & à Filio Dei redempti, ad æternam ſalutem eſſemus. Quem Chriſtum Seruatorem ab orbis molitione per tot ſecula, tot que modis figuratum, tot Prophetiis prædictum, & tot rationibus promiſſum fuiſſe conſtabat, eumque iam aduenisſe palàm erat, eumque à nobis, iis ſalutis & vitæ caput, & fontem annuntiari. Atque ad id probandum, & iis perſuadendum, tradita à ſacris Canonibus doctrina, & inſtitutione vterentur, ſi verò contingeret, vt illi non mouerentur, & obſtinati erroribus ſuis adhærerent, Fidem oblatam, Pacem que reſpuerent, ſocietatem, commercia, deiure gentium licita, inire nollent, quo vinculo animi hominum & ad ſalutem æternam, & ad vitam inſtituendam copulantur, tunc iis bellum denuntiarent, ac inferrent.*

Ioannes Bar. D. 1. l. 4. c. 1. Maffæius. Olorius. Guzman.

Ex hoc apparet quanta Religione, iuſtitia quanta Reges noſtri Fidem promouerint. Id ab Henrico Infante Authore expeditionis, id à Ioanne Secundo ante Emmanuelem factum conſtat. Id poſt Emmanuelem à Ioanne Tertio, ac cæteris poſteris Regibus religioſiſſimè ſeruatum comperimus; nec ab eâ inſtitutione auſus eſt quiſquam moderator recedere. Ad id perſuadendum non alio opus eſt argumento, quam quod & de Religione mandatum, & Luſitanis mandatum eſſet.

Boterus. Ribaden. Guzman. Roman. Vaſconcel. Barrius.

Factis tamen rem hanc, & euentu probemus. Sanè in ora Africæ Punicæ bellum cum Mauris initio expeditionis egimus: qui vt hoſtes Fidei armis premendi: non tamen, non idcirco multi ex iis quibus imperabant

bant gentibus ad Eccleſiam ſunt Catholicam magnis muneribus, ac do-
nis perducti: Canariæ deinde inſulæ, quas ab Maciotto Bétancurtio Ioan-
nis Exploratotis filio Henricus Infans pretio emerat, vbi Pagani rudes, Pina.
& Idololatræ erant, primùm ſunt ſacris luſtratæ; nullo belli nubilo in-
tercurrente. Paulo poſt cum ii qui ſuis ritibus obſtinati adhæſerant, neo-
phytos acerbè inſectarentur; neceſſe fuit ad eos liberandos arma expe-
dire, Antonio Gonzaluez viro & nobili, & impigro Imperatore. At-
que hi primùm gladii in barbarorum capita iuſtiſſimè diſtricti fulgura- Barri. D.1.l.1.
runt. *Atque hoc Ducibus ac Præfectis*, ait Barrius, *ab Henrico Infante ma-* c.14.
gnoperè commendatum, ne ante Crucem arma inferrent: à ferro temperarent,
verbo Dei pacificè operam darent. Ioanne Secundo Rege in omnes penè Reſend.
Guineæ, Benini, & Congi, ac citerioris Æthiopiæ regiones ſine armis
penetratum. Portæ ſponte ab incolis apertæ, oppida reſerata. Erecta
Regum, & Ducum conſenſu Templa, & Altaria, Prędicatores admiſ- Barri.
ſi, auditique: citrà ſanguinē Baptiſmi Aqua inuecta. Quas ibi auſpiciis, &
armis Ioānis, illius gētis Reges victorias de hoſtibus reportarunt, eæ fidei
ac Chriſtiani iuris aſſerti nomine glorioſæ: vti parta de Mundeque-
tibus populis ab Rege Alphonſo Congenſi Trophæa teſtantur. Iam
verò illa operoſa ab eodem Rege Ioanne ad Pretiannem, ac vlteriorem Boter.
Æthiopiam explorandam ſuſcepta expeditio, eà ſanè togata, & à toga-
tis hominibus geſta, mitem, ac Religioſum Ioānis animum prodidit. Qui
cùm natura & ingenio bellicoſus, & ardens eſſet, in propaganda Fide ita
ſe geſſit, vt omnem animi ardorem contentionemque, remiſerit & ad
Pacem quam Chriſtus vel recens natus commendauit geniumque, &
mores retulerit.

Primi qui ad Sofalam & Melindem Vaſco Gama Authore Religio-
nis noſtræ ſacra myſteria audierunt, benigne, & comiter, imò & lautè
accepti Chriſti nomen hilaritate, plauſuque communi celebrarunt, &
noſtros è cælo ad ſe miſſos iudicarunt. Calecuti nihil antiquius habuit, Barr.
quàm belli cum Mauris occaſiones præcidere, & rationem Fidei ſuæ Oſor.
tranquillè exponere, ac eam eſſe mentem Regis Emmanuelis declarare,
vt mutuâ pace, & commercio libero vterentur, ac ſi qui Chriſtianis inſti- Maffeius.
tutis imbui vellent, ijs liceret ad Eccleſiam aggregari, qui nollent ijs, ne
qua vis fieret, quòd liberi nati eſſent, nec vlla cogi ratione poſſent ad
Religionem, quæ cum amore Dei nitatur, & Pace, & Charitate con-
tinetur. Eandem inijt agendi rationem Petraluarez Capralis apud
Zamorinum, ad quem Pacificam, & ornatiſſimam miſit legatio-
nem, ac deinde Patrem Fr. Henricum Franciſcanæ Familiæ pium ac Maffeius.
eruditum concionatorem in vrbem Calecutanam introduxit, à quo &
Brachmanus magni nominis Chriſtianis imbutus myſterijs, & huius po-
ſteà opera Rex Cocini noſtrarum partium effectus.

Prima bella in Oriente, cum Mauris apud Calecutum ſuſcepta.
Hic primùm rubuit roſeus Luſitanorum ſanguis, vt in Fidei incrementa
effloreſceret: nam ipſe ille Dei miniſter Henricus ingenti vulnere acce-
pto littus illud barbarum ſacro ſanguine irrigauit. Nuſquam contra

Barr D. 1. l. 1. contra inermes & inſontes Ethnicos initio pugnatum. Cum hoſte Mahometano, eoque nobis vbique inſidiante, imo & Fidei odio armis palam oppugnante res erat: ad verſus Indigenas arma nunquam, niſi ab iis iniuriis prouocati, mouimus. Cùm ceſſabant, cum quieſcebant, neque enſium ictus, nec telorum vulnera noſtrorum experti. Tum ſolùm cùm vel à Mauris impulſi, vel Mauris immiſti arma inferebant Luſitani ferri aciem ſenſerunt. Non ad inuadendos hoſtes gladii, ſed ad tuendos nos, & noſtri nominis ſocios euaginati. Itaque iis primis apertæ Indiæ temporibus Zamorinum Imperatorem hoſtem habuimus, quòd Mahometanis addictus, cum iis & ſentiebat, & coniurabat. Cocini, & Cananorii Reges minus certè opibus viribus que pollentes, in ſocietatem accepimus, fœdere cum iis percuſſo armis proteximus: commeatu, claſſe, opibus iuuimus. Vbi periclitabatur Fides, eò arma conuertere: non potentiæ, ſed Religionis rationem habere, Ducibus noſtris propoſitum. Principi Bemohimo Rex Ioannes Secundus ante quàm Chriſtianus eſſe vellet, auxilium aduerſus hoſtes peventi negauit, arma ſubtraxit quòd titulus Religionis defuiſſet. Paulo poſt cum Chriſto aggregari vellet, eo nomine opem tulit, claſſem, copias, diuitias miſit. Profeſſus non alio ſe ſtudio duci, quàm Fidei & tuendæ, & propagandæ. Eodem animo Chriſtianam D. Thomæ gentem contra Zamorinum noſtri ſæpe magnis opibus protexerunt. Eodem Socotorinos aduerſus Mauros Fartaquenſes Duce Triſtano Acugna & Albuquercio defenderunt. Eodem Parauarum gentem, inopem ſanè, ſed egregiè Catholicam à Badagarum præferocis, & opulenti populi iugo liberarunt. Eodem Manarenſes à Iafanapatanis, Pandaranos à Turcis, & Abaſſinis, Momoyenſes ab incurſibus Mahometanorum pyratarum tutos reddiderunt. Quot bella in Congo Alphonſus & Petrus illius gentis Reges Emmanuelis Regis: Franciſcus, & Iacobus Ioannis Tertij: Aluarus Pater & Filius Sebaſtiani, & Henrici Luſitanorum Regum auſpiciis, auxiliis, & contra infideles, barbaroſque geſſerunt! Quoties Ternatenſibus, & Mazacarenſibus Chriſtianis, Imperatores noſtri Galuanus, & Menchus contra Saracenos adfuerunt? Æthiopum Imperatoribus ſemper cùm opus fuit militari, & ſpirituali auxilio præſtò fuimus. Recalent adhuc campi ſanguine Illuſtriſſimi Imperatoris, ac Martyris Chriſtophori Gamæ, & albent oſſibus militum, quos ſecum aduerſus Gradaametum, & Radaganam hoſtes, & Mahometanos duxit. Nos proſcriptos vbique in India, & eiectos patria ob Fidem Catholicam gremio noſtro excepimus: quemadmodum experti ſunt Dynaſtæ illi Iaponiorum à Taycoſama immaniter vexati, & bonis omnibus ſpoliati, qui in ſinum ſunt noſtrum coniecti, & à laboribus, ærumnis, ac miſeriis recreati. A nobis Tabariia Molucenſium Rex Goæ ſacris Chriſtianis imbutus, cum iuſtis copiis in Regnum quo exutus fuerat, & magnis honoribus remiſſus. Iiſdem exceptus proximis temporibus à Prorege Franciſco de Gama eadem in ciuitate Abadaxamus Princeps Tamerlani abnepos, poſtquam Auguſtinianorum Patrum opera Mahomete abiurato, Chriſto Sacramentum dixerat

Margin notes: Maria. — Maffei — Barrius D. 1. — P. Petr. Moreion. P. Guzman. — Ioan. Bar. Marſius. Couto D. 12. Excuſa ſuprà bus Excellẽt. March. de Niſa. Vaſci. Luiſii Gamæ induſt. Ducis. Villareal. Cõſulis Luſitanorũ in Gallia.

cus & vxor, quo in Fide manſit, & opes aſſignatæ, & nauis quâ in Luſitaniam veniret, cum commeatibus conſtituta.

Igitur non auri, argenti ve ſtudio ſuſcepta huiuſmodi Sacra prouincia. An in Iaponia aureæ ſegetes: vbi maximè cruentæ prouenerunt? An in Æthiopia, vbi noſtri ad vitam tolerandam aratro terram ſcindebant? An in Monomotapa, & Leçna Promontorio inter rudes, ac inertes barbaros, qui ne victu quidem humano vtuntur? An apud Morenſes, Celebenſes, & Mazacarios, quos ab omni cultu alienos opus erat ad humanitatem formare, & à quorum côuerſione Xaueriuum amiciſſimi homines deterrebant? Certè Conganos Reges, ac Æthiopicos Imperatores tandiu fouimus, ac proteximus, quandiu ij Eccleſiæ adhæſerunt: vbi primùm ſunt auulſi, & à nobis ſunt deſerti. Quemadmodum & Regi Iacobo Congano, & Imperatori Adamo Æthiopico accidiſſe comperimus. Guzmanus. Orlandini. Guerrerus. Patr. Couto. Maffe us. Mariſius. Faria.

Initia Religionis ab hoc ſtudio Religioſo profecta, vbique præclara memorantur: In Guinea, Heſperidum inſulis, Congo, Iolopho, Bênymo, Capite Viridi, & reliquâ Africæ parte à Religioſis hominibus conſtituta. Primi omnium & in Africam, & in Indiam Seraphicæ Familiæ noſtræ Patres miſſi: quòd cùm à cupiditate, & auaritia maximè alieni, ad excolêdos animos aptiores videbantur. Itaque omnium primi Epiſcopi Indiarum inaugurati: tres huius Ordinis Goenſes Epiſcopi: qui alter alteri ſuperſtes mortuo ſucceſſerunt. Seminaria iŋ præcipuis vrbibus inſtituta. Caput omnium in Oriente, ac princeps extitit Goenſe à tribus viris pietate inſignibus ſuſceptum, & excultum. Michaele Vaz, Didaco Borba, Coſmo Anez. Ex eo alia tamquam diuortia, in campos Indicæ Eccleſiæ facta. Prædicatorum familia Franciſcanam ſecuta, nomini ſuo prouentu fidem fecit, & facem Dominici Parentis Soli Orienti aucto ſplendore addidit. Auguſtiniani Patres, vt Aquilæ, eodem conuolarunt; & deſtitutos Fidei alis miſeros illos Indorum populos plumis ſacræ doctrinæ veſtierunt. Iam verò Societate Ieſu in Orientem inuecti tanta Religionis lux obarta, vt nouus animis Sol oriretur, & nocte recedente dies ſolidus exiſteret Præcipua lumina, Gaſpar Barzęus Armuziæ, Torrius, Gagus, Vilela, Almeida in Iaponia, Sylueria in Monomotapa, Ouiedus in Æthiopia, Ricius apud Sinas, Hieronymus Xauerius inter Mogorios Anchieta in Braſilia, Barreria in Guinea radiis Fidei micuerunt. Inter quos, velut inter ignes luna minores, Xauerius ſplenduit, à quo tota India Religioſis fuit paſſibus ne? an Trophæis peragrata? Cui ſe poſteâ nouum & clariſſimû ſydus addidit illuſtriſſimus Alexius Meneſius, Goenſis Archiepiſcopus, cuius beneficio Catholica Religio, & veteri nitori reſtituta, & nouis ſplendoribus illuſtrata. Nec verò Martyrum ſanguis defuit, quo ſacra illa Fidei germina irrigata vberiùs prouenirent: nuſquam enim tu alios, aut plures, aut clariores ab inſtituta in exteros orbes nauigatione reperies: vt ego cogitatione confectum à nobis expeditionis orbem percurrens, & inveniens vbique rubra effuſi ſanguinis monumenta, non verear illud Lyrici deflexo leuiter carmine in rem meam conuertere. Barrios. D. 1. Olorius. Ioan. Botes. Vuitfliet. Eius Hiſtor. Couto D. 12.

Horat. l. 2. Ode 1.

Quis non ſacrato ſanguine pinguior
Campus, ſepulchris nobile prælium
Teſtatur, effuſumque venis
Lyſiacum recolit cruorem?
Qui gurges, aut quę flumina ſanguine
Non tincta noſtro? Quod mare Lyſiæ
Non decolorauere cædes?
Quæ caret ora cruore noſtro?

Vaſconcel. Marrochiis eminent Simon Freitas, & Dominicus Gouea. Mazagani Dominicus Torres. Armuſiæ Roderius Botus. Ciauli Ioannes Rebellus. Apud Morum, Ioannes Vaſæus, Siami Fr. Hyeronimus à Cruce. In Malauari, Auguſtinus à Roſario. In Moſcouia, Fr. Nicolaus Melo. In Piſcaria P. Ludouicus Mendez. In Braſilia Pater Petrus Correa. Ternate P. Alphonſus Caſtrius. In Monomotapa P. Gonzalus Sylueria. Salſete Franciſcus Aranea. Iauæ P. Georgius Fernandius. Dabuli P. Vincentius Aluarez. In Iaponia. P. Ioannes Baptiſta. In ipſo mari Atlantico P. Ignatius Azeuedius caput extollit. Non quod non ſint aut hi cum ſocijs, aut non alii plerique ſolitarii mactati, ſed quòd nolo niſi in tranſcurſu quoſdam è Principibus recenſere, quòd non tam Mattyrum quàm Prouinciarum in eam rationem. Vnus leneius & accuratius ſpectandus in Æthyopia, illuſtris ſanguine, ſpecie elegans, ætatis flore vernans, virtute militari præſtans, rebus geſtis clariſſimus Chriſtophorus Gama, qui pro Chriſto impeditum multiplici laureâ caput dedit, non minùs fortiter, multò feliciùs, quàm hoſtium capita abſtulerat. Fuit hoc Regij Acinacis impius & cruentus labor. Abſciſſum à corpore Fidei hæſit. Proiecto humi trunco vicinarum arborum trunci, quaſi ad eos tranſiret doloris ſenſus, inde luerunt. Sanguineâ Iaponiæ ſegete abſtineo, quòd non licet properanti omnium Religionem demeſſos ibi pro Chriſto flores colligere: & faſciculum Sanguinis ſponſo concinnare.

Ribaden.

Progreſſus initiis, reſponderunt. Nuſquam Lætiores animorum ſegetes ad Paradiſi gaudia germinarunt. Pleni ſunt omnes hiſtoricorum noſtrorum libri, plena annalium externorum monumenta. Vbertatis id argumentum eſto: quòd vel ipſi Caſtellani non pauci Authores, ei ingenia ſua ſcribendo dedicarunt, & cum ſuppeterent propria, noſtra litteris tradere maluerunt. Maius monumentum inde ſumitur, ex illa veluti contentione orta inter exterarum gentium Religioſos, & Apoſtolicos viros, qui de huiuſmodi expeditione ſuſcipienda certabant, ad eam que vt admitterentur omnem lapidem mouebant: quoniam maiore cum animorum ſalutis fructu locatum iri à ſe operam ſperabant. De noſtris Indiis Germani, Galli, Itali, Belgæ, Caſtellani ipſi cogitabant. Omnes ad id poteſtatem ſibi fieri, magnis precibus orare: eò animum, eò cogitationem dirigere: eò curas omnes, ſtudiaque intendere. Sua omittere, ad noſtra anhelare, beatos ſe, ſi deſtinari eo contingeret, prædicare. Itaque & multæ, & probatæ meſſis, nullum maius indicium, quàm tot vndique ad eam, tamque gnauos operarios confluere.

Prouentus & fructus ratio iniri ſanè ob fœcunditatem non poteſt. Duo tantùm afferre placet argumenta, quibus quàm latè exuberarit Religio manifeſtè probemus. Alterum ex conuerſione Regum petitur. Nam cùm eorum, & maieſtas auguſtior, & exemplum fortiùs, cum & quanta Crucis Chriſti gloria, tum & quantus animorum fructus extiterit, liquido apparebit. Id itaque exactè præſto. In Africâ, Bemohimi Rex vnus, Guineæ alter, Ialophi vnus, Congi octo. Angolæ duo. Orenſis vnus: Leonenſis alter, Inambanæ vnus, Monomotapæ Imperator vnus: Duo vlterioris Æthiopiæ Imperatores, à ſchiſmate ad gremium Romanę Eccleſię traducti. In Aſia Maliduenſis, Triquinamalenſis, Momoyenſis, Tanorenſis, Bachanenſis, Timorenſis, Ternatenſis, Solorienſis, Macazarenſis, Sianenſis, Sanguinenſis, Soliganenſis, Pimiliranenſis, Caziminenſis. Huc ſpectant Iaponiorum egregię, tum Fidei, tum conſtantię Reges. Bungenſis, Toſenſis, Tambenſis, Bugenſis, Figenſis, Gotenſis, Duo Ariminenſes, duo Omureſes. Tam breui annorum curriculo quadraginta Regias Coronas, tria Imperialia Diademata Luſitani Pontificis Romani pedibus ſubiecerunt. Quanta Eccleſię acceſſione doceat Iaponienſis, quę cùm floruit trecenta Chriſtianorum millia recenſuit.

Ex Botero. Barr. Godinio. Mariſios. Vaſconcel. Lucena. Guzman. Romano. Turſellino.

Alterum eſto illud, quòd ex vnius hominis Sanctiſſimi, & Indiarum poſt Thomam maximi Apoſtoli Franciſci Xauerij, Euangelicâ prædicatione deſumitur. Nam ea vna plures homines Chriſto aggregauit, quàm omnes huius, imo & ſuperioris temporis hæretici diſiunxerunt. Quod, quia mirabile, ac ſuprà fidem eſſe videtur, mei non eſſe id iudicij fateor, ſed externi & grauiſſimi Authoris Boſij, cuius hîc conceptis verbis ſententiam repræſento. *Vniuerſi*, inquit, *Hęretici ab Eccleſiæ conſtitutione, per tot ſecula, per annos mille quingentos & amplius, haud traduxere ad hæreſes ſuas, tot gentes, aut idololatras, aut alioquin à Chriſti cultu alienas: quot vnus Xauerius ad cultum Chriſti annis vndecim, tot enim fuit in Indiis vir iſte admirandus. Putaram hîc de nationum tantum, & populorum diuerſitate agere, quorum cum plurimæ in Aſia differentiæ ſint, poterat id facilius & credi, & ſuaderi. At pergit vlterius addere. Quis itaque numeret quot hæreticorum millia fuere, à Magi Simonis defectione, vſque ad hunc annum? Et his tanta in re præſtat vnus Xauerius: plures gentes, plures homines Chriſtiani cultus priùs inimicas, annis vndecim Chriſto adiunxit, quàm innumera inimicorum millia ex omni gente, & natione, è toto orbe terrarum per annos mille quingentos. Quis hîc non obſtupeſcat?* Hoc vno certè tanti, & à ſuſpicione alieni authoris, huiuſce Caſtellani calumniæ refutantur.

Boſius de ſignis Eccleſ. ſig. 20.

Idem Propagatæ à Luſitanis Fidei argumentum vrgetur, & illuſtratur.

ID mihi ego initio vendico. Nullum eſſe, imo nec olim fortaſſe, Imperium, ne Romanum quidem fuiſſe, quod longiùs, latiuſque patuerit, quàm Luſitanicum, nec ob id potentius illud, ac opulentius eſſe dixerim. Aliud enim eſt extendi & dilatari, quod ſpatia & terminos deſignat; aliud valere ac poſſe, quod opes ac vires indicat. Id iam ante me

Lipſius obſeruauit: ac ego collato Galliarum cum Hiſpaniarum Regno contra Chiffletium libro ſum proximo tacturus. Nemo enim opinor, negarit multò fuſiùs ab Hiſpano, quàm à Gallo imperari, & nemo non dubitet, imò & non nemo affirmet Gallicum Hiſpano imperium eſſe potentius. Quare nihil alijs detraxero, ſed Fidei gloriæ hac meâ breuiter confirmatâ ſententiâ non nihil addidero. Igitur Luſitania Solis æmula iiſdem quibus ille ſpatij curſum peragit, & ſuum imperij orbem confecit. Quod neſcio an melius quiſquam, & venuſtius Camonio inſigni vate dixerit, conuerſo ad Sebaſtianum Regem carmine.

Camonius ... 4.

Vos ſoberano Rey cuio alto Imperio
O Sol logo em nacendo vè primeiro
Veô tambem no meio do Hemiſferio
E quando dece o deixa derradeiro.

Ideſt

Tu Rex Magne, Oriens cuius Sol aſpicit ingens
Imperium, primùm cùm limite ſurgit Eoo.
Quod que etiam medio ſublimis ab axe tuetur,
Et prono extremum cùm decidit orbe relinquit.

Cuius exaggeratam & Poëticam venã, aureo Latino Vaſcócelius magni iudicij, & priſci nitoris ſcriptor, & nitido Caſtellano ſtilo, acris vir ingenij, & maturæ mentis author Antonius Moniſius Carualius poſt alios vetuſtiores clariùs expreſſerunt. Ego non tam Imperij, quàm Religionis propagatæ ratione habitâ breuiter affirmem. Eos, ora Punicâ Arcibus occupatâ, mari Atlantico emenſo, inſulis per illud ſparſis, & relictâ ad læuam Mauritaniâ, totâ vlteriore Libya, quâ mari luſtratâ, quâ terrâ penetratâ, Capite Arſinario, Guinea, Piſcelumnis, Gazimba, & Promontorijs intrâ, & ſub Æquatore conſtitutis: mox vltra ad Cancri Tropicum recedentibus vtraque Æthiopia, inſulis vaſtis, & Aromata Capite, Perſici, & Arabici Freti ſinubus eméſis qua Aſiæ cómittitur in barbaras, ac efferas nationes Crucis vexilla intuliſſe. Deinde India quàm latè intra Indum & Gangem protenditur peragratâ in Auream Cherſoneſſum, & Samatram, innumerabileſque immenſi illius Archipelagi inſulas, ad Molucas vſque, & Lequios, vltimamque Iaponiam, & rurſum Sinitum Imperium, Tartaricoque proximas Regno regiones, inuentis nuſquam anteà cognitis Cattaü Regnis, iterumque ad Occidentales Indos flexu deducto, Braſilia, Maragnone, alijſque vaſtiſſimis incultæ barbariæ, Americæ terris, immani vniuerſi penè orbis facto circuitu ſubactis, Fidem Chriſtianam, diffuſis vndequaq; radijs, Solis æmulam reddidiſſe. Quo apparet nullam eſſe vniuerſitatis huiuſce terrarum partem, in quam noſtri Religionis ſtudio non peruaſerint: adeò vt in ipſam, quam Caſtellani maximè ſuam dicũt, Americam noſtri penè cùm ipſis ingreſſi, & nomen illi ab Americo Veſpucio, fecerint, & luce Fidei illuſtrarint. Itaq; aliqua nobis pars eſt, qua Caſtellani abſtinuerint, id eſt Aſiâ ad Orientem; nulla Caſtellanorum quàm nos etiam non excoluerimus, quemadmodum America cuius nos in partem conuerſionis venimus, multò antequam Luſitania à Philippo Secundo occuparetur. Quod ſingulari prouidentia

Maris.

Barr.

Goes.

Couto.

Boter. Relat. p.4.l.3.

factum ait Boterus, vt hac ratione Deus Luſitanorum Religionem remuneraret.

Et verò patent, huiuſce noſtri laboris, & prouentus, & fructus quorum Sedes ipſa Romana teſtis eſt. In ea luce orbis, arceque rerum, præclara noſtræ in promouendâ Religione induſtriæ ac operæ monumenta ſunt viſa, & idonea nobis à ſacro Cardinalium Senatu, & à Pontificibus teſtimonia reddita. Vidit Curia illa Romana Henricum Principem Congi, Alphonſi Regis Filium primitias illius gentis Pontificiæ Sedi dedicantem: & paulo pôſt Epiſcopum Regij ſanguinis infulatum caput Petri pedibus ſubmittentem. Vidit magni illius Preteiannis, cuius fama implebat orbis vniuerſitatem Zagazabum Legatum ornatu ſplendidiſſimo donis exquiſitis inſtructum, vaſti illius Imperij ſceptrum offerêtem, diadematum coronæ ampliſſimæ apicem ad terram deijcientem. Vidit Iapones Principes trium Regum potentiſſimorum Bungi, Arimæ, Omuræ nomine maieſtatis faſtigia inclinantes, & iuri ſe Pontificio ſubdentes. Vidit aliàs ſæpè illius Orientis decora regalia, contempto faſtu, Piſcatoris annulo oſcula imprimere, & ſcabellum Pontificiorum pedum inimicitijs depoſitis adorare. Goeſius. Boterus. Oſorios. Vaſconcel. Guerreito. Hiſt. Luſit. Guzmanus.

Neſcio an ſit fortius, certè eſt multò glorioſius propagatæ ac defenſæ Fidei Catholicæ argumẽtum, terror nominis Luſitani Mauris, Turcis, ac omnibus Chriſti nominis hoſtibus illatus. Qui nos odio Religionis acerbiſſimo inſectari vbique, & inſidijs petere, & bello ſoliti. Eos enim nobis deſtinauimus, quod ingruenti ſe Cruci opponebant. Itaq; perpetuò ij nobiſcum, noſque cùm ijs bellauimus; nec tam pro ditione, quàm pro Religione bellum erat. Et ſanè conſtat, inquit Barrius, qui à noſtris interficiebantur Turcas, eos martyrum loco à ſuis haberi, atque adeo ijs diuinos honores decerni. Vnde perſpicitur quæ nobiſcum foret cauſa bellandi. Quòd ſi à Turcis ſacrum illud bellum exiſtimatum: quid nobis Catholicis videatur, niſi & Dei cauſa ſuſceptum, & qui in eo ceciderunt martyrij quodammodo palmam meruiſſe? Igitur ſtabilitâ à nobis, & dilatatâ Fide, Mahometanâ ſuperſtitione cadente, Mauri ad Turcarum maximos, & potentiſſimos Principes confugerunt: miſſâ primùm ad Sulthanum Ægypti (is tum Campſon ille Algauri ſummus Imperator) legatione, omnium, qui in India Maurorum erant nomine, cum inſigni querela de noſtris hominibus, quod Mahometanum nomen, ſectamque extinguerent, & ſuam inducerent, ac propagarent. Nec Campſon quieuit: imo tanto ardore negotium ſuſcepit, vt aduocatô viro Religioſo natione Hiſpano, famâ noto, Præpoſito Monachis Sanctæ Catharinæ Sinaïtæ Fratre Mauro, eoque minis deterrito, legationem ad ſummum Pontificem, Alexander tum erat VI. cum litteris faſtu, & timore plenis adornauit. Nec alium quàm eumdem Maurum Legatum eſſe voluit. Romam hic cum veniſſet, & litteras palam legiſſet legationemque expoſuiſſet, & minas Campſonis retuliſſet, quarũ ſumma erat, niſi Emmanuel bello, & Indica nauigatione penitus abſtineret, Hieroſolymitana ſacra ſe omnia monumenta, cũ magna Seruatoris Chriſti iniuria euerſurum: Pontificem, & ſacratum illum ſenatũ tanta admira- Couro. Oſor in vita Emmanuel.

Faria. Mariſius. Soſa Maced. Vaſconcel. tione ac terrore impleuit, vt idem Maurus ad Emmanuelem Regem miſſus ſit, cum mandatis Pontificis, precibuſque Patrum vt Sulthano moſem gerere vellet. At Emmanuel, qui vti prudens, & magnanimus, nec ignorabat, quo illa tenderent, nec timebat, quæ minabatur, ita ſe geſſit, vt & Pontificem timore liberaret, & ſacros illos ſenatores confirmaret, & Maurum omnes que doceret, nihil motum iri à Sulthano, qui ingentes ex inita ad illos ſacratiſſimos locos ex omnibus Chriſtiani Imperij partibus peregrinatione diuitias colligebat: reciperetque ſe nullum inde detrimentum Catholicæ rei fore; eo in timore Campſonem verſari, ne Mahometis ſepulchrnm dirueretur. Satiſque ſuam imbecillitatem illum oſtendere, dum quod armis extorquere non poterat, precariâ vellet legatione obtinere.

Comment. Albuquerc. Barr. Faria. Nec ſolus Sulthanus hanc prouinciam egit. Perſa Iſmaël Sophymus famâ celeberrimus Alphonſum Albuquercium alia legatione tentauit, vt à bello item Mauris, quos in tutelam acceperat, inferendo deſiſteret. Cui ille obiectis telis, enſibus, tormentis, omniumque armorum genere reſpondit: ac ita & faſtum excuſſit, & timorem.

Oſorius. Goes. Maffei. Cout Andrada. Maffæius. Faria. Omiſſis Legationibus, quòd nullus ex ijs fructus extitiſſet, ad arma ventum. Hinc Inde paratæ claſſes: noſtris Cæli ſemper, cui pugnatũ ope vincentibus, de que Turcis triumphantibus. Prima & ornatiſſima Claſſis Mirhoceno acerrimo Duce, Mamaluchis fortiſſimis barbarorum plena, à Protege Indiarum Primo Franciſco Almeida, cum alia copioſiſſima Maurorum ſubſidiaria claſſe victa, & diſſipata. Secunda Solymano Baxa Imperatore Dium ab obſidendam arcem miſſa claſſis Turcarum, cum flore lectiſſimo Genizarorum militũ, cùm copias expoſuiſſet, & muris admouiſſet, ab Antonio Sylucria fortiſſimo Imperatore repulſa, ac penè in fugam acta. Deinde promptiſſimis ſuorum deſideratis impetum noſtrorum, quos ingenti claſſe Garcia Norogna Prorex vehebat turpiſſimè euaſit. Tertiam ſimilem oppugnatum rurſum Dieſem Arcem venientem Ioannes Maſcaregnias, pari virtute ſuſtinuit, ac fregit; ſed refectam, & obſidionem coniunctis cum Cambayco Rege copijs arcis vrgẽtem Ioãnes Caſtrius aperto marte, collatis ſignis profligauit: Quartam potentiſſimam, & ſtrenuiſſimis militibus, peritiſſimis epibatis inſtructiſſimam, Solymano Præfecto, Fernandus Meneſius, Moderatoris Alphonſi Noronij filius tanta ſtrage affecit, vt è viginti quinque triremibus, & magno numero roſtratarum, vix duæ Solymano ad fugam ſuperceſſent: cui truncatum poſteà à Turca caput, ingentem de clade accepta dolorem ſignificauit, vt alias minores victorias prætercam quas alij Duces, & Nauarchi noſtri reportarunt. Certè de ijs multa, Martinus Alphonſus Soſa, Antonius Saldana, Hector, & Iacobus Sylueria Ægydius Fernandez Carualius, alijque complures Trophæa erexerunt. Inter quæ illud præcipuum, quòd à magno Nonnio Acugna de Turcarum claſſe apud Bazaimum collocatum. Quid? quod à Regibus Luſitanis imperatum ſæpè, vt Rubri maris fauces ingrederemur, & ijs ſuperatis Suezicos, Giddicos que portus inuaderemus, ac ijs ſeu naues Turcicas, ſeu ad illas fabricãdas materiem, & ornandas armamenta incenderemus.

Id

Id magno auſu ab Albuquercio primùm, deinde à Lupo Soarez Alber- Oſorius.
garia, Didaeo Lopez Sequeira tentatum. Poſteà verò eam expeditionem Comment. Albuquerc.
adornanti Garcia Noronia, & occupante morte, & rem exturbante,
Stephanus Gama, qui ei ſucceſſerat, ſuſcepit, & promouit, atque adeò Barrius.
Suezium vſque penetrauit, & totam illam oram maritimam tormen-
tis verberauit, nec deſtitit donec in Sina monte vexilla poneret. Fatales Couto.
nos quodammodo Turcis hoſtes fuiſſe, illud oſtendit; quod claſſis Soſa Maced.
illa prima auſpiciis Campſonis Algauri comparata Luſitani ferri
aciem in Italico mari ſenſit. Nam cùm materies & armamenta è Vene- Vaſconcel.
torum terris empta pretio exportarentur, incidit in eas naues Andreas Barr. D. 2.
Amaralius Baylius Luſitanus, Dux apprimè fortis Maltenſis qui eius
Religionis paucas, ſed inſtructiſſimas triremes ducebat, & cùm Turci-
cas eſſe competiſſet, aggreſſus, partim depreſſit, partim cœpit: omnes
disiecit: paucis euadentibus. Deo ita prouidente, vt contra Luſitanos
parata claſſis Luſitanâ virtute frangeretur. Nec mirum quòd ſibi tam à
nobis Turca, ac Mahometani omnes timerent, cum Rex Emmanuel
Pontificem, & cæteros Europæ Chriſtianos Principes legationibus,
litteris, donis ſollicitaret, vt coniunctis animis, ac viribus Turcam,
communem hoſtem aggrederentur. Itaque quod optare ſe Paulus Paul. Iouius.
Iouius affirmat, dato ad id optimo conſilio, ſed præterito eius Authore in fine hiſt.
Emmanuele Luſitano (quam gentem grauis ille ſcriptor, ſua ſæpe lau-
de fraudare ſolet, quod non ei calamum Ioannes Rex Tertius voluer-
rit inaurare, quòd turpe omnino putaret poſtulari à ſe aurum, vt
quæ ferro patrarant Luſitani, auri mercede ſcriberentur. Ne auro
emere fidem hiſtoria videretur. Quo ſanè Iouius & Regiam muni-
ficentiam offendit, cum non antè occupare poſtulando, quod ſcri-
bendo obtineret, nec aureum alioqui ſtylum cupiditate corrumpere
debuiſſet) id manet diuina Prouidentia actum eſſe, vt Turcarum gens
à qua tot Chriſtiano populo clades inflictæ, à qua fortiſſimæ Europæ
nationes ſæpè terra, marique attritæ, à qua toties de bellicoſiſſimis Ioan. Barr.
Catholicarum Regionum populis erecta Trophæa, nullam omnino de D. 1. l. 8.
Luſitanis victoriam apud Indos hactenus reportaret: imò quoties nobiſ-
cum ſigna contulit victa rurſus, & profligata ignominioſè fugam cepe-
rit. Atque hoc ipſum Ianizarij mirati, cùm in littus Dienſe deſcenden-
tis, & pleni ſui apertis, & reductis ad vtrumque latus, ac commiſ-
ſis cingulo tunicarum alis, vt altiùs cingerentur expeditiùſque pugna-
rent, aciem illam ſuam turbinatis faſciis turritam, cristatis apicibus
faſtigiatam, & mobilibus plurimis vndantem, acinacum fulgore mi-
cantem, pilorum vmbrâ horrentem, ſcloppetorum fulminibus tonan-
tem explicuerunt, ac ſolita arrogantia noſtros oppugnarunt, rati ſolo
aſpectu famâque expugnaturos. Sed vana ſpe deluſi, cùm non modò Ioan. Barr.
eminùs peti, ſed cominùs vrgeri ſe à noſtris, impelli, fodi haſtis pe- D. 4.
ctora, truncari enſibus capita, horrendis ictibus amputari membra, Cout.
cædi, laniari, quoſdam ſemineces terrâ volui, quoſdam moribun- Maffei.
dos natare ſanguine, alios expirantes pedibus conculcari, alios per Coutinius.

Couto. aëra volitantes diſcerpi, tunicarum apparatus ſanguine inſici, decuti plumas, criſtas deiici, turbinata faſtigia deturbari, aciem fluctuare, ſolui, diſſipari, omnia igni, ferroque abſumi vidiſſent, tum demum ſuo malo ſenſerunt, apud ſe agnos, apud noſtros leones reperiri. quo nomine Luſitani

Barr. in Oriente ab Hidalcano, & Nizamaluco maximis Regibus, ſummis Imperatoribus ſoliti appellari. Itaque mirandum non eſt quòd à noſtris tam ſit, & defenſa, & propagata Religiò, cum hinc tam lenes ac pij erga Chriſtianos, inde tam terribiles ac feroces contra Fidei hoſtes ſe exhiberent, vt nemo Chriſtianos humaniùs, nemo Mahometanos aſperiùs tractaret.

Hanc eſſe Luſitanorum Regum & Ducum in profligandis Fidei hoſtibus mentem, conſtat ex Epiſtola Ioannis Tertij ad Ioannem Caſtrium datâ: cuius vnam, in qua vis eſt, ſententiam, vti vertit Maffæius,

Maffeius. reddo. *Quò intelligant omnes nihil mihi eſſe antiquius, quàm vt omni ex parte integri, incolumeſque ſeruentur, qui à Dæmonum caſtris ad Chriſtiana ſigna tranſierint.*

Sed exemplorum & ratiocinationis ſatis. Venio ad teſtimonia vt proximè dicta confirmem, & ab Authore obiecta refutem: quo fiet vt illum pudeat dixiſſe; Vanam omnino, & inanem exiſtimationem, ex Religione propagata Luſitanos apud exteras nationes collegiſſe. Nec ego Authores ſolitarios, & priuatos, ſed qui fidem publicam faciant primùm adduxero. Legationes, tum illam quàm ad Ioannem Secundum Rex Congi miſit, tum quam idem Rex ad Emmanuelem Regem, tum quæ miſſa à Rege Alphonſo Congano Romam ad Pontificem Ma-

Reſend. ximum Leonem X. tum quam expediuit Æthiopiæ Imperator, & Oliſiponem ad Regem, & Romam ad Papam, tum præcipuè quæ ſuſcepta

Ioan. Barr. Ioan Botet eſt à Iaponienſibus Principibus in Europam, ſi ſibi Author proponat, agnoſcet profectò, quanto Chriſtianæ Reipublicæ emolumento Luſita-

Guzman. Roman. ni in prædicando Euangelio laborarint. Deinde Epiſtolas Regum Conganorum, & Angolanorum ad Regem Ioannem Tertium, & Sebaſtia-

Goes. Oſor. Maffæius. Paul Iouin. Ciacon. num, & Henricum, ac illam præcipuè quam Albertus Pius Carpenſis, Maximiliani Imperatoris Legatus, quo tempore Triſtanus Acugna inſigne illud munus Pótifici Leoni detulit, ad eúdem de Luſitanorum apud Indos rebus geſtis ſcripſit, obijciam: quas ſi legat, non aliud teſtimonium luculentius deſideret. Quòd ſi adhuc ire dubitando pergit, acci-

Turſellin. Lucena. piat quæſo libellum Epiſtolarum Beatiſſimi Patris, & Iaponiorum Apoſtoli Franciſci Xauerij, ac in ijs ea inueniet, quibus certè refragari non audeat. Et ne euadere poſſit, aditum obſtruo orationibus habitis Romæ

Andrada. in laudem Religionis, ac virtutis noſtrorum, quoties legationes illæ quas ſuprà memorauimus, inſtitutæ. Quæ cùm omnes ſint legendæ, tum illa vnicè, quàm dixit coram Paulo III. Pontifice maximo Theophylus Auguſtinianus, cùm Dienſi capta vrbe, & Arce erecta Rex Portugalliæ Ioãnes III. eius feliciſſimi nuncij gaudio Romanam Curiam perfudiſſet: ad illumque celebrandum Pontifex Solemnem pompam inſtituiſſet, in qua noſtrorum de Religione apud exteras gentes, tum latè propagata, tum ſtrenuè defenſâ, exaggeratæ altiùs laudes continentur:

nentur: cui maximus & aſſenſus, & plauſus à ſacro illo Cardinalium cõ-ſeſſu factus, maiorem quodammodo humano teſtimonio fidem facit, & Authoris calumnias abundè confutat. Eam hic ego afferre nolui, quòd apud alios Authores noſtros integra inuenitur. contentus illos citare, ſi quis legendi ſtudio ducatur. Acceſſit me Pariſijs iſta feſtinatò ſcribentem latina exemplaria reperire non potuiſſe: atque adeo operæ pretium facturum me non putaui, ſi eam cum latinè ſcriberem, alio quam eſſet ſtylo importunè repræſentarem, & germanam dictionis formam corrumperem. Couto D 4. l. Souſa maced.

Priuata, ſed grauia, & quibus tantum inſit authoritatis pondus, vt & Author ſuccumbat afferre placet: quò appareat huiuſmodi de Luſitanorum Propagãdæ Fidei ſtudio, non vanam, ſed ſacram haberi opinionem. Primùm ab initio Euangelicæ legis poſt Chriſti Anaſtaſim diſperſis per orbem Apoſtolis prædicatæ, prædictum ab vno ex ijs, Diuo Thoma, Luſitanos fore ad idem opus à Spiritu ſancto cum Paulo & Barnaba ſegregandos. Conſtat enim cùm apud Indos in Prouincia Malabatica verſaretur, & Euangelio operam daret, Templum condidiſſe, & ante illud Crucem erexiſſe, eo loco, qui tum à mari plurimùm eſſet remotus: ac in eam intento digito, affirmaſſe, cùm ad eam Crucem mare paulatim allambendo acceſſiſſet, venturos, eiuſdem quam tradebat Fidei homines ſibi ſimiles, qui eandem prorſus doctrinam Euangelizando docerent. Idque tum cùm eo loci penetrarunt Luſitani, accidiſſe, indigenæ, qui in eam erant curam intenti obſeruarunt. Et quidem huic vaticinio, aliud non minùs celebre, ac admirabile reſpõdit, ex cortina Oriquićſis campi vbi Chriſtus Dominus ſpecie Crucifixi Alphonſo Regum noſtrorum Parenti, & Regni Authori recepit fore ſuos nepotes, ac poſteros Reges maximos Fidei, & nominis Chriſtiani apud exteras & barbaras gentes propagatores, idque à ſe, & anteà conſtitutum, & tum declaratum. *Volo enim*, inquit, *in te, & ſemine tuo Imperium mihi ſtabilire, vt deferatur nomen meum in exteras gentes*, quemadmodum in ea quæ habetur de illo euentu hiſtoria multis, & magnis argumentis probata, cui inſertum, ipſum conceptis ijſdem Alphonſi verbis teſtimonium vidimus, continetur. Vnde collato vno cum altero, & primo Diui Thomæ, & ſecundo Chriſti Domini oraculo certiſſima Fide conſtare debet Luſitanos à Deo, ad id munus eſſe delectos: in illudque Religioſè ac piè & ſtudioſè incubuiſſe. Ioan Barr. Ioan Boter. Couto. Faria. Vaſconcel. Lucena. Romanus. Monarch. Luſit. Brittus. Catam.

Nec vero deſunt, qui multò antè in veteri Teſtamento idem prænuntiatum eſſe vendicent, & confirment. Plurimos enim ſacrarum litterarum de futura Euangelica Prędicatione locos ad Luſitanos trahunt: de que ijs aptiſsimè interpretantur illud Iſaiæ. *Ite Angeli veloces, ad gentem conuulſam & dilaceratam.* Ad Luſitanos pertinere probat, P. Ferdinandus Rebellus Primarius Theologiæ in Eborenſi Academia magiſter. Idem verſat argumentum, & ſummâ, quâ ſolet, eruditione confirmat, ac illuſtrat, viuũ illud Sacrarũ litterarũ Oraculũ P. Franciſcus Mendoza. Eiuſdem adductis & hoc, & alijs non paucis Scripturæ locis ſunt ſentẽtiæ Iſai. 18. n. 8. Rebel. de obligat. Iuſt. 2. p. l. 1 8 q. 22. l. 3.

Patres Societatis, quorum cum proprium ſalutem animarum procurare, tum & qui de ea, & de illius miniſtris loci agunt, eos capere & interpretari, cuiuſmodi ſunt P. Benedictus Fernandius, P. Blaſius Viegas, alijque inſignes Societatis Authores Luſitani. Ac ne eo nomine ſuſpecti habeantur, addiderim aliquot alienos. Vnus eſto Leo Caſtrius grauis, & doctus interpres, qui Luſitanæ gentis in propaganda religione ſtudium vehementer laudans, de illis intelligit illud Iſaiæ vaticinium, *Afferent filios ſuos in vlnis*: & cum locum in eorum laudem vertiſſet, & non parum commendaſſet: quaſi par tanto argumento (quâ modeſtiâ) non eſſet, addidit: *Maiore ad id buccina opus eſſe.* Alter Boſius, qui cuius numeri Author ſit, eruditiſſima eius ſigna demonſtrant. A quo multi ſacrarum litterarum loci de amplificanda à Luſitanis Catholicâ per exterarum gentium Imperia Fide ſcitè, & appoſitè admodum explicantur. Tertius Genebrardus ſatis famâ, & ſuper æthera notus Hîc tum alibi, tum præcipuè in Pſal. 67. exponens illum verſiculum. *Qui aſcendit ſuper Cælum Cæli ad Orientem*: & conferens cum eo Apocal. loco *Angelus effudit phialam ſuam*, n. 12. c. 16. Vtrumque de futura extremis Eccleſiæ temporibus Catholicæ Fidei propagatione interpretatur. Ac inter alia: *Cui*, inquit, *myſterio Portugallenſes, & Hiſpani in ſuis ad illos populos nauigationibus, & conuerſionibus inſeruiunt.* Vbi obſeruādum primum noſtris locum dediſſe, quem iure obtinuerint, tum, quod tempore anteceſſerint, tum quod & ſtudio, & labore, & fructu primas tulerint.

Benedict. Ferdin. in Geneſ. Viegas in Apocal.

Leo Caſtr.

Thom. Boſ de ſignif. to. 1. & 2. vide ſign. 84. & 87.

Genebrad. Pſalm. 67.

Hoc ego ante argumento Luſitanorum meorum gloriam confirmarām: cum incidi poſteà in commētarios erudititiſſimos docti, & ingenioſi viri Emmanuelis Faria Souſa, in Camonium, in quibus inueni eandem ſententiam & expreſſam, & probatam. Quem ego Authorem magni facio, pluris facturus, ſi de ſe modeſtiùs ſentiret, de Patria minùs quereretur. Amori, & immortalitati, non mercedi, aut præmio, ſeruiendum. Quo certè omnes, qui caremus, & officij fructu, & conſcientiæ noſtræ teſtimonio frui debemus; quod ſi dolendum ſit, de fortuna potiùs noſtra, vel de iniuria temporis, vel de priuati alicuius hominis inuidia cum queramur, de Patria certè queri non poſſumus.

Emmanuel. Faria Souſa. Comment. in Camonium.

Vt coronidem huic capiti imponam: ad Regem noſtrum Sereniſſimum Ioannem IV. Promiſſum, ſtylum conuerto. Nam ille vti legitimus Luſitanorum Regum nepos ac hæres, non minus ſanguinem quàm Pietatem hæreditario iure accepit. Et quidem hoc ſe nomine dilatatæ Religionis ita commendat, vt ſi minùs iuſtitiæ titulis clareſceret, hæc argumenta Pietatis legitimum fore Luſitaniæ Regem ac Dominum declararent. Ab illo, intermortua Philipporum interregno Indica expeditio, ſuſcitata. Cum de dimittendo Indiarum Imperio Madritti agitabatur, ille confirmare, & amplificare decreuit. Eo curas intendere, naues, & copias mittere, nobilitatis ad eam ineundam nauigationem ſtudia accendere, Euangelicos Prædicatores expedire, Martyres protegere, Infideles ad Fidei gremium conuocare, Crucis vbique vexillum erigere. Cui Pietati neſcio, an Deus Optimus Max. præluxerit accenſis Martyrum facibus: cum quarto ante quam Regnum iniret menſe Lega-

tis quatuor Luſitanis, quadraginta ſeptem ſocijs ſtipatis in Iaponia Martyrij Palma feliciter obuenerit. Perinde ac Deus Roſeam ſacro illo ſanguine viam Ioanni ad ſceptrum vadenti, muniret. Accepto Regni gubernaculo non minus Reſpublica iuſtam manum, quàm Religio agnouit. Fides ipſa noua gemmina emiſit, in ampliores fructus eruptura: Eccleſia ſibi Orientali Luſitanum Regem gratulante. Conſtat, (& eſt Author idoneus) eo Rege ſalutato, Timore nobili inſula Reginam Menam, & Filium hæredem Regni Principem, cum tota penè Curia Chriſto nomen dediſſe. Neq; vnum ſatis ſceptrum naſcēti gloriæ fuit. Regina item Liſaï, & Rex Manubai eiuratis ſuperſtitionibus Fidem ſunt Catholicam amplexi. Refloruit apud Indos, apud Afros reuixit eodem Rege Chriſtiana Religio. Suſcepta, & commendata annis proximis à Pontifice Maximo Cappuccinis Fratribus expeditio, anno 1643. auſpicijs, & opibus Regis eſt noſtri confecta. Eò miſſi quatuor viri Sanctiſſimi, quibus & Oliſipone, & in mari, & in Braſilia, quò, ad ſoluendum inde in Congum, opus fuit appellere, quæcumque vſui forent Regia magnificentia donata, certante cum liberalitate modeſtiâ, nec enim ab ijs, niſi quibus carere non poterant, accepta: rem præcipuè tam piam ac Religioſam vrgente Sereniſſima Regina Luſitaniæ, in quam cum omnes, tum corporis, tum animi dotes confluxerint, omneſque de primatu contendant, Religio tamen & Pietas videntur eminere.

Fr. Anton. de Angelis Dominicanus

Extat apud Monſium de Carusglio in aureo libello Francia inteſellada. Demonſt. 3.

In amplificanda Religione multò Caſtellanis Luſitanos præſtitiſſe, & quæ afficta noſtris Auaritiæ, & cupiditatis, vera Caſtellanorum vitia fuiſſe: quo tota huiuſmodi ratiocinatio concluditur.

NOn mihi Regum Catholicorum Religioni detrahere, dum Luſitana Caſtellanis antefero, eſt animus; nam ij certè vt alijs tum domi, tum foris, Pacis & belli artibus, ita pietatis imprimis ſtudijs floruerunt. Itaque nec inter ſe eos conferam, ne ex collatione inuidia oriatur, nec ſi quid minus aut iuſtè, aut piè à Ducibus, ac militibus factum, eius culpam Regibus attribuam, ne alienam culpam præſtare innoxij videantur. Tam volo vt honori Regio conſulatur. Vnum tamen animaduerto: multũ hac in re noſtros Caſtellanis Reges præſtitiſſe, quòd Caſtellani multis, & grauibus in Europa bellis cum varijs, & potentiſſimis hoſtibus diſtricti, & in nouis Regnis parandis occupati minùs certè, quàm Luſitani Propagandæ Religioni, & amplificandæ Fidei ſtuduerunt. Vnde neceſſe fuit, vt quædam principiò irreperent, & poſteà inualeſcerent, quæ cupiditatem acuerent, auaritiam alerent, crudelitatem inducerent, detrimentum indigenis, Caſtellanis dedecus, & infamiam afferrent. Quod ſanè grauiter queritur Epiſcopus ille Chiapenſis, eo nomine Ferdinandum Catholicum incuſans, quòd minùs & iſta prouiderit, & plus æquo Imperatoribus ſuis indulſerit. Neque ſolus Ferdinandus huius criminis, ſed tum Carolus, tum Philippi poſteà: ſed minus acriter appellandi.

Epiſcopus Cihapenſis tribus hac de re libellis, & Chron S. Franciſci p. 4. & Hiſtor. S. Dominici.

Id cõſiat tum ex noſtris, tum ex Caſtellanis Hiſt.

Primùm ſtatuo quodiam antea obſeruaram. Authores huiuſce ſacræ expeditionis Luſitanos fuiſſe,cum anno 1515. eam ſuſceperint; Caſtellani non niſi anno 1592. inchoauerint. Deinde duos arguo erroris authores. Alterum Caramuelem, qui ait, à Columbo initam in nouum

Caram. in reſp ad Man Luſit. fol.69.

orbem nauigationem,antequam nos Tormentoſum Caput,& vltra poſitas regiones aperiremus, alterum Herreram, qui affirmat Braſiliam ante Petrùm Aluarez Capralium inuentam à Caſtellano homine fuiſſe. Quod ſanè vtrumque à veritate alienum:nam neque priùs Caprali quiſ-

Herrera. Hiſtor. Indic.

quam Braſiliam explorauit,vti omnium autorum confeſſione conſtar, neque Columbus ante inuentum Caput Tormentoſum nauigationem ſuſcepit. Primum eo vltra authoritatem argumento ſuadetur. Quòd ſi priùs Braſilia à Caſtellano inuenta eſſet,foret ea Caſtellanæ ditionis,cum pars noui Orbis ſit,atque adeo non ſinerent à Luſitanis poſſideri. Qui ſanè ita poſſedimus, vt nunquam ea de re ne leuis quidem controuerſia mota ſit,nec tu id,opinor,niſi apud Herreram commentum inuenias. Al-

Ioan Batt. D. 1.l.3. c.4. v.11. Reſcendius. Maffei.

terum ſupputando,& conferendo tempora liquidò appatet:nam anno 1581. Tormentoſum Caput Bartholomæus Dies aperuit, anno vero 1592, Nouum orbem Columbus explorauit. Caramuelem erraſſe minùs miror, quòd eius ſimus Luſitani legendis erroribus aſſueti:quorum multis

Dux Villar. in ſoo Anticaramuele.

in hiſtoriis Dux Emanuel Villareal acutus,& peritus huius æui ſcriptor deprehendit,& confutauit:& in iure & facto non paucos Doctor Antonius Soſa Macedo magni nominis,& ſummæ eruditionis Author reperit,& refellit:aliquot in Theologia,& quidem graues duo præſtantiſſimi

Anno. 1642.

in Luſitaniâ Theologi P. Simon Aluarez, & P. Nonnius Acugna, alter Prouincialis,alter Aſſiſtens Romæ, de mandatu ſanctæ Inquiſitionis obſeruarunt,& ad ſacrum illud Tribunal detulerunt:à quo Caramuelis Philippo Demonſtrato luce interdictum: vt norit Caramuel quanto

In Anonym. Pariſiis cuſo in Appendice.

cum iure,tantò anteà, Franciſcus Macedus huiuſmodi errorem arguerit, cui ſi tum auſcultaret non ſuſpectus hodie de Fide, & veritate Author haberetur.

Barr. Vaſconcel. Faria.

Illud certè nobis magnæ gloriæ eſſe debet,quod cum de diuidendo in duas partes orbe ab Alexandro VI. Pontifice ad controuerſiam inter Ioannem Secundum,& Ferdinandum Catholicum ortã ageretur,vt alter Orientalem,alter Occidentalem plagam ſui iuris faceret,optio primùm data Ioanni,quod prærogatiua temporis excelleret. Imo & momentum addiderim: Chriſtophorum Columbum à noſtris de illa nauigatione certiorem factum,& ad eam inſtitutum. Nam cum inter nos in inſula Materiæ eſſet,nautę quidam è noſtris eo appulerunt, qui incerta nauigatione vſi, ventis obſequentes ad eas fuerant regiones tempeſtate delati. Quas cum deſignarent, ac eos mente Columbus, vti erat acutus,& ſagax retineret, ſibi perſuaſit fieri nauigando poſſe, vt aperiret. Eo animo Oliſiponem venit, Ioannique ſe obtulit, à quo tamen reiectus ad Ferdinandum abiit, qui excepit,ac expediuit. Quod non niſi certâ numinis Prouidentiâ factum eſt, nec enim Luſitani toti pares orbi ob paucitatem eſſe poteramus: & multò meliùs conſulendum erat tot animorum æternæ ſaluti, ſi diuiſa imperia forent,abundante in vtraque

gente operatiorum multitudine, qua opus erat, ad ingentem illam Ethniciſmi ſegetem Euangelicâ falce metendam.

Et quidem fateor vtrobique magno Fidei amplificandæ ſtudio ab vtriſque laboratum: cum par propè fuerit Religioſorum hominum & pietas, & induſtria, & in Occidentalibus Indiis eorumdem fermè Ordinum alumni illi vineæ excolendæ operam dederint, eamque non pauci ſanctiſſimi Martyres ſuo ſanguine irrigauerint: & ingentes animorum fructus extiterint. Itaque de Eccleſiaſtici Ordinis tum Paſtoribus, tum Cócionatoribus, & magiſtris nihil mihi propoſitum eſt dicere, ſed tantùm gratias haberi à me iis, quòd tam ſtrenuè ac piè in Chriſti vineâ laborauerint. De Imperatoribus ac Ducibus, deque ſeculari, vt aiunt, imperio ſermo eſt. Ac illud aſſumo: quæ Author vitia nobis affingit, ea ſuis vere obiicere potuiſſe.

Ac primùm de Columbo, aliis que Americæ exploratorum Principibus conſtat, mercatorum potius, quàm Imperatorum Perſonam geſſiſſe. Nam Columbus vbi acceſſit Cypango & Cibao nominatis, quaſi inquireret, ſuſpicionem Indis fecit Auri ab ſe, & Argenti fodinas inquiri: atque adeo ab iis illò eſt deductus: ita primus cupiditatis aditus fuit. De Pizzarris, & Almagris Hiſtoria Incarum tradit, inſtar pauperum militum Peruânam Prouinciam animo parandi diuitias penetraſſe, idque ex militari concione Tumpis à Petro Candienſi Franciſci Pizzarri exploratore, ſpe acquirendarum diuitiarum ſocios adhortante habitâ manifeſtè deducitur. Idem de Velazquiis, & Bermudiis apud Mexicanos, eius Regni produnt Hiſtoriæ. Ferdinandus Corteſius, licet clariſſimus poſteà Imperator, non alio quã mercatoris ſtudio, ac propè habitu ad Indos iit. Author rerum ab eo geſtarum narrat: Duas ei propoſitas vitæ rationes, vel militandi ſub Magno Duce Conſaluo in Italiâ, vel cum Nicolao Ouando ad Indos nauigandi. Huc eum cupiditate opum inclinaſſe: eò eum veniſſet quæſtui operam dediſſe; ac in Diuo Dominico annos quinque mercaturam exercuiſſe. Ducem poſteà inſtitutum, id ſibi propoſuiſſe. *Pergere, opes inquirere, auro ſe onerare.* Nec animum euentus non probauit. Ecce enim Corteſius bellum Zempoallanum & Tlaſcallanum ſuſcepit: ac Moçezumæ primùm vincula iniecit, deinde mortem intulit, vt illorum populorum opes acquireret, & tum illius, tum aliorum Mexicanorum Principum theſauros expilaret. Id que re præſtitit, nam, & ingentem auri ſummam à Motezuma poſtulauit, & quòd minùs votis reſpondebat, eo interfecto domos duas, & Regiam ampliſſimam aulam, quæ plenæ auro erant, incredibili cupiditate exhauſit. Vndè tantæ illi opes fuerunt, vt bis in Hiſpaniam auro & gemmis onuſtus redierit. Ac ne munere quo propter criminationes priuari timebat, demoueretur, naues opibus plenas, ceu machinas admouit, quibus integra Tribunalia expugnauit. Vidit natantem Occidentalis Indiæ gazam mare l'unicum, & apertis faucibus ingentes illas opes deuorauit, cùm ad Algerium ſcopulis alliſa Corteſii inſignis triremis votaginé cupiditatis expreſſit, quam immenſa vndarum votago ligurijt: Cauente ſibi tamen, & in communi naufragio, cùm leui tabula opus erat, auro ſe

Ioan Barrius. D. 1. 1.

Hiſtor. Mexicana. c. 1.

Illeſc. in vita Leonis X. l. 6. c. 8.

Hiſtor mexic. c. 3.

ac gemmis Corteſio, quibus linteum quo ſe cinxerat impleuerat, onerante, quod mare tamen indignans non tulit, nam eo vel ſoluto, vel rupto opes diſiecit, & demerſit: eo poſteà miſertimè iacturam duorum Smaragdorum immenſi inter cætera pretij deplorante. Ita quo nullum præſtantiorem apud Indos Ducem Caſtellani habuerunt, is cupiditati victus ſuccubuit. Neſcio an magis laborarint eodem vitio. Certè turpiùs ſe Pizarri, ac ſocij inquinarunt. Cum tot Principes, Regeſque, eorũ opibus inhiantes crudeliſſimè interfecerint. Ac inter eos ditiſſimũ Atabalipam, qui quòd inſidiari ſibi diuitiarum cupiditate videret, vt mortem euaderet, millionibus quinque auri redimere vitam voluit. Satis eſſet fortaſſe pretij, ſed libidini paſtus non ſatis. Sed quòd eo viuo aliquid reliquum futurum erat, vt & illud tollerent, vitam ei eripere maluerunt.

Garcilaſſ In-ca. l. c. 33. Nec aliã, tum eius primùm vinciendi, tum demũ occidendi cauſam fuiſſe Author illius gentis idoneus teſtatur. *Eo enim*, inquit, *in poteſtatem Rege redacto, penes ſe omnes Peruani Regni theſauros eſſe credebant.* Quòd grauiſſimus noſtri temporis, & probatiſſimus, Hiſpaniſque addictiſſimus Scriptor deteſtatur.

Iuſtus lipſius. in notis ad li. 1. Polit. Eruditum ab auaritia ferrum per colla Principum vagabatur, ſine horrore Sanguiniseffuſi, quod auri colorem ſtudio cupiditatis referebat: lenocinante oculis futurarum ex illo vulnere ſplendore bractearum. Depaſta ferri inſanientis acies totam Incarum Principum ſtirpem; nec furere deſiit, donec cæſo Huaſcaro, & Tupacio Amarucio nouiſſimis illius gentis Principibus ſtetit, non ſatiatâ libidine, ſed ſubſtractâ materie crudelitatis. Eadem auri, argentique libido ſeditiones, & turbas, mox prælia inter Hiſpanos ipſos excitauit, Pizarris Almagros

Herrera. Hiſt. Incar. commiſit, & quos paupertas concordes animos aut inuenerat, aut fecerat, opulentia diſcordes & hoſtes reddidit. Imò & quod horribile dictu eſt, à Rege ſuo Catholico deficere voluerunt; quin & contra eum ſumptis armis rebellarunt. Quique Reges ſuſtulerãt, Reges agere decreuerunt, & non in opes modo, ſed & in Coronas & ſceptra inuaſerunt. Hinc illa Pizzarrorum, Caruaialij, & Gironis peſtifera rebellio, quæ aduerſus Catholicum Regem gliſcens per Moderatorum & Prætorum inſignia ferro, igniqué graſſata magnas in iis Prouinciis Tragædias excitauit. Sed eas & animus horret commemorare, & calamus ſcribere. Satiùs fuerit horrida, efferaque Auaritiæ, & immanitatis ſpectacula alienâ manu repræſentare, adductis Authorum & quidem Caſtellanorum locis, in quibus illa exempla referuntur, mutato tamen vernaculo in Latinum ſtylo, ac quo maiori fides vertenti ſit, notare in margine locos, vt & conferre inter ſe quis poſſit, & reſpondere ſibi deprehendat.

Epiſcopus Chiat. in Euerſione Ind. Occide. p. 47. Quo ſtudio primi illi Americæ Exploratores regiones illas penetrarint, & luſtrarint ex Epiſcopo Chiapenſi audiamus. *Ab aperto nouo orbe ad annum 1542. cum iſta ſcribo, nulla ratio habita eſt prædicandæ Fidei ab Hiſpanis Ducibus, ſeu nihil interincolas, & beſtias intereſſet, quin imo & Prædicatores ſuos*

Idẽ in Supp. Schiauo Ind. n libert. Præt n. 15. *Religioſo Prædicandi officio prohibuerunt, nimirum quòd putabant Fidei Chriſtianæ profeſſionem acquirendis diuitiis, quibus ſtudebant, impedimento fore.* Et alibi. *Cum Hiſpani pecuniis illis in Regionibus inhient, & ibi maximè ferueat & dominetur*

mineti. cupiditas, ſi Indorum dominentur. Finis ſuprà dictus, ideſt, conuertendi ad Fidem obtineri non potuit: nec enim Indi Euangelii Doctrinam vnquam audient, aut Chriſtiani ſient, cum directè, ac datâ operâ Hiſpani Prædicationē impediant, & vt nulla omnino ſit contendant. Clarius illic. *Hiſpani Indis ita vtuntur, vt nihil aliud ex illis velint, niſi aurum & opes, quas cupiunt, & ſibi tanquam Finem proponunt.* Quo loco latè mala Auaritiæ exaggerat, & cupiditatem Hiſpanicam, cauſam euerſionis Indiarum eſſe confirmat, & addit. *Feruet habendi libido, & minoris fit Deus quam aurum. Auarus enim, & cæcus cupiditate, cuiusmodi ſunt omnes Hiſpani apud Indos, nihil aliud niſi diuitias quærit.* Adiicio. *Dolent Hiſpani quod Indi Chriſtiani fiant, nam eo dicunt ſapientiores fieri, atque adeo minus ad ſeruiendum aptos.* Itaque eos *beſtiarum loco habere volunt. Sed cum iis immaniùs, quam cum beſtiis agunt.* Huc pertinet. *Ponunt Hiſpani impedimentum oppreſſis ac miſeris Indis in ſuſcipienda Fide.* Facit illud. *Omnia ad opes ac diuitias Hiſpani referunt, omnem ad id lapidem mouent, ſiue inde labor, ſiue mors Indis ſequitur, modo diuites ſint, non curant.* Grauius hoc. *Excubant intenti Hiſpani, & cum vident Indos in Eccleſia eſſe diuinis myſteriis intentos, in eos inuadunt, capiunt, ligant, & quo volunt, ducunt, Religioſos vero qui eos inſtruebant, ſe opponentes arcent, & aliquando inſectantur, & vulneribus afficiunt.* Ibi vero vehementer, cupiditatem exaggerat, vbi ait. *Cauſa damnationis tot millium Chriſtianarum animarum ſola fuit libido auri, in quo finis omnium conſtitutus. Incredibilis enim, & inſatiabilis illa Hiſpaniæ cupido extitit, qua maior non potuit reperiri.* Idem ibidem, n. 7. Idem in 1. part. ſupplicis Indiam. Ib. 108. Id in coniuncta, & deſt. Indiar.

En quo perduxit auaritia Caſtellanum, & tamen hic nobis inſultat, & cupiditate infamat. Trado eum ſuis Authoribus caſtigandum: videat, quò auri libido præcipitauit. *Primi illi Indiarum Imperatores grauiſſimo iugo incolas oppreſſerunt. Quorum ſanè immanitates ob diuitiarum ſtudium eiuſmodi fuerunt, vt vnus eorum ſociis militibus ſuis, igni incenderit, terrarum feraciſſimarum ſpatium ad leucas quingentas. Alij in diuerſas Prouincias abierunt, vaſtando agros, oppida, ciuitates, occidendo quoſcumque obuios habebant Reges, Reginas, Caciquos, Dynaſtas viuos comburendo. Omnes ſine Baptiſmo, ſine notitia Fidei interfecti, cum nemo eſſet qui ad ſalutem inſtrueret, nam ipſi primi Exploratores auro tantum eruendo intenti erant ac illud vt colligerent non modo montium, ſed hominum viſcera effodiebant.* Horrorem incutiunt ſequentia. *Ab anno 1510, quo Florida inuenta, ad annum 158. quatuor in eam expeditiones ſuſceptæ, nulla ſecundo euentu, puniente Deo earum authores, quorum finis erat opes acquirere, diuitias comparare, omni diuino, & humano iure conculcato. Latrocinabantur prætextu Euangelii: perinde ac lex Chriſti mortem, non vitam & pacem afferret, in omnes Indos crudeliter ſæuiebant.* Illa fortaſſe majorem. *Tot latrocinia, tot immanitates, tot cædes extiterunt, vt multa Regna integra euerterentur, circa Mexicum pluſquam milliones quatuor hominum occiſi in Regno Nacu, & Honduras ſuprà duo milliones interfecti: & in aliis ſimiliter debacchati. Fuit Dux qui Regem quendā & Caziques eiuſdem viuos combuſſit, quod non ei immenſa quædam auri pondera dono dederant.* Paulo poſt. *Indos plurimos haſtis transfigebant, non paucos vaſtis & ferocibus Canibus laniandos obiiciebant. Caciques & Dynaſtas ignibus vrebant, vt & terrorem Indis incuterent: & ſibi aurum compararent. Erant in Caſtris veluti fora & macella in quibus carnes palàm humanæ vendebantur, At coram Duce ipſo Caſtellano infātes tenelli diſcerpebātur, vt aſſis igni* Chron. Diu Franciſc. 4. p. Hiſt. D. Dominici. Chron. l. 1. c. 33.

amicos & hoſpites ad ſe venientes lautius, & delicatius exciperent: & quod aiebant
Lib. 2. c. 53. *gratiſſimum eſſe guſtui manuum ſaporem, eas homini ad id ipſum mortuo præcidebãt,*
& in menſam pro cupediis inferebant. Eiuſdem furfuris ſunt illa. Ingreſſi in
oppida Hiſpani inopinatò ad aurum eripiendum; itaque Indos ſubito
interficere, domos diripere, ſupellectilem tollere: in vulnere volupta-
tem quęrere: ac ex contentione feriendo ludere. *Quiſnam eſſet, qui*
vna ictu medium Indum, medium ſecaret. Infantulos ab vberibus matrum auel-
lebant: & ſaxis alliſos lacerabant; imo & erectis patibulis duodecim tre-
decim ve, totidem in iis Indos ſuſpendebant, notato numero in memoriam duode-
cim Apoſtolorum, & Chriſti Domini Seruatoris: ac vt lentior cruciatus eſſet, ignem
In Hiſt. euerſionis Indiar. *pedibus ſubiiciebant, vt ambuſti expirarent.* Redeat Epiſcopus Chiapenſis.
Perſuaſum Indis eſt Hiſpanos tanta auri cupidine laborare, vt ſi Dæmones auro a-
bundarent, bellum cum iis ab Hiſpanis eſſet gerendum. Quid? quod ſæpe ad acqui-
rendas diuitias Chriſto renuntiarunt, eiuſque nomen ac Fidem auro vendiderunt?
Idem Ibidem. *Fuit moderator, qui quod ei arcam auro plenam, cui inhiabat, Indi non dederant*
magnam Prouinciæ illius partem ferro ignique vaſtauit, innumerabili hominum mul-
titudine, vel vulnerata vel occiſa. Alibi ita ſcribit. *Solebant Præfecti Hiſpani*
Caciquibus imperare, vt certam auri ſummam ſibi afferrent, quod ſi non obtinebant,
In liberali pretenſa. *violentas iis, & ſubditis Indis manus afferebant: ac loco auri Indos captiuos dari ſibi*
poſtulabant: quibus ſtigmata impreſſa, vt inde aliò exportarentur. Igitur iis tanquam
nummis vtebantur: nam Ludo res ſubiiciebant, & in vnum iactum quingenti,
eoque plures Indi veniebant. Acciditque, vt ſingulis Caſcis ſinguli Iuuenes ele-
Chron. l. 2. c. 46. *gantiſsimi mutarentur.* Locum Chronicis faciamus. *Tanta erat Alca-*
rum tyrannis, vt vno iactu trecenti, quadringenti, quingenti Indi exponeren-
tur; aliquando euenit, vt equa vnica octoginta Indorum numero vendere-
tur.

Ac vt manifeſtius appareat, quanta vis huiuſce Caſtellanæ cupidita-
tis fuerit: breuiter cum Epiſcopo Chiapenſi per illas immenſas vaſtiſsimi
Epiſcop. Chiap. lib. de eius. Indiar p. c. n. 10. 11. 12. orbis Prouincias cogitatione eamus, & ſummam quandam cædium fa-
ciamus: & cruenta auaritiæ monumenta intueamur. *In inſula Hiſpaniola*
vbi erant tres circiter hominum milliones hoc anno 1542. vix ducenti reperiuntur. Inſu-
læ Cubæ, Iamaycę, Sancti Ioannis, Lucayenſes & Gracioſenſes olim populoſiſſimæ
hodiè pene deſerta; ac ſolitarię, omnibus penè incolis ferro Hiſpanico abſumptis.
Ne de aliis ad duo millia leucarum porrectis inſulis: in quibus vix vlla perſona repe-
ritur. Ad continentem tranſeamus. *Nicaraguæ è tot myriadibus reliqui ſunt*
Idem eo titulo n. 5. *homines quatuor millia. Noua Hiſpania cùm abundaret incolis, amiſsis quatuor*
hominum millionibus, vidua orbitatem ſuam deplorat: hos penè omnes Hiſpani oc-
ciderunt.

Cockucelę in nobili ciuitate Indorum, millia quinque in atrio magnæ domus ad obſe-
quium parata ſubito incurſu interfecta: & centum viri Primarii combuſti: cantan-
In titulo noua Hiſpania. n. 10. 11. 12. *te interim aliam Neronis Aloſin Duce Hiſpano, Nerone multo immaniore. Tepeacæ*
in vrbe nobiliori, maior hac, & crudelior cædes fuit. Mexici (Caput Regni &
immenſa prope ciuitas eſt) cum vellent Motezuma in vinculis à Caſtellanis detento
ſolatium aliquod Indi afferre, illuſtriſsimi illius gentis pueri choreas inſtituerunt (Aric-
tas vocant.) Duo circiter millia de Flore nobilitatis in turmas diuiſi ſalta-
bant, in eos diſtrictis enſibus Hiſpani irruentes miſerandam cædem edide-

runt: extinctam nobiliſsimi ſanguinis ſobolem Indi hodièque lamentantur. Perrexit Ib. n. 10.
tyrannica illa contagio ire in Regnum Panucum populoſiſsimum, quod cùm omni-
no infecit, tum euertit. Nec deſtitum: corripuit eadem peſtis Prouinciam Cutupe-
quiam & Ipilcingam, & Colimiam: nec ſatis ſtrages, & cædes exaggerari poſ-
ſunt. Guatimalæ præter alia, illud inſignis crudelitatis fuit. Cùm beni- In eo titulo
gnè exciperentur, à primoribus Aurum poſtularunt, audito non eſſe n. 20.
feracem eius fructus illam regionem omnes viuos ignibus tradiderunt.
Huius Prouinciæ gubernator immaniſsimus extitit, nec ei fratres immanitate cede-
bant: ad quatuor hominum milliones eo imperante occiſi. Quod aurum in eà Prouincia N. 11. & 14.
non erat, magnam inde captiuorum vim eduxit: in quibus Dynaſtæ ingenuus puer filius,
cui ſtigmata impreſſa, & vincula iniecta. Eum ego hiſce oculis vidi. Inauditæ ſunt im-
manitates, quas in Regno Xucatani exercuit Moderator, alios vendidit, alios oc-
cidit, & vt aurum cogeret, ſeruos viliſsimis rebus commutauit, vno equo centum Ib. n. 6.
homines permutauit. In Prouincia ſanctæ Marthæ Dynaſtis accerbiſsima ſup-
plicia conſtituta, quòd aurum non proderent, quadraginta leucarum ſpatia vaſta-
ta. Illius Epiſcopus grauiter de barbara immanitate apud Cæſarem conque- Ex litter. illius
ſtus ſic ſcripſit: Niſi à te, Cæſar, quam primum ſerpenti malo occurritur, tota Epiſcop. 20.
huiuſmodi Prouincia peribit, & paulo infra. Norit ex his Maieſtas veſtra hic non Mai. Anni.
verſari Chriſtianos, ſed Dæmones, non Dei aut Regis ſubditos, ſed proditores, qui 1542. ibid.
à Deo, ac Rege defecerunt. n. 8. & 9.

Non poſſumus ire per omnia. Et angor animo, & commoueor: ita vt Ex Chiap &
progredi vix præ dolore poſſim. Sed ſunt quibus ne abſtineam, inſti- Hiſt. S. Fran.
tuta huius ratio operis facit. Studio cupiditatis, & furore auaritiæ præter & ſanct. Do-
memoratos anteà Motezumam & Atabalipam, Reges Guacanaguariũ, min.
Caonabum, Bogotam, Mechuacanum; Reginas Anacaonem, Higuana-
mam, & innumeros Dynaſtas, ac Principes crudeliſſimè trucidarunt.
Regis Mechoacani, & Bogotæ enarranda cædes eſt, Mechoacamum,
quòd fama erat diuitiis abundare ſtipiti alligarunt, prunàs admouerunt, puro Chiap. eo ti-
oleo plantas: ad alendum calorem inungente ex aduerſo armatus balliſtâ intentâ, & tulo n. 6.
directo in eius cor veruto, à latere alter horrendum Canem in eum incitans. Ita eum Chron. S.
terrore & cruciatu ad aperiendos, ſi quos habebat theſauros cogebant: tandem cum Francis.
nihil extorquerent, Fratri Franciſcano traditus; ſed in eo ſtatu, vt inter eius brachia
expirarit. Regi Bogotæ neſcio, an crudelior cædes contigerit? Hunc,
poſtquam ab eo magnifice excepti, & multis opibus donati, in quibus auri ingentia
infecti pondera, & illuſtres Smaragdi Præfecti Caſtellani iuſſu milites in vincula de-
truſerunt: & quòd ingentes, quos imprudenter habere ſe dixerat theſauros, non
dabat, ventrem ignibus lentis vſtularunt, & ſoleis ferreis tanquam equum calcea-
runt, & additis aliis cruciatibus immaniter occiderunt. En crudelitas coniun- Chron. Ib.
cta cupidini: Impietatem admiſtam videamus. Idola Indis adimebant, non c. 17.
vt frangerent, aut comburerent, ſed vt ea illis iterum pretio venderent, ac Deos ca-
riùs emptos ſtudioſiùs colerent. Fuit, ait Epiſcopus Chiapenſis, qui quòd ſciret à
Religioſis concionatoribus idola omnia Indis certæ Prouinciæ eſſe erepta, aliunde Lib. de libert.
magnam idolorum copiam importauit, vt ea Indi emerent, & materiam idolo- prætent.
latrandi haberent. Et alibi idem vrgens argumentum. Inſurgunt contra Re- De euerſ.
ligioſos Indi, quòd videant Idolis ſuis conſumptis alia de nouo inuehi, & clamant, Ind.
iniuſtè & fraudulenter ſecum egiſſe: nam ſibi opus non eſſe Diis alienis, ac pretio

emptis cum proprios Deos & alienis meliores haberent. Concludit, *videant Hiſpani, an minùs Ieroboamo deliquerint, qui vitulis aureis propoſitis peccare fecit Iſrael, vel vtrum peccando, Iudam æquauerint an exceſſerint.* Quo nominis Chriſti exiſtimationem deduxerint doceant iidem Authores. *Indi ſibi perſuaſum habebant, Deum qui ab Hiſpanis colebatur, ipſum eſſe Aurum: quòd ita amabant, vt omnibus rebus, & communi Indorum ſaluti anteponerent.* Conſenſit Chiapenſis. *Eò res eſt deducta, vt Hiſpanorum Deus non niſi aurum eſſe crederetur.* Horrui cum iſtud ſcripſi: tremiſco, cum adſcribo. *Dictum ſemel à Caſiquio: Hiſpani mortem nobis afferunt, propter aurum: quod eorum Deus eſt, & eo indicato clamauit. Hic eſt Deus Chriſtianorum. Eum tamen poſteà Chriſtiani captum, viuum ignibus lente combuſſerunt. Vidit, & ad eum acceſſit, vir Religioſus, ac eum iam morientem voluit ad Fidem Chriſti conuertere: cælo illum inuitauit. At ille rogans vtrum in cælum Chriſtiani irent? audito, ire, reſpondit malle ſe ad Inferos mitti cum Diabolis, quam cum talibus Chriſtianis in cælum aſcendere.* Hoc magis mirum, quòd præpoſitos Indis homines Diabolos appellabant. *Sed quid miramur,* inquit Chronicon, cùm *audito Chriſtiani nomine Diabolum immaniſsimum Indi intelligerent.* Momentum illud addit Impietati. *Suſpendia ſibi exitum è tot miſeriis Indi quærebant: paſsim obtorta laqueo gula mortem prouocabant. Vt eos ab hoc propoſito deterrerent, acutè excogitatum ab Hiſpanis, velle ſe etiam cum iis ſuſpendi, ac eos comitari. Eo terrore deſiſtebant, ne ab Hiſpanis etiam poſt mortem in alio ſeculo punirentur.* Nullam ad haſce horribiles immanitates cauſam Indos dediſſe conſtat, ſolius cupiditatis impetus & vis fuit, quæ ad euertendas illas ampliſſimas & opulentiſſimas gẽtis incitauit. *Oues,* inquit Chiapenſis *mitiſsimæ Indi ſunt: amabiles: inſontes, iuris naturalis vt plurimum obſeruantes. Hiſpani in eos ſine vlla cauſa ſeu Tigrides, & leones ſæuiunt, imo ne Diabolum quidem puto ſæuire immanius potuiſſe.* Quid quod illud humanâ maius malitia excogitarunt, Indos, non eſſe homines ſed beſtias, atque adeo vſu omnino rationis carere: ac proinde Doctrinæ Chriſtianæ incapaces. *Quæ ſanè,* ait Chiapenſis *impudens hæreſis eſt. Ac vtinam* concludit, *quo minus in eos ſæuirent ſaltem ſuarum beſtiarum loco haberent.* Alibi pergit dicere *nullum eſt apud Maieſtatem veſtram,* ad Imperatorem ſcribit, *auri granum, quod non ſanguinis Indici guttâ conſtet, Ideo,* ait, *nullum ex inexhauſtis theſauris Indiarum fructum vidimus. Hiſpania miſerrima eſt, & magna inopia laborat. Punienti huiuſmodi iniuſtitias Deo: ſi licite opibus daretur opera, puto non defuturas.* Illud quod adiungo Caſtellani ſeriò conſiderent. *Timeo,* inquit, *atque hoc ipſum audiui à grauiſsimis viris, ne Deus Hiſpaniam acerbe puniat, ac propter euerſas Indias euertat. Si enim propter violatam Cauæ pudicitiam ferunt Hiſpaniam euerſam fuiſſe, quanto maiora ſunt apud Indos peccata commiſſa?*

Hiſt D. Dom. & D. Fran.

In vtroque libro.

Chron. l. 2. c. 4.

Chap. in lib. de euers. Indiar.

Chron D. Franc. l. 2. c. 17.

Lib. de Præt. libert.

Idem ibid.

Idem in vtroque libro.

Et quoniam aliquando accepi à Caſtellanis eleuari fidem Chiapenſis Epiſcopi ſolere, idcirco volui, & Hiſtorias Diui Franciſci, & Diui Dominici afferre, quas qui legat multò fortaſſe plura, quàm in eo Authore inueniet. Sanè qui eos tractatus Italico idiomate donauit Marcus Ginamus non modo iis fidem adhibuit, ſed & inde elicuit documenta in rem nata noſtram. Quæ quia elegantiſſimè Italicâ linguâ, quæ parum differt à latina, quamque ego vehementer, & amo, & colo ſcripta ſunt,

nolo traducere: ſed ſuo illuſtrata nitore repræſentare.

Vederanno i Sommi Pontefici, come ſotto il preteſto delle giuſte conceſsioni, da loro predeceſſori fatte alli Rè di Caſtiglia, accioche procuraſſero la conuerſione de gli Indiani alla fede di Chriſto, per riempire le ſedie vacanti del Cielo, ſiano ſtate precipitate migliaia, e millioni d'anime nel baratro dell'Inferno.

Marc. Ginnamal. in traduct. Hiſt. euerſ. Indiar. in Prologo ad Lector.

Impareranno coloro, che perſuadono i Prencipi à volere, con gli eſſerciti, e con l'armi, tirar per forza i popoli alla religione Chriſtiana, quanto ſia pernicioſa queſta loro dottrina. E che non i ſoldati, ma i predicatori deuono eſſere deſtinati, per chiamare gli huomini alla fede.

Conoſceranno i Cattolici Rè di Spagna, in che modo ſia ſtato acquiſtato alla corona loro quello, che vien chiamato il Mundo nuouo: E quanto ingiuſta, e crudelmente foſſero diſtrutti i Prencipi, & i popoli naturali di quel paeſe; coſe, che da moderni Scrittori, ò vengono in gran parte taciute, ò molto diuerſe dal vero ſono raccontate. Comprenderanno ancora facilmente queſto ſecreto, e non creduto miſterio, che le ricchezze dell'Indie ſono ſtate quelle, che, per giuſto giuditio di Dio, hanno impouerita, e ſempre più vanno impouerendo la Spagna: onde da quel tempo in quà la corona reale hà contratto tanti debiti, che auanzano forſe quel gran numero di millioni, che in tanti anni hà riceuuto dalle flotte; e quello, ch'annualmente hora ne riceue, è ſpeſo ſempre mai molto tempo prima, che giunga.

Non ſia alcuno, che ſi ſcandalizi per ſentir ad ogni paſſo à dire; Gli ſcelerati Chriſtiani ammazzano, diſtruggono, abbruggiano, rubbano, aſſaſsinano, ò coſe tali, quaſi che ciò ſia detto in onta, è diſpreggio della Chriſtiana religione; perche l'auttore piſſimo, e religioſiſſimo non hebbe giamai tal penſiero; mà ſolamente di deteſtare le peſsime operationi di quei triſti, ſolo di nome Chriſtiani, che, contra tutte le leggi della Santa Chriſtianità, diſtruſſero quei paeſi dell'Indie.

At ne quis tamen Hiſpani ſupercilij obſtinate neget, & Ginnamo fidem abroget, quòd teſtimonijs Epiſcopi nitatur, nec ab eo ſit author diuerſus, imò ne author quidem ſit: audiat Theologos duos grauiſſimos Hiſpanos clariſſimæ Familiæ Dominicanæ, Lumina ſcientiarum, & columina virtutum Petrum, Ledeſmam, & Bañez, ac eorum iudicio acquieſcat. Et quamquam Ledeſma Hiſpanice ſcripſerit, Bañez latinè, non idcirco Ledeſmæ ſententiam in latinũ vertam, ſed Hiſpanicè proponam, cũ eam ita Latinis verbis Bañez expreſſerit, vt non ſuæ author ſententiæ, ſed alienæ interpres videatur. Igitur ſic Ledeſma. *Si a vn Chriſtiano le preguñta vn infiel: Si es Chriſtiano? no por aborrecimiento de la Religion, ſino de la nacion, no pecca mortalmente el Chriſtiano callando, o diziendo que no es Chriſtiano. Pongo eſte exemplo. En las Indias los Indios aborrecian grandemente à los Eſpanoles por el mal trato que les hazian: a los quales llamauan Chriſtianos, de tal ſuerte, que el nombre de Eſpanol, o de Chriſtiano era infame acerca de los Indios: en el tal caſo, ſi vn Chriſtiano Religioſo entrara a predicar el Euangelio, y le preguntaran ſi era Chriſtiano podria callar, y aun podria negar que era Chriſtiano. La razon es clara: porque el nombre de Chriſtiano, en el tal caſo, no era nombre de Religioſo, ſino de homicida, y de ladron, por lo qual negando ſer Chriſtiano ſolamente negaua ſer homicida, y ladron, y no negaua la Religion Chriſtiana.* Ita Ledeſma, Bañez ſic & ſuam promit, & illius reddit ſententiam. *Cum quis interrogatur ab infideli etiam publica authoritate: An ſit Chriſtianus? non tamen interrogatur in odium fidei, ſed*

P. Petrus Ledeſma in ſum 2. p. tract. 1. concil. 7.

quia infidelis vult inueſtigare nationem, aut alios mores, tunc Chriſtianus poteſt tacere, imo aliquando abſque mendacio negare ſe eſſe Chriſtianum. V. g. quando olim Occidentales Indi odio habebant Hiſpanos propter illorum crudelitatem, & ſcelera, quæ admiſerunt in illis regionibus: ſignificabant autem Hiſpanos nomine Chriſtianorum: tunc ſi quis Religioſus pergeret ad illos, interrogabant illum; Es ne Chriſtianus? quibus prudenter, vel non reſponderet, vel negaret ſe Chriſtianum eſſe: eò quòd apud illos hoc nomine intelligebatur homo rapax, homicida, atque crudelis.

Item quò Rem Chriſtianam Hiſpani apud Indos adduxerunt, nec tamen puduit Authorem Indias noſtras nobis obijcere. Sed parce homini in vtrorúque hiſtorijs minus verſato. Nec idcirco tamen venia dignus, cùm non debuerit, quæ non norat, criminari. Sciat quæ nobis affinxit vitia, ſuæ gentis eſſe, cuius propria libido illa opum, & cupiditas diuitiarum fuit. Hiſpani exoſſarunt montes, exdorſuarunt rupes, exenterarunt cautes, euiſcerarunt ſaxa, ſcrutati fibras, rimati venas recedentis præ horrore in occultas latebras Telluris, vt auri argentique fodinas inueſtigarent. Lumen ijs inuiſum per cryptas, ſubterraneoſque meatus ſecretiſſimis naturæ indignantis receſſibus infuderunt. Quò duritiem cautiũ emollirent, ſanguine miſerorum irrigarunt: ne ex cauatarum rupium pendulæ minæ ruinam traherent, Indicorum cadauerum ſtrues appoſuerunt; vt ſepultum aurum eruerent, viua Indorum corpora infoderunt. Nec eo contenti in hominum viſceribus auri venas inueſtigarunt. An non idcirco Regi Bogotæ lentis ſemiuſtulato ignibus faces admouerunt, vt ſi minus eo terrore auri ab eo confeſſionem exprimerent, in extis ardentibus accenſis flammis ramenta conquirerent, vel ſaltem in ijs ad crepitantium ſtridorem viſcerum reſponſa quærerent. Atque vbi ex ſupliciorum immanitate Indi, homines eſſe mortui deſierunt, ibi Hiſpani feræ eſſe viui cæperunt. Quid? quòd gurgites appetendo, voragines colligendo, ijdem Syrtes perdendo, Scopuli prodigendo extiterunt? certante in cõcordiam turpiſſimam diſcordi vitio, Auaritia & Prodigalitate! In popinis opes ligurire, in ganeis effundere, in luſtris diſſipare, oppida, iactibus talorum committere, Populos ſubijcere arbitrio alearum! Quin ipſa imprudentes nepotes furti, prodigalitas arguebat, nec enim tam temerè prodigerent, quæ propria eſſe putarent. Vnum cupiditati gratulandum: quòd eâ Pauli diuino teſtimonio momentum additum. Huius eſt, nec admodum perſpicua, faciliſque ſententia. *Auaritia eſt ſimulachrorum ſeruitus.* Caſtellanorum ſcelere factum, vt ne quis de intellectu ambigeret. Ablata Indis Idola vt pro ijs aurum exigerent. Auri ſtudio Idololatriam prouocabant. Neſcio vtri peiores? Qui emebant, vt redimerent, vt redẽpta colerent. An qui redimi cogebant vt adorarentur? Certè grauius peccaſſe opinor, qui Indis Idololatriam, eâ commutatione pretioſam reddebant. Miſeriores Indi qui emere inſtrumenta damnationis coacti, vt & hic corpora impenſis pecuniæ, & apud inferos animi cultu idololatriæ perirent. Quantum delictum, vt lucrum auri eſſet, iacturam Dei fieri? An hos formabat Author Luſitanos cum hæc ſcribebat? Fortè de ſuo illos ingenio æſtimabat: ſomniabat. Porrò euigilet, & collatis exemplis, quàm ſint diuerſi agnoſcat. Quas ij noſtri opes, (nam

Coloſſ. 3.

eas habuiſſe, nec mediocres fatemur) Africâ, Aſiâ, Americâque edomitâ pararũt, illæ integra fide, illæſâ iuſtitiâ, & incorruptâ æquitate collectæ. Intra humanitatem, extrà iniuriam. Opum apud nos fontes, vſus permutatio, commercium, vincula Societatis humanæ. Spolia, manubiæ hoſtium, vectigalia, tributa, dona, munera, iure gentium illa permiſſa, hæc ſponte propria donata. Omnia præter vim, gemitum, & querelas. Si quid peccatum, humanitati dandum eſt, quòd & nos Luſitani homimines ſumus. At Paulo obtemperatum dicenti: *Tentatio vos non apprehendat niſi humana.* Itaque intra humanitatem peccatum, ſuis ſe terminis cupiditas continuit: non ad ſuperſtitionem, aut idololatriam tranſijt. Si quem ſtimulabat acriùs auaritia, ſi cui diuitiarum cupido calcaria admouebat, eum Religio, ac Fides temperantiæ freno continebat. Vix Iuſtitiæ, numquam Fidei cupiditas detraxit. Nulli auro manus iniecta, niſi quod in Idolum ſuperſtitio finxerat, latrocinio verſo in pietatem: quæ formam in auro damnabat. Empta idola ne eſſent, non vendita ne iterum eſſent. Alba inter nos, & pura Fides nullis auaritiæ ſordibus inquinata. Ob integritatem, ob iuſtitiam, ob fidem, ob manſuetudinem, ob ſuauitatem morum noſtri amabile Chriſti nomen fecerunt. Nemo Chriſtianus eſſe horruit, ne Luſitanus videretur. Itaque à noſtris iam tum de auaritia & idololatria: à nobis eorum beneficio de mendacijs & calumnijs triumphatum. Atque hic ego conuerſa ad Reges & Moderatores Luſitanos, ore Diui Leonis Pontificis, oratione concludam. *Sic in Propaganda Fide laboraſtis: Vt non ſolùm Regium, & Martium: ſed etiam ſacerdotalem animum fuiſſe gaudeamus: ſi quidem per Imperiales, & Martiales curas piiſsimam ſolicitudinem Chriſtianæ Religionis habuiſtis.* D. Leo Ep. 7. ad Theod.

ARTICVLVS XXVII. ad XXX.

Breuis reſponſio.

NOn oportet his articulis reſpondendo morari cum omnes ij in eodem argumento cupiditatis verſentur, abundéque ſint ſuperiùs confutati. Illud animaduerto tribus rationibus Authori viſum poſſe Luſitaniam recuperari, donis, bello, terrore cenſurarum: has cùm ſibi propoſuiſſet, ac explicaſſet, ad alias progreſſus eſt, quòd eæ non ſatis ſibi fore viderentur. Et quidem de prima, quæ donando initur, ratio recuperandi; apparet nihil prodeſſe, cùm ex dictis conſtet Luſitanorum animos pecunijs, nec corrumpi, nec expugnari. Iam verò alia pars, ſi ſubigantur expedire, vt in Caſtellam transferantur, & Caſtellani in Luſitaniam tranſeant, noua tranſmigratione inuectâ, qui modus articulo 28. & 29. continetur, id & iam ſupra refelli, & nunc nihil attinet refutare, cum ſpes ſit fore, vt numquam Caſtellæ ſubjiciamur. Itaque dum liberi, & noſtri iuris ſumus, nolumus, vel reſpondendo ſeruitutis meminiſſe.

Cæterùm miſceri hac, quam ſuadet, ratione Regna Portugalliæ, & Caſtellæ adynaton quidem videri poteſt. Nam ſi euentus rerum pendamus, inueniemus, numquam poſtquam ſemel ſunt auulſa coire in vnum Re-

Steph. Zurita. gnum potuiſſe. Diuinâ ita Prouidentiâ agente, vt cum proxima erat coeundi occaſio, tolleretur. Nam primùm Rex Ioannes Caſtellæ I. titulo Beatricis vxoris Ferdinandi Filiæ inire Regnum noſtrum voluit. Sed ingenti cum clade repulſam tulit: Deinde cùm Regi noſtro Ioanni I. duarum, ſed ex diuerſa matre ſororum, in thalamum à Parente Ioãne Lancaſtrio optio fieret, reiectâ Catharinâ, quòd Caſtellana: Philippam, quod prorſus Anglica elegit, iactans nolle ſe iure ad Caſtellæ Regnum inuolui. Præterea cum Ioanna Henrici IV. filia quàm vulgo Excellentem Dominam appellarunt, ductâ in vxorem Alphonſus Rex noſter V. Coronam Caſtellæ ambiret, pulſus, ac exturbatus ſpe poſſidendi Regni ſe ſui finibus continuit. Quid? quod Ioannes Rex Secundus, cum Principi Alphonſo Filio, Iſabellam Principem, ac hęredem Regum Catholicorum filiam connubio iunxiſſet, vix inito matrimonio Principem filium amiſit: Illud certè mirabiliùs, quòd ducta eadem Iſabella, ac ex ea Michaele ſuſcepto filio: cum eo nomine Emmanuel Rex Luſitaniæ Toleti Rex, ac eius filius Michaël Princeps Caſtellæ iuramento dicti eſſent, morte & filij & coniugis res tota diſiecta, præiudicium fecit Prouidentiæ Dei, ne Regna illa in vnum coirent vetantis. Quod ſi obijcias Philippum Secundum, & poſteros atque adeò ſexaginta hos quibus Caſtella imperauit annos facile reſponderim, ne tum quidem fuiſſe Regna miſta & confuſa, cùm manſerit Luſitania ſuis legibus, ac inſtitutis integra, & munita, & tuta: atque adeò ſeparata, licet enim vna eſſet Perſona Philippi, duplicis tamen Regis munus agebat, aliterque Luſitanis, aliter Caſtellanis impetitabat, cùm noſtra priuilegia ſeruare teneretur. Qua ratione Prophetiæ quædam, non fore vnquam Luſitanicum Regnum Caſtellæ committendum, explicantur. Quas inter eminet illa ſanctiſſima P. N Franciſci cuius in Luſitanos amor ſingularis, in quem mira Luſitanorum obſeruantia fuit: cum ipſe primos ad nos ſuos futuros martyres miſerit, & nos Africæ, Aſiæque primos eius Filios Prædicatores, Epiſcopoſque fecerimus. Eam referunt incorrupti Authores, & nos ex ijs in Appendice noſtra verſauimus. Summa erat. *Regnum Luſitaniæ ſemper à Caſtellæ Regno ſeparatum, ac ſui iuris & arbitrii futurum.* Cuius cum Fides Philipporum tempore ruere quibuſdam videretur, atque adeo eſſent qui prædictum negarent, noſtri quidam Authores, imo & Pater Lucas Vvadingus Ordinis noſtri, ac huius ætatis inſignis Hiſtoricus occurrebant, & prædictum, & verè prædictum ſtare enim adhuc cum Regno veritatem Prophetiæ. Nam, non recepiſſe Seraphicum vatem Regnum, nunquam ſubdendum Regi Caſtellæ, ſed numquam ius ſuum amiſſurum, numquam Regno Caſtellæ committendum, & commiſcendum, cum aliud ſit ſubiji, quod vim notat, & ſtatum: aliud ius perdere, & Regimen amittere, atque adeo ſtatu Regni deijci. Quòd certè Luſitaniæ non accidit, ne tum quidem cùm ſubiectum Philippis fuit: nam ſemper retinuit Iuris, & Regni formam, ac proinde manſit integrum & ſeparatum. Imò & illud magnopere rem confirmat, quòd cum Caſtella voluit nos ſibi committi, & violato iure, ruptiſque legibus commiſceri, vocatis Madrittum nobiliſſimis viris, adſcitis copijs, coniunctis naualibus,

Marginal notes: Vaſconcel. Faria. — Chron Ioan. Mariſius. — Hiſt Alphonſi V. — Mariana. — Reſend. — Goezius. — Allegat. Iur. pro Dom. Cathar Appen. Anonym. Souſa — P. Franciſcus Brand. — P Lucas Vvading. in Annal. ordinis Seraphici. An. 17.

accepto Imperio, & Principibus ſuis communicato, priuilegijs ſublatis, adeo vt de redigendo in Prouinciæ formam Regno ageretur: tum illud à Caſtella diſſilijt, & Domino ſe ſuo reddidit. Regem eum, & agnouerunt, & ſalutarūt, qui iure ſuo frueretur, & Regni iura defenderet. Eo certè maxima Prophetijs fides conciliata, vt enim earum veritas ſtaret Regnum fuit Regi ſuo reſtitutum.

Atque hoc ipſum cùm ego anteà in Panegyri & Appendice, tum poſteà Author manifeſti Oliſiponenſis Latini obſeruauimus, tum Regnum Luſitaniæ eſſe reſtitutum, cum ea de eſſe cæperunt, quæ à ſuperis erant huic Regno promiſſa, quæ ne omnino deeſſent, neceſſe fuit Regni ſtatum mutari. Hac ratione intelligendus eſt Author manifeſti, cum ait, *Deficiente Fidei propagatione defeciſſe Regum noſtrorum intentionem, & quod à Chriſto declaratum fuit in fundatione* Regni. Id enim voluit: tunc à Caſtella Regnum auulſum, cum illud ab inſtitutionis lege recedere cogebatur: nam tum neceſſe erat auelli, cum à ſuo fine cadebat: tunc enim conſtabat eſſe ſub alieno domino, cùm Chriſti promiſſio fruſtrabatur. Nam cum iſta fruſtrari non poſſet ſub Regibus Luſitanis, argumentum erat cùm eius effectus deerat, Reges Luſitanos defuiſſe. Quod cum ſatis perſpicuè, & appoſitè dictum eſſet, neſcio quæ Caramuelem intemperiæ tenuerunt, vt dictũ Authoris traduceret, & in aliũ præpoſterũ ſenſum detorqueret, & in frigidas, ineptias abiret. Deſipit ſæpè Caramuel, & quòd in Luſitania damnatus eſt, ob temerè contra Theologiam, & Eccleſiam dicta, rimas quærit, quibus errores noſtris imponat. Ait hæreſim ineſſe ſententiæ, quòd ex ea ſequatur Chriſtum mentitum: & perinde ac quiſquam dubitare de Chriſti veritate poſſet, conatur multis perſuadere Chriſtum non potuiſſe mentiri. O bellam tem! Vellem, vt Caramuel lecta intelligeret, nam hac ratione omitteret ſe, ſuoſque lectores hiſce intemperijs macerare.

Faltou elle fruſtrando ſe o principal intento dos noſſos Reis, eo que Chriſto declarou na fundaçam deſta Coroa.

Caram. in Ioannem Demonſtra. Præfat. ad Lector. Theolog.

ART. XXX. ad XXXIV.

Secundum, quòd ſuadeam, &c. Tertium quod & caput.

CAPVT PRIMVM.

HÆc eſt altera recuperandi ratio. Armis domare Sed benè eſt quod timidè proponit, & occupat, quòd ſuam imbecillitatem ſentit. Timidius diceret, ſi adderet, & noſtram fortitudinem, Fidemque experiri. Aſtutè ne infirmum Imperium videretur, dilatationem excuſat. Sed mox aſtutia deprehenditur, cum ad Hollandos & Anglos confugit, ac eorum vult nos ope, ſubſidioque opprimere. Quo ſe nobis imparem fatetur. Addit prætereà imbecilles fore nos, ſi commercium intercludatur, & nobis tranſmarini reditus, ac vtilitates deficiant. Tunc enim nos ne in biẽnium quidem bellũ ducturos. Duo hic mihi agẽda ſunt. Leui brachio, ſed fortibus neruis. Primùm oſtendo non poſſe nos à ſe domari. Qui Annalium noſtrorum monumenta legat, & cum Hiſpanis conferat, reperiet rarò ab ijs nos victos, illos ſæpè à nobis eſſe ſuperatos.

At ne ſuperiùs à me dicta repetam. Vnum obſeruo, alterum enarro. Illud fuerit: nos cum vicimus: & multò minores copias habuiſſe, & certiſſimas reportaſſe victorias, vt conſtiterit omnibus virtute nos illis præcelluiſſe, & haud dubiè ſuperaſſe. Caſtellanos cùm ſemel ambigua pugna nobiſcum dimicarunt, ſe iactaſſe de victoria & quaſi viciſſent triumphaſſe. Quo maximè virtutem noſtram militarem commendarunt, cum non vinci à nobis, victoriæ loco haberent. Rem narro ſumma cum fide, nec odio, aut amore, ſed tãtum ſtudio veritatis ductus. Prælium illud quod à Tauro vrbe, Tauri dicitur ambiguum ſanè & dubio exitu habetur Non ego de bello, ideſt, de ſummâ rerũ loquor, quâ certè Caſtellani ſuperiores extiterunt. Sed de prælio mihi ſermo eſt. Illud igitur ſtatuo, ſatis dubiè fuiſſe pugnatum, ſed tandem victoriam noſtram fuiſſe. Nam antè prælium, & Rex Alphonſus cum Ioanne Principe Filio copias partitus, duas hoſti acies oppoſuerat, à quo etiam copiæ in alias diuiſæ, & noſtris ex aduerſo objectæ. Et cùm Ferdinãdus Rex Catholicus adeſſet, ac ei Rex ſe noſter opponeret, noluit ille in aciem deſcendere, quòd mallet euentum prælij, expectare, quam experiri. Commiſſo prælio, eo que tum acri, tum cruento Principis Ioannis acies aduerſam impulit, & fugauit: tam manifeſta ſpecie victoriæ, vt Rex Ferdinandus rebus ſuis diffiſus prçiudicio de reliqui prælij euentu facto fugam arripuerit, & campo ceſſerit. Inſtante pulſis Principe, & victoriâ vtente. Interim acies Regia vbi pugnabat Alphonſus par hoſti non fuit, & Marte alternante vicem, fugam iniuit. Ita vno in campo hâc Luſitani fugere Caſtellani inſtare, illâc fugere Caſtellani, inſtare Luſitani. Ambiguo exitu, dubio euentu. Qui ſic tamen cõpoſitus. Caſtellana acies vt erat, & fugiendo diſiecta, & fugãdo diſſipata, & numero militũ abundãs, nec abſente Rege magnus Imperator qui regeret, coire non potuit, nec certo in loco conſiſtere. Quod Luſitana potuit, nã nec lõgè proceſſerãt, nec copiæ tantæ erant, & Princeps aderat, ad quem ſe colligerent, & ille claſſico vocabat. Quare & locum in campo occupauit, & in eo inſtructam aciem renuit, nec noſtros deſeruit, animo pugnam redintegrãdi, & hoſtem vincendij: In hanc ſpem erectus in armis ſterit, & multos hoſtiũ vagantes, in quibus & Comitem Aluadeliſtenſem Ferdinandi Regis patruum intercepit. Illuceſcente die cum ſe ad pugnam cõpararet, hoſtem non inuenit, qui ea nocte campo exceſſerat. Cumque ad faciendam victoriæ fidẽ dies, adhuc in eo loco tres manere vellet, quod ſolet ex militari diſciplina victoriæ argumentum eſſe: Toletanus Archiepiſcopus interceſſit, eumque à ſententia demouit. Satis eſſe dictitans, *Tres horas nullo ſcilicet hoſte preſenti, conſiſtere, ne dum vnam in hoſtico noctem, & bonam diei partem conſumpſiſſe.* Cui ille acquieuit, & ſublatis vexillis, agminibus inſtructis abijt. Quod igitur victoria penes Ioannem Principem fuerit duo inter alia ſunt argumenta. Vnũ ipſius Ferdinandi Regis Catholici teſtimoniũ, cuius cum Hiſtoriographus hoc præliũ ſcripſiſſet, & partæ victoriæ laudẽ Principi Ioãni dediſſet, eo nomine apud Regẽ accuſatus, perinde ac eum ſuo honore fraudaſſet. Quare vocatum iuſſit coram ſe, & delatoribus legere, quæ de illo prælio ſcripſerat. Quem cum audiſſet, ac verum

Reſend. in vita Ioan. Vaſconcel. Chron. Alph. V. Faria. Soſa Maced. Anonym. Pariſ in Append.

Reſend. in vita Ioan. II. c. 4. Ferreyra. Faria. Vaſconcel. Souſa. Turſellin. Lucena. Andrada.

eſſe, quod de victore Principe audierat, comperiſſet, probauit, & ratum id eſſe imperauit; imò & palàm Hiſtoriographum commendauit, quòd ſine odio, & amore iudicaſſet: faſſuſque eſt Principem illius prælij palmam tuliſſe, quando vtroque Rege acie expedéte ſolus integris ſeruatis ordinibus, & inſtructo agmine remanſiſſet. Aliud eſto ſummi viri, & clariſſimi Imperatoris Comitis Alua de Liſtei, qui cũ captus eſſet, ad eum læto & hilari vultu, *Gloriare*, inquit, *optime Princeps, quòd tam te hodie ſtrenuè fortemque geſſiſti, vt eam ſis laudem, qua vix vllus antè te alius maiorem meruit conſecutus. Nam & oppoſitam tibi aciem fugaſti, & tuos collegiſti, & in campo perſtitiſti.* Quin & illud iactatũ vulgò inter Caſtellanos adiungò qui more ſuo aiebant: *Ni pullus adeſſet, Gallus periſſet:* quo Ioannem ſibi ad victoriam obſtitiſſe faſſi ſunt: vti olim de Metello Sertorius fertur, alio tamen ſchemate, dixiſſe. Quæ cum conſtent, neſcio qua fide Caſtellani quidam ſcriptores, non modo victores ſuos ferant, ſed noſtris item inſultent; & dicterijs inceſſant. Sin dicant, an aliquod ex ea pugna monumentum victoriæ ſecum tulerint. Cum vexillum noſtrum Regium nos ijs abſtulerimus, ac penes nos manſerit, ne illos vel dimidiatæ victoriæ argumento vterentur. Certè & ſi Princeps noſter in acie non maneret, ſed vti, & illi campo cederet, ambigua eſſet habenda victoria, cùm vna ex parte Rex Alphonſus victus, ex altera Ioannes Princeps victor exiſteret: nec minoris erat Principis, quàm Regis acies, cum Orientem plures, quàm Occidentem Solem adorent. Sed Caſtellani ſcriptores quòd viderunt Regem noſtrum Alphonſum de ſpe Caſtellæ Regni occupandi decidiſſe Ferdinandum deinceps Regem fuiſſe: inde coniecerunt victum in eo prælio fuiſſe: eum deberent inter prælium, bellumque diſtinguere. Aliud enim eſt bello, aliud prælio vinci. Sed minùs fortaſſe latini ſunt, quàm vt iſta intelligant. Annibal eos doceat, apud Zamam à Scipione ſuperatus, *faſſus, non modo prælio ſe, ſed bello victum*, quid inter vtrumque interſit. Poſſe verò aliquem prælio vicere, ac bello vinci diſcant ex Bruto, qui partitus cùm Caſſio copias, cum Auguſto & Antonio diuiſas item copiàs habentibus, ſimili ratione, ac eodem euentu pugnauit, nam à ſe victus Auguſtus, ab Antonio Caſſius ſuperatus. Penes quos tamen Reſpublica, atque adeo totius belli ſumma cùm manſiſſet, nemo tamen negat, Brutum ſuperiorem eo in prælio Auguſto fuiſſe. Quod certè erudititiſſimum, Vatem noſtrum non latuit, cum huiuſmodi pugnam verſibus pulcherrimus deſcribens canit.

Refend. in vita Ioannis. Vaſconcel. Faira. Mariana.

Chron. Alphonſi. Refend. in vita Ioannis. Faira. Vaſconcel.

Plutarch. in Pompeio.

Tit. Liuius D. 3.

Plutarch. in Brutto.

Sueton. in Auguſto.

Sabioſe em fim do trance perigoſo
Com fronte, nam toruada, mas ſerena
Desbaratado ò Pay ſanguinolento
Mas ficou duuidoſo, o vencimento.
Porque o filho ſublimee ſoberano
Gentil, forte, animoſo Caualeiro
Nos contrarios fazendo imenſo dano
Todo hum dia ficou no campo inteiro.
Deſta arte foy vencido Octauiamo
E Antonio vencedor ſeu companheiro
Quando da quelles que Ceſar matarani

Camon. Cant. 4. 8. 58. & 59.

Nos Philippicos campos ſe vingaram.

Euaſit tamen inuicta diſcrimina pugnæ
Turbata non mente pater, ſed fronte ſerenâ
Quanquam acie victus, patratâ & cæde cruentus.
Sed tamen ambiguo victoria Marte pependit.
Martia nam patris ſoboles generoſa propago
Fortiseques, celſus que animo, ſpecioſus in armis
Enſe metens, ſternens geminatis cędibus hoſtem
Signatâ quàm longa dies ſtatione remanſit.
Non ſecus Auguſtus dubio certamine victus
Terga dedit, ſociuſque Antonius impulit hoſtem:
Dum coniuratos olim videre Philippi
Pro ceſo meritas pendentes Cæſare pœnas

Alterum futuræ noſtræ de Caſtellanis victoriæ argumentum eſto: oraculum illud Reginæ Iſabellæ Catholicæ ore prolatum. Quæ cùm audiſſet adornari à Ioanne Secundo Portugalliæ aduerſus ſe bellum, ac de euentu variè coram diſceptaretur, ac eſſent qui dicerent victum iri Ioannem: quòd apud Caſtellanos eſſent multò maiores copiæ: illa reſpōdit. *Fateor: ſed nihil id ſanè ad victoriam refert, nam noſtri ſubditi ſunt, Luſitani Filij.* Quo ſignificauit, quid inter vtrumque Regem intereſſet, cùm Luſitanus & amaretur, & redamaretur vti Pater; Caſtellanus, vti Rex timeretur, ac proinde minùs pro eius ſalute dimicaturi Caſtellani, quàm Luſitani eſſent. Sanè Amor vires addit, & incendit animum, nec periculū timet, nec mortem perhorreſcit. Domi ſunt exempla. In prælio enim Aliubarrotēſi præcipua, & validiſſima acies Amicorum, & Amantium dicta, magnum momentum ad victoriam attulit. Hac ratione ductus Lycurgus Patriam ſuam Lacedæmonem nullo meliùs muro, quàm virorum pectoribus defenſum iri, putauit: vbi corda igne amoris accenſa flagrabant.

Reſend.

Chron. Ioan. Primi.

Plutarch.

Huius erga Ioannem IV. Regem noſtrum multa, & illuſtria Luſitani indicia dedimus, vniuerſo ei Regno momēto citra tumultum obtemperante, nulla non aut vrbe, aut oppido, aut arce traditâ: collatis ad munitiones, ad præſidia, ad copias, ad claſſes, ad tormenta, ad bellica opera quibus & ad tuendum Regnum, & ad arcendum hoſtem opus erat abundè pecunijs. Suſcepto alacriter, bello fortiter geſto, feliciter confecto: captis non paucis hoſtium oppidis, vbique hoſte triumphato. Itaque non miror belli rationes explicare nolle, quòd videat à nobis victum iri ſi acie dimicetur. Subducamus quæſo exactè rationes. Prodeant, afferant, quam palmam ab liberata Luſitania à noſtris in acie reportarunt? Quod oppidum ceperunt? Quod Trophæum de nobis erexerunt? Age verò quæ & quanta à nobis ſint patrata, prætereundo numeremus.

Ac primùm in Beyra Prouincia Oppidum Elges, & Gardonis Arx præter alia minora capta & euerſa, vſque Alcantaram, & ciuitatem Rodericum victricibus copijs excurſum. In Vltramontana Prouincia non pauca ſunt victoriarum noſtrarum monumenta. In Regione Interamnenſi vexillis noſtris conſpicua cernitur, Saluaterta Caſtellanorum anteà Arx

nunc noſtri iuris armatum præſidium. In Prouinciam Tranſtaganam bellica ſe tempeſtas effudit.

In ſegetem veluti cum flamma furentibus Auſtris
Incidit. Virgil. l. 2.

Circa Badaiozium ſæuiit. Plurima oppida muniriſſima capta, euerſa. Valuerde, Telena, Albufeira, Chelia, Almendralium, Turris, Higuera Vargas. Duo maioris momenti rerenta, & inſeſſa præſidia: Villanoua, & Alconchelium; Scopuli Caſtellæ ab eâ parte obiecti: ne Fortuna Caſtellana liberâ vnquam nauigatione velificetur. In aciem ventum à ſæpè leuibus præliis, in iis ſuperiores fuimus. Ex euentu vnius, quo explicatis vexillis concurſum, & pugnatum, iudicium eſto reliquorum. Apud Montigium collaris viribus pugnatum, qui exitus pugnæ fuerit ego aliàs deſcripſi ſummâ fide, quæ nobis victoriam attribuit. Nec reperam quę anre narraui. Deinde cum Hoſtis vetus Imperator & Sagax callide ſe muris Eluenſibus cum valido exercitu applicuiſſet, fœdiſſima ſtrage inde repulſus didicit ſuo malo, non eſſe irritandos Luſitanos Leones, nec eos minus acie ſoluros, ac liberos, quàm in præſidiis detentos in hoſtem ſæuire. Nec ij ſe intra carceres continuerunt, ſed vbi tuba ſonuit eruperunt, & Caſtellanos aggreſſi terga, vertere coëgerunt. Superſunt hodie cumuli effoſſæ ad tumulos telluris.

Campique ingentes oſſibus albent. Virgil. l 12.

Nec enim omnia ſepeliri cadauera potuerunt. Strenuiſſimi nobis milires ſunt bellis Flandricis, Catalonicis, Germanicis, Braſilicis, Punicis aſſueti, periri militiæ, vſu indurati. Duces habemus clariſſimos, multarum palmarum veteres Imperatores: Cæſarem tu in Matthia Albuquercio, Comite Alegretenſi, Pompeium in Comite Caſtelmillorenſi, Scipionem in Aluaro Abranchio, Marcellum in Ferdinando Tellio Meneſio, Annibalem in Ioanne Mendeſio Vas concellio, Fabium in Comite Obidenſi, Æmilianum in Comite Mareſcallo, Papyrium in Martino Alphonſo Mellio, Camillum in Franciſco Melio Orothyarcha, Pyrrhum in Ioanne Coſta, Duillium in Georgio Melio, Temiſtoclem in Andrea Tellio, Alcibiadem in Ioanne Meneſio, Lucullum in Ioanne Soza, Lyſandrum in Rodericio Figueredio; Sertorium in Sancio Emmanuelio, Fabricium in Franciſco Sampayo. Tres Horatios, in illis tribus belli procellis Rodericio Caſtrio, Franciſco Melio, Antonio Caſtrio, vt alios omittam, inuenies. His Ducibus, his copiis, his præſidiis non modo nihil à Caſtellanis timemus, ſed iis timori ac exitio fore nos deinceps ſperamus: cum præſertim vnanimi omnes conſenſu, & Regem noſtrum, & Patriam tueamur.

CAPVT. II.

SAgaces & aſtutos eſſe Hiſpanos nemo iure inficiatur. Nec ego fortes & milirares viros, & diſciplinę obſeruantes negauero, proindeque multà in bellis, & præclara confeciſſe. Cum vi minus, quod agitant, conſequi ſe poſſe ſperant, aſtu, & dolo vtuntur, ne voto fraudentur. Lyſander Hiſpanus eſt, *vulpinam pellem aſſumit, cum deficit Leonina.* Apud eos Plutarch. in Apophte.

maximè celebratur illa Choræbi apud Virgilium ſententia.

Virg. l. 8. ---- *Dolus, an virtus quis in hoſte requirat?*

Cùm igitur perſpiciant, non poſſe armis à ſe Luſitanos debellari, excogitatæ prudentiæ rationè conantur machinas adhibere, Hollandis, Angliſque ſibi conciliatis, & aduerſus nos concitatis. Patuit hoc arcano conſilio aſtutia Hiſpanorum: quæ hactenus occulta in Monaſterienſi conuentu ſe prodidit. Cùm ex hoc fonte illæ contentiones de nobis à Pace excludendis ortæ fuerint. Atque hinc documenta ſumere debent ij quibus cum pacé voluerũt habere Hiſpani, quàm inſidioſa illa futura ſit, cum tantùm conentur, communi ſe bello explicare, vt integris viribus vnum hoſtem conficiant, eoque confecto, alios conuerſo belli orbe aggrediantur, & frangant. Itaque aliena manu pugnare ſtudent, & extra-periculum contra nos bellare, vt debellatis, minore negotio eos qui nos debellarunt, profligent. Id nos multò ante præuidimus, & legatis in omnes partes miſſis præcauere curauimus. Hollandos, quos primùm nominat, plurimi certè facimus, & de iis bene meremur; nam quæ aduerſus eos bella ſuſcepimus auſpiciis Caſtellæ, cum iuris noſtri non eramus, & imperata & geſta. Antè, cum Luſitani, amauimus, fouimus, coluimus, Maximiliano Auguſto Flandriæ Comiti Rex noſter Ioannes Secundus ingentem auri ſummam bis ad ſubleuãdas rei familiaris anguſtias donauit, ne amiciſſimi Populi tributorum onere grauarentur. Sebaſtiani Regis noſtri conſtat munificentiæ exemplum, cum Aurantio Principi Guillielmo Naſſau Moderatori Prouinciarum Vnitarum, nauem mercibus onuſtam permiſit, ex qua ille auri millione deducto Rempublicam recreauit: dolente ac indignante Philippo quòd Sebaſtianus Luſitanus ac nepos Guillielmo opem tuliſſet. Poſteà vindicato Regno egimus de Fœdere, de Pace, & ſi quid in Braſilia ſecus geſtum eſt, id certè inſcio Rege noſtro eueniſſe conſtat: atque de ſarciendis damnis ſerio agitatum: dante ad id operam tùm Excellentiſsimo Domino Vaſquio Ludouico Gama Marchione de Niſa Extraordinario nunc in Gallia Legato, tum Excellentiſsimo Domino Franciſco Andrada Leitam in Hollandia Legato, tum Excellentiſsimo Domino Franciſco Souſa Coutinio Andrada in Angliam cum legatione abeunte, eodem in Hollandia munere functo, quorum ſingularia in his rebus componendis ſtudia fuerunt. Nec enim amiciſsimos populos lædere, aut re aliqua vel leuiſſima offendere volumus. Quin & quanti eorum amicitiam faciamus, id certè indicat, quod vix dum ſalutato Rege, & liberato Regno decretâ in Gallias legatione, aliam ad eos deſtinauimus: nec ab eâ deſiſtimus, eamque vrgemus. Legatumque aſſignauimus Franciſcum Soſam Coutinium, virum tum claritate ſanguinis, tum ingenii acumine, tum iudicij grauitate, tum rerum vſu, tum ſuauitate morum præſtantem: à quo nulla ſunt in Hollandos iuris, & beneuolentiæ officia prætermiſſa. Quare nihil certè à populis, & excelſæ indolis, & magni animi, & inſignis prudentiæ, & exactæ politices timere magnoperè debemus.

Iam verò Angli, vtinam ij proſpero rerum ſtatu vterentur, vt vel contra nos auxilium & opem ferre poſſent: nec enim dubitaremus, modò

florentes eſſent, ab iis damna accipere, quod tantus noſtrûm in eos eſt amor, vt mallemus ab iis per potentiam pati, quàm eos per impotentiam ita frangi, vt damnum inferre non poſſint. Sed *dabit Deus his quoque finem.* Lucem Rebus Anglicis afferri, citò ſperamus: ad idque nos quicquid valemus offerimus. Quod autem conetur Hiſpanus Anglicam gentem in nos concitare cuius tandem imprudentiæ eſt? An neſcit noſtros Luſitaniæ Reges Anglico Sanguine à Philippâ Lancaſtriâ ducto maximè gloriari? Quam Ioannes Rex I. Catharinâ Petri Regis Caſtellæ filiâ contemptâ connubio copulauit. Ignorat: Ioanni Parenti Lancaſtrio Ioannem noſtrum adfuiſſe, cum Regnum ille Caſtellæ repetebat, & coniunctos, noſtrorum, Anglorumque exercitus Hiſpaniam deuaſtaſſe? Meminiſſe debuerat, iam olim inſtituto Regno claſſes Anglicas primam Regibus noſtris opem tuliſſe: eorumque auxilio Alphonſum, Oliſiponem, Sancium, Syluenſem ciuitatem cepiſſe. Nunquam certe nobis opis egentibus auxilia Anglica defuerunt. Matthæus Epiſcopus Luſitanus Alcazarem vt expugnaret, Anglica eſt Claſſe adiutus. Rex Ferdinandus Pulcher ad bellum aduerſus Caſtellanos gerendum inuictas Anglorum copias auxiliares habuit, ducibus Oeconone, & Edmundo Regii Sanguinis Principibus. Illud ego condonarim, quod occultius eſt, latuiſſe eum tanti à Regibus noſtris Anglici Regni decora æſtimata, vt omnes penè à Ioanne Primo ad Sebaſtianum Ordinis Iarretariæ inſignibus decorari voluerint. Imò & inter eos fuerit, qui oblatum ab Imperatore Sacri Velleris decus eo nomine repudiaret, quod diceret Anglo ſe decore præuentum. Cuius tam amantes fuerunt Luſitani, vt ſummi Duces eo maximè honeſtari titulo expeterent. Quo Infantes Petrus Dux Collimbriæ Luſitaniæ Moderator, & Henricus Eduardi Regis fratres inſigniti. Quid? quòd quorum per feminam Lancaſtriam Sanguinem traximus, eorum nos feminas acie defendimus, Celeberrimum eſt illud ex prouocatione Londini inter duodecim Luſitanos, Angloſque equites contractum certamen, quo noſtri ſuperiores, & decoris feminei vindices extiterunt. Quod à Camonio vate nitidiſſimè deſcriptum omnium nationum plauſu celebratur. Qui ab eo idcirco, & propter alia ſummæ fortitudinis opera Paribus Franciæ, fabuloſæ virtutis Heroibus comparantur. Camon. Cant. 6.

Pois polos doze Pares daruos quero Cantu. 1.
Os doze de Inglaterra, eo ſeu Magriſſo
--- Parium duodena in fulmina contra
Opponam totidem, quos Anglia vidit in armis
Ardentes Equites, & fortia corda Magriſſi.

Imo & nos Caſtellanis in bello fatale Sancti Georgii nomen oppoſuimus, quod is Anglorum Patronus, eoque tanquam tonitru hoſtes deterrerétur. Quare deſinant Caſtellani in nos ſolicitare eos quos amicos ſemper & ſocios habuimus. Quique ſi contra nos veniant, in ſua viſcera arma conuertent. Incident cum in nos incurrent, in Lancaſtrios, in Almadas, in Rolinios, alioſque ſui ſanguinis clariſſimos Proceres, & in Luſitaniâ cum Anglis bellare ſe arte Caſtellana ſentient.

Verum & has nos aſtutias olim præuertimus, cum pulcherrima in Angliam miſſa legatione animos cognati populi conciliauimus, ad id quę ſummi & illuſtriſſimi viri Antonii Almadæ Anglici & ſanguinis, & ſplendoris Dynaſtæ, legati Extraordinarii opera vſi ſumus, in quo cum multæ eſſent, & togatæ, & militaris virtutis ornamenta, tum pręcipue Amor in patriam, & in Regem ſtudium eminebat, quibus ille ſtimulis actus Rempublicam Luſitanam apud Anglos firmiter ſtabiliuit. Iuuante iam tum ſtrenuè Antonio Souſa Macedo acerrimo ingenio, mirâ cruditione, ſtudio inuicto, prudentiâ ſingulari viro, cui nihil defuit ad omne dignitatis faſtigium obtinendum: nam cum ſplendor generis, & animi virtutes, & corporis dotes omnibus numeris abſolutum reddunt, quare meritò à Rege noſtro Ioanne Prolegatus in Anglia inſtitutus: nec mirum cum ipſe Clariſſimo & Sapientiſſimo Parente natus ab eo degenerare non debuerit. Nam *non Imbellem feroces*

Horatius. *Progenerant Aquilæ Columbam.*

Ab illo igitur hoſtium machinamenta diſiecta, ne quid aduerſus nos, iis intenti Caſtellani mouere potuiſſent.

Remotus loco eſt Articulus 43. ſed ſenſu proximus, atque adeo huc trahendus; vt eodem ſtyli tenore tractetur.

ARTICVL. XLIII.

Non parùm res noſtræ procederent, ſi belli in Italia, pactis inducijs, ceſſatio fieret? quòd ſi in Catalonia id quoque obtinere poſsemus, conſultum Reipub. optimè foret. Quò fieret, vt opes Gallicæ iſthic minuerentur, & Catalani infuſâ per otium luce, quantis in tenebris verſarentur, aſpicerent, & Gallorum impotentiam faſtidirent. Quibus inuiti pareant neceſſe eſt. Quòd ab eorum ingenijo moribuſque abhorreant. Nec dubitandum, quin hac ratione Prouincia illa, eò vnde deſciuerat, ſponte redeat.

Deerat votis & aſtui Italia. De Germania non admodum laborat: ſuam putat. Quo iure videat. Mihi non conſtat, qui ſciam Imperatorem iuſtum & Religioſum dolere, quod arma in Turcam communem Eccleſiæ hoſtem non conuertantur. Italos igitur Principes in nos conatur incitare. At quos Principes? Fortaſſe Venetos. At ii nunquam niſi iuſtè arma ſumpſerunt. Pacem Catholicam ſuadent, non diſcordiā fouent. Clariſſima illa Reſpublica Propugnaculi Eccleſiæ vicem agit, Turcis ſe opponit; Arma Iuſtitię ac Pietati ſacrat. Luſitaniæ infenſa eſſe non debet, quòd libertatis Venetiis Aſylum, & iuris conſtitutū. Deinde ea nos oppugnabit Reſpublica, cui nos olim auxilio fuimus: Excidet ne illius potentiſſimæ Claſſis memoria, quam Rex noſter Alphonſus V. Tur-

Chron. Regis Alph. V. Guerrer. câ Venetis ſtragē minitante Duce Martino Meneſio Eduardi magni Comitis Vianenſis filio ſubſidio miſit? Non reuocabūt in memoriā expeditionem contra Turcas à Rege Alphōſo V. hortatu Callixti III. adornatam?

Goes. Non veniet in mentem Triſtani Acugnæ Luſitani Imperatoris à

Guerrer. Pontifice Leone X. aduerſus perfidos Turcas Ducis deſignati? Abiicient

Sebaſtiani

Sebaſtiani Regis conatus, qui ſe Pio V. Pontifici ad claſſem ingentem in Mahometanorum exitium parandam, & illuſtriſſimam Venetorum Rempub. iuuandam obtulit? atque ſuo ad id exemplo Reges Europæ alios inuitauit? quid? quod recentis exempli recordari debent, cum anno ſuperiore ad primum aduentantis & imminentis Venetis Turcæ nuncium, auxilium nec contemnendum nomine Regis noſtri Luſitani ab Excellētiſſimo D. Vaſquio Luiſio Gama Archithalaſſo Orientis Comite Vdigueriæ nunc Niſç Marchione Pariſiis Extraordinario Legato oblatum fuit, quo amor in eam illuſtriſſimam Rempub. declaratus? Et quidē aptè à Gamâ iſtud ſubſidium procuratum, quòd eius familiæ Heros Clariſſimus Stephanus Gama Indiarum Prorex eum ex Indiâ in Luſitaniam remearet, & in alieno ſolo ſubſidium ſibi quæſiſſet, Venetias conceſſit, vbi aliquandiu iucundiſſimè vixit, & vndè ampliſſimis inuitatus honoribus rediit in Patriam. Tandem non latet Venetos collato nos eũ illis ſtudio Turcas in India terra marique acerrimo bello oppugnaſſe? Quare Venetis minimè diffidimus? Pergo ad Parmenſes ire. An hos inuitabit? Cognati ſunt, ſocij, domeſtici, Amici, quorum nos maximè amore tenemur. Sed Hetruriæ Magnos Duces facile erit in nos incendere. At ij nobis Chariſſimi, eos ſemper & amauimus, & coluimus. Nihil magis in Luſitania cantatum, quàm nomen Mediceorum. Magni inter nos Coſmi, Laurentij, Petri, Ioannis, Coſmi, Franciſci, Fernandi, Leonis, Clementis, aliorumque eiuſdem familiæ Principum, tum Pacis magnifica, tum belli fortia opera celebrantur. Iam verò Sabaudos quòd maximè libero ſunt ingenio, & Gallorum ſimiles, non commouebunt, cum præſertim in eam Illuſtriſſimam Domum Regius Luſitaniæ ſanguis à Beatrice Emmanuelis Regis filia influxerit.

Guerrer. Monſius.

Couto.

Ad Gallos tandem in quod intentus excubabam venit: Ac primùm obſeruo Catalonios etiam velle adiungere, & cum iis fœdera percutere. Soloſque Gallos & Luſitanos excludere, quo ſatis declarat eos tantum hoſtium numero habere. Gratulandum eſt ei, quòd Gallis nos coniungat, & putet in eadem naui eſſe, tamque nos illis amore & fædere ſociatos, vt vna ſit vtrorumque ſors futura. Deinde animaduerto quibus cum inducias vult paciſci, eos nobis hoſtes fieri poſſe putare. Quod ipſum Gallorum amicitiæ, & ſocietatis argumentum eſt, nam quod non eos ad fœdus inuitet, eo eſt, quod fore nobis aliquando hoſtes deſperat.

Et quidem rectè iudicat, nam eum Sancta ſemper fuerint Gallis fœderis & ſocietatis iura, ex quo nos ad ea Reſtituto Regno admiſerunt, ſacro illo ſe vinculo ligarunt. Cuius quanta apud Gallos vis eſſe debeat inſigni eorum cum laude aliàs perorando dixi, nec nunc opinor, melius dicere potero. Igitur ſic. *Ac primum agitur in hac cauſa gloria nominis veſtri, cuius tam eſtis ſtudio feruentes, vt nulla eam ſinatis labe maculari. Et quanquam per omnia virtutum genera vagetur: illam mihi quæ propria loci eſt vendico, iuratam ſocus fidem ſeruandi, eoſque indemnes illæſoſque præſtandi. Hæc apud vos integra ſemper, intaminataque viguit. Hoc vos nomine inter omnes totius Europæ nationes celebramini. Vos Andegauenſes Principes aduerſus Aragonios; vos Venetos aduerſus Germanos, vos Eſtenſes aduerſus Pontifices: vos Venetos, vos Florentinos, vos Mediolanenſes, vos Mantuanos, vos Treuirenſes, vos Cleuenſes aduerſus Germanos,*

vos Belgas, vos Catalonios, vos miſeros & oppreſſos quoſque populos aduerſus Hiſpanos ſtrenuè defédiſtis. Nec modo ſalutem ſociorum rationibus veſtris, ſed ſaluti aliquãdo veſtræ antepoſuiſtis: acriuſque & ardẽtius pro iis, quàm pro vobis bellaſtis. Neminem hactenus fœderis vobiſcum icti pœnituit. Quò maior nobis eſt Luſitanis fiducia, datam amicitiæ fidem ratam ſanctamque ſemper fore, nec vllis vnquam artibus ſolutum iri. Nequaquam committetis, vt ſimus primi Luſitani, quos doleat Societatem cum Gallis iniiſſe.

Atque hic egò mentem Authoris probo, & iudicio acquieſco: quod credidit non poſſe ſemel cum Gallis initam diſſolui ſocietatem. Contendamus vincula addito amore. Summa certè in Gallis eſt fides, in Lutanis maxima vis Amoris. Qui titulus nobiliſſimam gentem, ad ſeruandam fidem commouebit. Id à me olim vehementius dictum recolo, & hic adſcribo, vt meus hac de re tota in Gallorum gloriam ſenſus appareat. *Fortiſsimum Illuſtriſsimi Galli ab amore in vos noſtro argumentum ducitur, ne contractæ nobiſcum à vobis ſocietatis vinculum diſrumpatur. Luſitanis in vos Amor videtur ingenitus.*

Vt non alio melius argumento liqueat Authorem Portugallici Regni Gallum eſſe: & Regnum ipſum à Gallia Portugalliam dici, quàm quod nos Luſitani tam ex animo Gallos amemus. Nullum à noſtris vobiſcum bellum ſuſceptum. Mota in nos Hiſpania, ſemper quieuimus. Ad fuimus Hiſpanis contra Mauros, Turcas, Hæreticos, opem tulimus, auxilia dedimus, aduerſus Gallos nunquam bellauimus. Rogati à Carolo, à Philippo II. vt arma in Galliam inferremus, negauimus in eos quos amaremus, bellaturos. Mutum hoc tamen argumentum eſt. Illa voce habent. Alphonſus Quintus Rex noſter in magno rerum ſuarum diſcrimine Ludouici XI. Regis veſtri ſtudiis affuit, & apud Burgundiæ Ducẽ cognatum ſuum ſequeſtrum ſe Pacis, eiuſdem Regis exhibuit, & grauiſſimis rationibus ſuis rem Gallicam ante poſuit. In Carolũ Regem veſtrũ Octauũ quòd Neapolitanum Regnum armis occuparat, Italiamque totam victor peragrarat, eamque terroris implerat, vniuerſa Europa infenſis animis coniurarat. Solus Ioannes Secundus Rex Luſitanus Gallicos ſenſus retinuit, opes, arma, copias obtulit, & tantùm animi Regi Carolo addidit, vt profiteretur, nihil eã ſe Principum coniuratione commoueri, modo Rex Ioannes ſibi adhæreret, Parem vtrumque Vniuerſo orbi hoſtem eſſe. Iam vero inter Franciſcum & Carolum Reges noſtri Emmanuel, & Ioannes Tertius ſe ſe non ſemel interponere, & dirimere bellum ſtuduerunt, inſignemque operam in confirmanda Pace, quam fecerant poſuerunt. Quid Sebaſtianus? Nonne Carolo IX. ſtrenue ſe ſe ingruentibus inſolenter hæreticis opponenti, adiutorem ſe præbuit, & fortem fidelemque ſocium fore promiſit? Rupit huiuſce amoris vinculũ Hiſpano cum hoſte ſocietas: & hoc ipſum innatæ Argumẽtum Charitatis fuit: quod tum ſolũ hoſtes fuimus, cum ſub Hiſpanis fuimus, atque adeò liberi non fuimus; nec enim liber amoris voluntarii affectus, niſi à liberis exercere potuit. Inerat tamen illa charitas, ſed occulta, ſed compreſſa, quæ ruptis tandem ſeruitutis vinculis vehementiùs erupit. Vbi primùm liberi Luſitanique, Rege noſtro Ioanne legitimo, iuſtoque eſſe

cepimus, ad nos ſponte noſtra rediimus, cohæſimus, hodieque adhæremus. Sociati fœdere, coniuncti fide, copulati voluntate, ſtudia noſtra, ſenſus, animos, opes, arma coniunximus, quicquid opis eſt noſtræ impendimus, & commune bellum gerimus, & Hiſpanum hoſtem arcemus. Militum manum auxiliarem miſimus, & maiore hoſtes terrâ marique vi premimus. Cumque excuſſo à nobis iugo, libertate noſtra interim frui, quòd ab Hiſpano quies eſſet, vel oppreſſo, veſtris bellis, vel diſtracto poſſemus, maluimus veſtræ vtilitati, quam quieti noſtræ conſulere. Itaque primi bellum mouimus, & arma in Hiſpanos intulimus: & vix ab onere ſeruitutis reſpirantes, cùm vires & opes interim reficere poſſemus amore veſtri ducti bellum ſuſcepimus, & ſuſtinemus. Claſſem item noſtram, ornatam, inſtructã, egregio Duce, impigris epibatis, ſtrenuis militibus auxiliarem miſimus, & maiora in dies auxilia mittemus: nullo certè officiorum genere ad Amorem veſtrum procurandum abſtinemus: vobis foris milites, domi ſcriptores noſtri operam nauant: & ſecuritati in præſens, & in poſterum gloriæ conſulentes. Atque hæc ab amore profecta cauſa eo vehementior eſt & fortior, quòd vos noſtro Amori tam bene reſpondetis, vt nuſquam à nobis melius collocatus Amor eſſe videatur. Quare cum mutuo nos Amor vinculo copulet, id que mutua benefacta contendant: nemo eum audcat hoſtis diſſoluere.

Nulla ſignificatio amoris prætermiſſa. Quòd vidimus agi de exiſtimatione veſtrâ, & fœdere noſtro recentem adhuc ex nauigatione in patriam Comitem Vidigueriæ Vaſcum Luiſium à Gama legatum antè apud Regem ac Reginam Chriſtianiſſimam iterum Pariſios miſit Sereniſſimus Rex noſter Ioannes: nec alium deſignare Extraordinariũ legatum voluit, quòd intellexit vobis gratum & fuiſſe & fore: cum ipſe ſplendore Sanguinis Solem, Ingenij acumine Aquilam, maturitate iudicii Catonem, referat. Corculum, ob prudentiam: Flos propter elegantiam: Deliciæ ob Amorem, Theſaurus ob eximias cum animi, tum corporis dotes, Alexander ob magnificentiam: apud omnes audiat, quibus ille virtutibus Marchionis titulum, honoreſque promeruit. Cui illud ſingulare ab Eminẽtiſſimo Cardinali Mazarino in familiari, ſed ſerio de Pace Monaſterienſi congreſſu dictum. *Remitteret paulum intentas animi curas, ac ſibi perſuaſum haberet, in agendis iis negotiis magnum momentum eius legati perſonam allaturam, cuius tanta habenda ratio erat, vt cùm propter ſereniſſimi Regis Portugalliæ amorem & reuerentiam res eſſent illæ componẽdæ, multum certè iuuaret tanti, ac tam gratioſi legati præſentia, cui aliqua ex parte gratificandum.* Quo ſane ad addendam dignitatem legationi, nihil exaggeratius dici potuit.

Hoc ex fonte proceſſit prima illa vixdum reſtituto Regno; & ſalutato Ioanne IV. Promiſſo Rege noſtro, & inſtituta, & miſſa ad Chriſtianiſſimum Regem Legatio: ad quem nos tanquam ad Parentem confugimus, iuris amicum, æquitatis aſſertorem. Legati ij deſtinati, qui Galliarum amantes, & Rei Gallicæ ſtudioſi, Franciſcus Melius natalium ſplendore clariſſimus, iudicij maturitate, grauitate morum prudentiâ, fide ſpectatus, Regni Orothyarcha: & Antonius Coellius à Carauaglio nobiliſſimâ proſapiâ, egregiâ indole, excelſo animo, ſtudio

in Regem, & amore in patriam ſingulari. Quibus additus comes eſt Chriſtophorus Suarez de Abreu clarus ſanguine, acri ingenio, prudentiâ ſummâ, gratiâ tantâ, vt vulgò inter Gallos. *Alter Mazzarinus Luſitanus* audiret. Laude profectò exaggeratâ; cum id temporis Mazzarinus qui nunc Eminentiſſimus Cardinalis eſt, in ore omnium ob præclara in rem Galliam ſtudia verſaretur. Ita eos qui apud nos ſummo in pretio habiti eos Galliæ deſtinauimus. Quæ cauſa inter cæteras fuit: illi viro extra omnem fortunæ, & inuidiæ ictum poſito, quo neſcio an vllum anteà maius viderit, aut poſteà Reſpublica lumen videbit ætas Eminentiſſimo Cardinali Richelio, Res Luſitanas tuendi & promouendi. Nec minùs poſt Ludouici XIII. mortem rebus noſtris Gallia conſuluit, imo Reginæ Chriſtianiſſimæ, qua nulla illuſtrior Heroina extitit, cui ſumma omnia & Fidei, & Virtutis ornamenta debet orbis, illius cum ſtupore amplitudinis admirator, Reipub. noſtræ ſtatus tantæ curæ fuit, vt in eâ reuixiſſe veterum Luſitanorum Regum ſtudia viderentur. Nam non poſſent maiore illi affectu negotia noſtra, quàm Regina ſuſcipere. Nec ambigimus, quin Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus XIIII. Adeodatus, qui ad ſummam gloriam adoleſcit, eoſdem cum Regio ſanguine affectus ſuſcipiat, cum præſertim, videat Luſitanorum rem maximæ Gallicis rebus vtilitati fore. Nam id certè nobis propoſitum ſic amare Gallos, vt rationes eorum noſtris commodis anteponamus.

Atque hic eos monere oportet, videant quò artes Hiſpanicæ tendant. Nam ex hoc articulo conſtat, eos id moliri vt Catalonios à Gallis disjungant; in id enim ſemper intenti excubant, vt præcipuum Gallum, & fatalem hoſtem quacumque ratione poſſint, eâ frangant, & debellent. Itaque cum inducias Cataloniis concedunt, eo tendunt, vt gens illa pacis tempore offenſionum, & diſcordiæ cum Gallis occaſiones habeat, quod putent *Gallica*, ſic aiunt, *inſolentiâ*, factum iri, vt Catalonij irritentur, & ab iis deficiant. Hac ratione bellum cum Luſitanis eſſe volunt, vt cùm Galli ad eos iuuandos, eo arma & copias ducant, ex mutuâ gentis generoſæ æmulatione contentiones exiſtant, in ciuile bellum erupturæ. Sed benè eſt, quòd hæc omnia Galli, vti ſunt acuti multò antè præuenerunt, & rebus ſuis optime conſulentes artes omnes Hiſpanicas eluſerunt. Alios illi: ego hunc mihi deſtinatum parem conficio; & illius hoc in articulo imprudentiam arguo, quòd Gallorum Imperium inſolens, ac impotens appellat, cùm Galli mitiſſimè imperare ſoleant, omnibus amabiles, ob hilaritatem, & humanitatem, & magnificentiam quibus certè virtutibus, inter cæteras gentes commendantur. Miror Authorem carpere Imperium Gallorum in Catalonia auſum fuiſſe: vbi Hiſpani tam atrociter, ac immaniter imperarunt, vt ex recentibus hac de re Cataloniorum ſcriptis narrationibus apparet. Sed illorum mos eſt quibus laborant vitia, aliis affingere. Quare cum vbique inſolentes ac ſuperbi audiant, Gallos qui ab eo maximè vitio abhorrent, pergunt inſolentes, & arrogantes appellare.

Illud quoque non omittendum: Suedorum nullam hic mentionē feciſſe, quo nos maximè nomine Suedis gratias non modo agimus, ſed ha-

bemus, quòd videãt tam nos ijs caros eſſe, vt huiuſmodi cõtractę amicitiæ vinculum non poſſit vlla ratione diſſolui. Eorum ſanè Sereniſſimæ Reginæ deuinctam Luſitaniam fore profitemur, cum tam de nobis bene merita ſit, vt quæ illius in nos officia præclara conſtant, nulla vnquam ſint obliuione delenda. Nec debuit in ea, quæ tot animi, & corporis unò & fortunæ bonis abundat, ac in excelſo ſita eſt opinionis faſtigio, magnitudo hæc animi in ſuſtinenda æquitate, & iuſtitia deſiderari. Sanè fœlicitatis fuit, ad eam legatum mittere eum, quem omnia nobilitatis, prudentiæ, gratiæ, ornamenta commendant Franciſcus Soſa Coutinius, quem honoris cauſa ſæpè nomino: à quo ſunt Regia negotia ſumma dexteritate, & fide agitata. Dante operam Secretario tum, nunc Prolegato in Gallia digniſſimo Antonio Moniſio Caruaglio, qui vir magnum & ibi, & hic rebus Luſitanis momentum attulit. Hic quàm ſit acer ingenio, maturus iudicio, ſpectatus prudentia, moribus ſuauis, beneuolentia gratioſus, quibus ſuam ille nobilitatem commendat, nullo meliùs argumento apparuit, quàm quod de ipſo teſtimonium protulit Regina Galliæ Chriſtianiſſima, cuius ille maximè iudicio debet gloriari. Cum enim eum diſcedens in Luſitaniam Excellentiſſimus D. D. Vaſcus Luiſius à Gama Prolegatum relinqueret, eumque ſecum ad Reginam duxiſſet, ſignificaſſetque eum vice ſui manere: læto ac hilari vultu Regina. *Non poterat*, inquit, *à Rege alius vel hic inſtitui, vel è Luſitania mitti Prolegatus, qui Moniſio, & Regi, & mihi gratior foret.* His ciuibus qui hoſce animos Patriæ conciliant, multum Reſpubl. debet, noſque Suedis debere volumus, quorum ſanè ac Gallorum ſocietate dum fruimur, quod ſemper futurum ſpero, nullæ nos aut hoſtium artes, aut vires poterunt conturbare. Dabimus operam, damuſque, vt eos numquam initæ nobiſcum amicitiæ, fœderiſve pœniteat.

ARTICVLVS XXXIV. & XXXV.

Tertium quòd & caput eſt. Exorandus ſummus Pontifex: vt rubente dexterâ Eccleſiaſtica fulmina in Brigantiam, rebelleſque Brigantinos, & regnum totum iaculetur, ac dicto in peruerſos anathemate, omnibus ſalutis ſubſidiis interdicat.

Operæ item pretium foret, bellum quaſi ſacrum Luſitanis indicere; ad illudque Catholicos omnes populos palàm concitare. Et ſi verò, qui ſtatus eſt rerum, minùs hoc proceſſurum ſit, non tamen nihil ſanè proficiet. Parochis, Concionatoribus, Epiſcopis præcipere, vt priuatis ac publicis colloquijs, creditos ſibi populos ad huiuſmodi expeditationem, quaſi ſacram hortentur. Ac imprimis Imperatori Auſtriaco huiuſmodi Prouincia imponenda, vt ſuorum operâ totam Germaniam commoueat.

NVſquam grauiùs peccatum ab Authore. Cuius id demùm impudétiæ eſt tranquillum ac ſerenum Romanæ Eccleſiæ Cælum turbare, illudque odij ſui nubibus obducere? An mitis illa Paſtoris, & Piſcaroris manus rubeſcet concepto iracundiæ Caſtellanæ igne, & fulmina intorquebit? Sanè ſi noſtra, & Regis noſtri, quæ communis eſt omnium, cauſa ſpectetur, nectaris, & Ambroſiæ imbribus è ſuperis irriganda, non fulminibus ferićda. Siius noſtrum hac in opella ſua Author impugnaſſet, excuſari impudentia aliqua ratione poſſet, ſed cum ne verbum quidam hac de re fecerit, quæ illi fulmina prouocandi cauſa eſſe poterit? Deinde mecum agat, & ſi vir eſt, contendat. Cenſura vt imponatur & culpa, & pertinacia præcedat oportet. Vindicandi Regni iuſta, licita, & honeſta actio fuit. Igitur nulla fuit cauſa damnandi. Valebat Rex noſter iure Lineæ, Repræſentationis, Agnationis, Popularitatis. Id nos latiſſimè ex Conimbricenſis Academiæ doctoribus in libro de Iure ſuccedendi, Anonymi titulo probatum dedimus, & à multis confirmatum hodie videmus. Acceſſit mirus omnium ordinum, Ioannem Sereniſsimum Regem noſtrum ius ſuum repetere cogentium, conſenſus. Tutus iure, tractus amore, coactus precibus populorum, Regnum poſtliminiò vendicauit. Comitijs palàm recognitus, confirmatus: Rempubl. adminiſtrauit. Quid quæſo defuit vel ad iuſtitiam, vel ad prudentiam, vel ad honeſtatem? imò & illud addidero. In eo rerum ſtatu non modo iuſtam, ſed etiam neceſſariam illam omnino actionem fuiſſe. Conſtat enim ſeriò eo tum tempore agi de Duce Brigantino prætextu muneris ſpecioſi, ſed ab eius amplitudine alieni patriâ extrahendo, & de ſtatu deturbando; quin & ſuſpicio erat, cædem ei Caſtellanos Principes machinari. Nam id inter alia mandatum, ſcriptum in grauiſſimo Regiæ manus Autographo inuenitur. Quòd lubet Hiſpanicè date, & mox latinè reddere. *Coulos Duques de Braganza ſe tratara con diſsimulacion y color de beneuolentia procurãdo deſpues extinquirlos a ellos, y a ſus parientes.* Id eſt *Cum Ducibus Brigantinis cautè oportet agere, pręſtat beneuole & humaniter eos habere: vt poſteà tum ii, tum eorum conſanguinei tutiùs extinguantur.* Cum præſertim Eborenſes illæ turbæ præceſſiſſent, quæ magnoperè Caſtellam, turbarunt, & Caramuelicam Furiam ad Claſſicum illud turpe canendum excitarunt. Itaque haud dubiè Brigantinus Princeps in periculo verſabatur. Quod ſanè cùm vidiſſet, vt erat altiſſimâ prudentiâ, Heroïna vxor, monuit coniugem, vt ſibi conſuleret, & quando alia ad euadendum non ſupererat, Regij iuris ſtratam tanto anteà, & tum munitam, viam arriperet. Cuius Reginæ graue conſilium multum certè momenti ad cauſam Sereniſſimi Regis noſtri ſecum affert, quod ea cùm ingenij acumine, tum iudicij pondere, tum maximè pietate in Deum, & rerum diuinarum cultu ac conſcientiæ puritate excellat. Vnde credendum non eſt ab illa quicquam quod vel à iure, vel ab honeſtate alienum eſſet, ſe ſuſcipiendum, aut Regi vt ſuſciperet, ſuadendum. Quid ergo cenſuras hic Author prouocat, vbi nulla nulla ſubeſt cauſa cenſurarum? Nam ſi ius non defuit, ſi honeſtas adfuit,

Anonym. lib. de Iure ſucced.

Ex Archiuo Comitis Palatini.
Vide Manifeſt. Luſit.

Caram in ſuo Phil. Præd. Demonſt.

Anonym in Append. ad lib de iur. ſucced.

ſi conſenſus, ſi impulſus, ſi approbatio vniuerſi Regni interfuit, ſi neceſſitas exegit, ſi aliter neque ſibi, neque Regno conſulere, nec ſe periculo imminenti explicare potuit, re eo iam deductâ, vt ſibi & Regno, quod illa intentarat, pereundum eſſet, ſi Regi Hiſpano ſubeſſet: quid cômiſſum culpæ, vt cæleſti à Pontifice fulmine feriretur? Certè mihi Theologo, ac Theologiæ Artiumque Magiſtro, rem iſtam cui adfui, & cuius multò antea conſcius & impulſor fui, ſeriò, & ſcholaſtico ſupercilio cõſideranti illud videri ſolet, non modo Regem noſtrum Promiſſum Ioannem nihil vendicando Regnum deliquiſſe, imò & in eo ſtatu rerum niſi vendicaſſet, peccare potuiſſe, cum & ſibi Domuique ſuæ Auguſtiſſimæ conſulere teneretur, & Regno cui iam ob diſſenſiones Eborenſes, aliaſque priuatas miniſtrorum cupiditates ruina pararetur. Deinde quâ ratione Regni totius ac imprimis Religioſi, ac Pij communis, & admirabilis conſenſus omnium ordinum, conſpiratione incredibili, id optantium, deſiderantium, hortantium, approbantium damnari poterit? Præſertim cùm ea quæ & antè, & poſteà, & in ipſa rei geſtæ patratione mira acciderunt, ea oſtendant non ſine diuino numine rem tantam, tamque arduam patrari potuiſſe. De quo cum alij, ſtylo vernaculò, noſque ante omnes in Gallia Latino, duo viri doctiſſimi integris tomis egerunt, Franciſcus Vaz de Gouea Velaſcus huius æui litteratium oraculum, nomine Regni Prouinciâ ſuſceptâ: & Antonius Soſa Macedo quem aliâs & modicè laudauimus, & frequenter citauimus. Si quis tamen velit iſta cum voluptate noſſe; legat is, aureum de Luſitania vindicata libellum; quo nullus politiùs hac ætate ſcriptus in lucem prodijt: tam eſt ob acumen acerrimo iudicium grauis, tam dictione floridus, tam ſtylo nitidus, tam denſus ſententijs, tam ſtipatus argumentis, tam munitus iure, tam plenus affectibus, vt mirum ſit in tam breui opuſculo omnes penè, tum iuris neruos, tum Eloquentiæ flores inueniri. Cuius Author, etſi nomen ſubtrahere modeſtiæ cauſâ, quàm proferre maluerit, Ego non ſinam in occulto manere, non tam vt ei famam conciliem, quàm vt eius nomine monumentum Rei patratæ, & iuſtitiæ, & authoritatis adjiciam. Is eſt Illuſtriſſimus D. D. Emmanuel à Cugna ſacris Regijs Præfectus, Eluenſis Epiſcopus, nunc Archiepiſcopus Oliſiponenſis deſignatus, quo nomine audito monemur quantus ſit ille, tum ſplendore natalium, tum magnitudine ſcientiæ, tum ornamentis virtutum, vt quod ille commendat, id certè vituperari non debeat. Luſitania vindicata.

Atque hic ego certe non poſſum non grauiter de Caſtellanis quibuſdam Authoribus queri, qui hoc nomine vindicati Regni, tot & tãta in nos conuitia iactant, tot opprobrijs afficiunt, tot dicteria congerunt, tot calumnias imponunt, nulloque maledicti genere abſtinent. Et quamquam minutulos quoſdam Authores puta Caramueles, & Pelliceres, non admodũ curem, doleo tamen ijs à Principibus eam dari anſam noſtra rodendi. Ac indignor ijs ſe adiunxiſſe grauem & doctum virum Laynium Auguſtinianũ, de quo ego certe melius opinabar, quàm vt crederem poſſe in tot ineptias abire. Nam præter alia quæ Regi noſtro imponit In Antel. Apologet.

tyrannidis, ſuperſtitionis, infidelitatis crimina: ait ſuſtuliſſe Tribunal Inquiſitionis, ac poteſtatem eligendæ Religionis (libertatem dicunt conſcientiæ) feciſſe. Quam ille à Caramuele hauſit veritatem, etſi hic poſtea mendacij conuictus id à ſe dictum negarit. An putat Illuſtriſſimos doctiſſimos ſanctiſſimoſque Epiſcopos, Religioſos Ordines, Principes viros, Dynaſtas, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Senatores grauiſſimos, Academias præclariſſimas, populum Religioſiſsimum tam Dei timorem, & vim conſcientiæ abieciſſe, vt rem iniuſtam & impiá vnquam perpetrarent? Hoccine credendum de Luſitania? legant quæſo non dico priuata ſcripta, ſed communia illa Comitiorum decreta à ſummo illo & claritate ſanguinis, & ingenij acumine, & iudicij pondere, & prudentiæ maturitate, & animi magnitudine, & rerum magnarum experientiâ viro D. Sebaſtiano Cæſare Meneſio Portuenſi deſignato Epiſcopo, de Regis mandato cõpoſita & in ſtylum redacta, quanto cum iure tota illa res ſit geſta liquido aparebit. Suſciperet ne huiuſmodi Romæ apud Vrbanum Pontificem agendam cauſam eximius ille Epiſcopus D. Michael de Portugal in quo cum Regio ſanguine doctrina, cum doctrina iudicium, cum iudicio virtus certabat? Agereme hanc Prouinciam D. Pantaleo Rodericius Pacico in quem cum nobilitate, omnia ingenii, prudentiæ, ſcientiæ, & pietatis ornamenta confluxerunt Quem Epiſcopum Eluenſem electum ad omnia honorum faſtigia natum putamus, à quo pulcherrimũ ſcriptũ opuſculum nomine Manifeſti, & ſummo Pontifici Vrbano donatum. Quid? quod ille próh dolor! Paulo poſt cum ingenti noſtrâ, tum non mediocri totius Chriſtianæ Reipub. iacturâ extinctus omnium concurſu virtutum ſpectabilis Heros D. Rodericus à Cugna præcipuus huiuſce regni Luſitani recuperationis impulſor, & autor extitit? Huius eximij viri tanta apud omnes exiſtimatio eſt, vt quod ille non modo ſuaſerit, ſed approbarit, iuſtum, & rectum videatur. In quem cum deblaterat Caramuël, facit quod ſolet, fingit, ſomniat, debacchatur.

Vide Comitia Luſitana in fine Chronici Regis Eduardi, & Alphonſi V.

Pergo, vidimus olim in Luſitania Sancium Secundum Regem Capellum appellatum, quòd negligens, & remiſſus in adminiſtrando Regno eſſet, eo amotum Pontificis ſententiâ, & in eius locum Alphonſum Tertium ſubrogatum. Conſtat id ex c. Grandi. Quod ſi iuſtus ac legitimus Rex idem, ciuis & Luſitanus quod minus eſſet vigilans, & rectus cenſuris coactus eſt regno cedere, & alteri dare: quî fieri poteſt vt Ioannes Promiſſus qui Regnum ſuo iure de conſenſu vniuerſi Regni, ne à Philippo IV. intruſo antea, & tunc maximè negligenti ac remiſſo, alieno & peregrino Rege corruptum ac diſsipatum corrueret, poſtliminiò védicauit, ſit cenſuris puniendus, cum is eſſet ad liberandum Luſitaniam compellendus? Dent veniam Hiſpani: ſi vter duorum Philippus & Ioannes cenſura feriendus, & Regni gubernaculo Luſitani priuandus, certè Philippus potius, quàm Ioannes, cum hic Alphonſo, ille Sancio ſimilis fuerit, feriendus & priuandus. Nec tu objicias: quemadmodum olim de Sancio Pontifex à nobis conſultus, vt deponeretur, & ſubſtitueretur Alphonſus, ita & modo conſuli Pontificem ad abrogandum

C. Grande de ſuppl. neglig. Prælat. Chron. Reg. Luſit. Monarch. Luſit. Vaſconcel. Faria. Maris.

Philippo

Philippo ſceptrum, Ioannique tradendum debuiſſe. Nam longè diuerſa ratio eſt. Primùm, quia Sancius iuſtus omnino ac legitimus Rex erat, nec poterat ei viuo Alphonſus præferri. Cui, niſi per fratris negligentiam, & iniuriam locus ad ſolium non patebat. Vtrum autem hæc ſatis eſſet, iudicandum à Pontifice, cui arbitrium populus dederat. Deinde, quia tum temporis licuit per Regem ad ſummi Pontificis Tribunal accedere, & ſententiam ab eo latam ſequi: nec in Rege vis tanta vt impediret, nec tantus timor in populo, vt non auderet Pontifici obedire. Præterea, Regnum tum maximè diuiſum in factiones erat, aliis probantibus Regem, aliis improbantibus: itaque vt diſſidiũ tolleretur, oportebat ſacrum Pontificis Oraculum adhiberi. Tandem nullum erat exẽplum, quod doceret, timendum fore, ne Rex à Pontifice monitus non pareret. Vnde anſa omnis dubitandi de euentu rei tollebatur, cum conſtaret, quidquid a Pontifice ſtatutũ, id prorſus amplectendum. Quorum nunc omnium nulla omnino ratio ſubſiſtebat. Non prima: quia in Philippo IV. ius non erat, in Ioanne erat: ac proinde hic citra cõſultationem regnum vindicare poterat, quod ius ad illud poſtliminij haberet. Non ſecunda, quia per Regem Philippum non licebat hac de re agi, imo & leuiſſima concepta ſuſpicio, Ioanni cædis, Regno ruinæ, occaſionem afferret. Quod ſanè effectu patuit. Nam ſi inſtituto iam Rege, & ſalutato, & recepto, & confirmato, & agnito Ioanne; potuit Rex Philippus impedire Romæ, quominus eius legatus reciperetur, eique paratæ inſidiæ, & vis intentata, quam niſi ſingulari virtute repuliſſet, planè periſſet: quid non poſſet Rex ille contra priuatos moliri, qui ei vti Domino parebant? Tertia, quòd nulla prorſus inter Luſitanos diſsidia, nullæ contentiones, nulla diſcordia. Omnium vna vox, vnus ſenſus, vna concordia: & omnis conſultandi cauſa ſublata. Vltima, quòd recens erat memoria exempli Philippi II. Regis, qui in tam dubia cauſa citatis cõpetitoribus, monitus à Regni legatis, prohibitus à Cardinale Riario, ſciens ac prudens, grauiſſimos Theologos Caſtellanos ſpernens, qui non ei licere ante ſẽtentiam arma parare affirmabant, maluit vim moliri, quàm iuri auſcultare. Quo quis non deterreretur, non ab omni ſpe decideret: Cum præſertim paulò poſt videret receptum eundem, & agnitum Regem Philippum in Romana Curia à Pontifice, qui eius potentiam pertimeſcebat.

Monarch. Luſit.

Vaſquez. Manifeſt. ad Papa Vrban. Omnia manifeſta.

Et verò gratulandum Authori, quòd implorato Pontificis auxilio anſam nobis dedit, noua quadam ratione Regis noſtri ius confirmandi. Ab eo enim quæro. Si pars Regni Luſitani de Regis Sancij adminiſtratione apud Pontificem conqueſta, potuit obtinere, vt illi Imperium abrogaretur, cur non erit ſatis totius Regni conſenſus ad perſuadendum Pontifici contra Philippum, quod aduerſus Sancium paucorum conſpiratio impetrauit? vtinam id nobis agi Romæ in Curia per Caſtellanum liceret. Nam certè nec maius ius Philippo, nec minor iniuria, quàm Sancio erat. Deinde non meminit Author Chilpericum Regno, cuius erat legitimus hęres, exutũ, & Pipinum in ſolio collocatum? ſi ius examinet, multò maius habebat in Galliam Chilpericus, quàm Philippus in Portugalliam, & multò minus Pipino in Galliam, quàm in Por-

Chron. Franciæ. Spondan. an ... ... Biblioth. tom. 3. Col. ...

Caramuel eſſet, hac ſanè ratione abſtineret, quod ſentiat Pontificem in Regnis, quæ non ſunt Pontificiæ ditionis, nihil omnino poſſe iuriſdictionis, aut tollere, aut conferre. Itaque cum Regnum Luſitanum Alphonſo Henrico ratum habuit, nihil ei iuris attuliſſe, tantùm indulgentias Regias cõtuliſſe. Idemque cũ alphonſo Tertio, cùm Sancio excluſo Regnum inire iuſſit, egiſſe: vt Alphonſus nihil præter maiores indulgentias retulerit. Vnde ſequitur Sancium eas indulgentias amiſiſſe, iiſque à ſummo Pontifice eſſe priuatum: quòd ſi ita eſt, quid molitur Philippus, ſi à Pontifice ſolas indulgentias obtinebit? Fruſtra fatigatur author in adeundo Pontifice, cum Caramuele authore, nec Ioannes ab eo niſi indulgentiis priuari, nec ab eodem Philippus niſi indulgentias lucrari poſſit. Rectè igitur feciſſe, Aurelius, Mauregatus, rectè Henricus, rectè Sancius, rectè Berengaria Caſtellæ Reges, cùm Regnum illud Alphonſo, Petro, & Conſtantiæ, Alphonſo Sapienti, Blancæ, iuſtis, vel hæredibus vel poſſeſſoribus, citrà authoritatem Pontificiam, ſed ſola vi & armis eripuerunt, quòd fortaſſe cum magiſtro Caramuele ſentiebãt Pontificem nihil omnino donare præter maiores, aut maiores indulgentias poſſe. Quarum illi deſiderio non admodum tenebantur. Puto enim eos deuincire ſibi, & ligare imperij vinculis ſubditos, non ſe abſoluere peccatorum nexibus voluiſſe. Quantò imprudentior his fuit Rex Ferdinandus Catholicus, qui Regnum Nauarræ ſummi Pontificis nutu, & iuſſu accepit; nec animaduertit non poſſe ſe eâ donatione quicquam, niſi maiora ſuffragia comparare? Itaque deſinat noſter hic author appellare Pontificem, cùm eum doceat ſuæ gentis famoſus author Caramuel, nihil illum inde præter ſuffragia, & indulgentias conſecututum. Chron. Caſtel. Mariana. Paul. Iouius. Guicciard.

§.

Diuidamus caput ne aciem legentis offendamus. Sacrum inſtituit bellum bellus hic Author ore profano. Putabam cùm audiui ſacrum contra Turcas, vel Mauros, Hæreticos Paganoſvè ſuſceptum. Mirabarque claſſicum à Caſtellano, non à Gallo cani, quod nuſquam legerim Caſtellanum quemquam Regem Hieroſolymitanam expeditionem ſuſcepiſſe: conſtetq; omniũ, quæ ſuſcepta sũt, paucis Galliæ Reges, nulli Gallos Duces defuiſſe. Sed vbi comperi non aut adeſſe, aut vocari Gallos, ſenſi, nec fore ſacrum, nec niſi Luſitanum bellum fore. Itaque, ſi ſuperis placet, Luſitani Turcarum loco, & numero apud Hiſpanos ſumus: dum eorum liberi iugo ſumus. Certè Deum non mutauimus, cum iugum excuſſimus. Niſi, tanti eſt deficere à Philippo, quanti à Deo deficere. Quod dicturum non arbitror Chriſtianum Authorem. At forte ſchiſmatici ſumus, quòd diuerſi ſanè, non à Fide Catholica, ſed à iugo Catholico ſumus alieni, nec ideo tamen Chriſti iugum detrectauimus. Verùm eſto. Impij, ſcelerati, ſchiſmatici à Caſtellanis habeamur, cur aduerſus nos Schiſmaticos, & ab Eccleſia diuiſos inuitat? Cur non Gallos Chriſtianiſſimos prouocat? cum Germanos, Anglos, Hollandoſque ſolicitat? Cum hos, quos annis proximis deteſtari ſolitus caſtris ſuis adiungit, quo nomine nos Luſitanos inſectatur? numquam à nobis Antipapæ propugnati: imo & cum

à Caſtellanis defenſi & Papæ oppugnati, ſtrenuè nos Eccleſiaſticā cauſā defendimus, & in Aliubarrota Trophæa ereximus. A Luſitano condidito Regno bellum nullum impium geſſimus: Cardinalem nullum pulſauimus, nullum iugulauimus, nullum Pontificem in vinculis habuimus, nulli minas intentauimus, nullius curiam ſanguine expleuimus, nullam egregiam victoriam impietatis nomine amiſimus. Cereſolam animo recolant, & quid de accepta ad illam clade Vaſtius ſenſerit ſerio expendant, & quòd vnus ijs tunc eſſet cum Fidei hoſtibus armorum ſenſus contra Gallos, victos ſe, ac deletos eſſe comperient. Itaque nobis gratulandum, quòd nos cum Gallis Fortuna coniunxit, vt ab ijs Caſtellani, apud Cereſolam: à nobis apud Aliubarrotam Fidei cauſa ſint omnino ſuperati Eccleſiam Matrem contra nos, obſequentiſſimos Filios inuitat? An commouebit? Eam nos coluimus, defendimus, proteximus, amplificauimus, illuſtrauimus, obſequijs, officijſque deuinximus. Hoc nomine bello inſectabitur? Reuocet quæſo in memoriā ea quæ ſuperiùs latè de Religione Regum, & Regni Luſitaniæ diximus, ac huius ſuæ vel temeritatis, vel impudentiæ pœnitebit. Primi omnium ex Hiſpania Mauros exegimus. Primi in Africam Crucem intulimus. Primi barbaris gentibus Euangelium prædicauimus. Primi diademata, & ſceptra Regum infidelium ſacris Pontificum pedibus ſubiecimus. Arma noſtra Eccleſiæ Principes addicta ſibi, & obnoxia ſemper habuerunt. Alexander IV. Pontifex Alphonſum Regem Tertium litteris ad bellum Mauris inferendum incitauit Quod ipſe ſuſcepit alacriter, & confecit feliciter. Rex Alphonſus Quintus à Calixto Tertio ad ſumendam, quòd aiunt, Cruciatam inuitatus, ac eius Prouinciæ Dux & Author effectus ingentes copias terrâ, marique collegit, quibus poſteà comitatus Pænos eſt aggreſſus, de quibus multis & victorijs partis, & oppidis captis glorioſè triumphauit. Emmanuel Rex legatione ornatiſſima inſtituta, quàm ſuſcepit Triſtatus Acugna, tribus egregijs adoleſcentibus filijs, & magna nobilium virorum corona ſtipatus Leonem Pontificem X. ad concordiam, & pacem publicam inter Catholicos Europæ Principes ſtabiliendam, & bellum acerrimum Fidei hoſtibus indicendum, & Romanam Curiam ad priſtinum decus, morumque ſanctimoniam reuocandam excitauit. Eique Triſtanum Acugnam ſpectatum virtute, & clariſſimum Indicis victorijs virum, Imperatorem ingentis Claſſis obtulit. Nec Pontifex detrectauit, ac eum Ducem expeditionis ſacræ deſignauit. Videat Author aduerſus quos tum Reges, tum ciues Eccleſiæ arma concitare conetur. Ignorat Emmanuelem id ſemper animo agitaſſe, vt infame illud Mahometis Mauſolæum exſcinderet, & ſacroſanctum Chriſti Domini Seruatoris ſepulchrum aſſereret. Atque vt primam illam Prouinciam ſolus ſuſcipiebat: ita & hanc ſecundam ſociatis cum reliquis Chriſtianis Principibus copijs, & opibus, conficere ſtatuebat. Ad eamque ſæpè tum Legationibus, tum litteris Romanum Imperatorem, Regem Gallum, Hiſpanum, & Alexandrum Sextum Papam eſt adhortatus. Qua de re qui huiuſmodi Legationem obijt, Eduardus Gal-

Margin notes: Paul. Iouin. — Monarch. Luſit. — Chron. Regis Alphonſi V. — Goes. — Guerreius. — Barrius. Mariſius. — Oſorius. Maffæi.

uanus parænecicam orationem ſcripſiſſe traditur. Quin ipſe quoque Presbiter Ioannes Abaſſinorum Rex, qui eodem tenebatur ſtudio magnis ab eo eſt promiſſis inuitatus. Sed, ô pudor! rem tantam Religionis ac pietatis plenam, priuatis cupiditatibus ſuis Chriſtiani Principes poſtponere maluerunt. Quod & noſter Ioannes Barrius egregius ſcriptor in Annalibus, & Ludouicus Camonius celeberrimus Vates in Luſiadis, & Paulus Iouius diſertiſſimus Author in ſuis Hiſtoriis lamentantur. Non minoris gloriæ, & officii in Eccleſiam fuit ſuſceptam olim ab Innocentio IV. inueſtigandi celeberrimum illum Regem Preteiannem expeditionem iam penè omiſſam vrgere: nam ea tanti habita à Pontifice; vt inſtitutâ ad magnum Tartariæ Canem anno 1246. cum Dominicanis Fratribus legatione, eum enixe rogarit, vt & bello Preteiannem perſequi nollet, & ſineret Chriſtianis ſacris imbui, quin & ipſum Tartarum ad ſuſcipienda Fidei noſtrę myſteria inuitarit. Hanc igitur Reges noſtri magnis ſumptibus promouerunt, & quòd primùm putarunt Preteianem illum fama notum, ipſum Æthiopiæ Imperatorem eſſe, ad eum plurimas legationes inſtituerunt, donec eo inuento, tum opem, & ſubſidia, tum Prædicatores, Patriarchas, Epiſcopoſque miſerunt. Deinde quod maior eſſe videbatur Preteiannis & fama, & potentia, & alteriùs quàm Æthiopiæ Regionis Dominus, atque adeo Cattaij magni Rex eſſe videbatur, nouis ſtudiis, & impendiis eſt conquiſitus. Eâ præcipuè à Patribus Ieſuitis ſuſceptâ prouincia, qui multū in explorando Cattayo operæ poſuerunt. Nec irrita ea fuit. Nam etſi Regna illa vaſtiſſima, in quæ inciderunt Cattayum eſſe non conſtet, certè inuentæ ſunt iſthic multæ & nobiles Chriſtianorum Reliquiæ, quas fouere, & Catholicis ritibus inſtituere Optimi illi Patres ſummo, vti ſolent, ſtudio pergunt, vt ſiue hic, ſiue ille Preteiannes ſit, à nobis ille demum inuentus, ac inſtitutus. Quanto ſtudio Rex Ioannes III. Clementis. VII. calamitates ſubleuauit, ei que Carolum V. Imperatorem reconciliauit? Quâtâ Pietate ſua Paulo III. ad tuendam Eccleſiam contra hæreticos, & ad propagandam inter Ethnicos, officia obtulit? Celebratur hodieque Sebaſtiani Regis Religio; quâ cùm à connubio maxime abhorreret Pio tamen V. ei ſuadenti, vt Margaritam Valeſiam vxorem duceret, omnino annuit, modò & Galliæ Rex ſacræ contra Mahometanos militię nomen daret, & Tridentinum Concilium in Galliam introduceret.

Bar. D 3. l. 1. Camon. Cantu. 7. Ioan Barr. Oſorius. Maffæius. Barr. Couto. Lucena. Maffei. Guzman. Roman. Ex epiſt. Patr. Societ. Andrada. Vaſconcel. Fama. Manſius.

Monuit Concilii Tridentini nomen, vt huius maximè in Romanos Pontifices obſequij à Regibus Luſitanis præſtiti meminiſſem. Igitur conſtantienſi Concilio indicto, à Ioanne I. Rege eò miſſus Heros id temporis Luſitanię maximus, Aluares Gōzaluezi Attaydius primus Attouguiæ Comes, quæ vna è Principibus Luſitanici Regni familia eſt, eo comitatu & apparatu, vt admirationem cæterarum gentium Legatis intulerit, cuius Pietati, & magnificentiæ, illuſtre ad Clariſſimæ proſapiæ nominis gloriam, Cardinales teſtimonium reddiderunt. Nec minor in Baſileæ Conciliò Religioſæ famę à nobis fructus collectus? nam cùm alij non pauci, & magni Europæ Principes Eugenio ſe IV. Pontifici opponerent, nec Ferrariam & Florentiam, quò Pontifex ſpretâ Baſileâ Concilium indi-

Chr. Ioan. 1.

xerat ire vellent, & Baſileenſe vrgerent Conciliabulum, Rex noſter Eduardus ſtrenuè Pontificis Eugenij partes egit, & Ferrariam legatos miſit Excellentiſſimum Comitem Ourenſem ex fratre nepotem, & Epiſcopum Conimbricenſem, doctiſſimosque Theologos qui partim amplitudine ſua, partim ſplendore, partim doctrina tantos Eugenio animos fecerunt, vt æmulos vicerit, Baſileenſi conciliabulo interceſſerit, eique Authoritatem ademerit, & Imperatorem Paleologum, Patriarchamque Conſtantinopolitanum, ac Græcæ Eccleſiæ Principes ad meliorem frugem reduxerit, & Pontificiam dignitatẽ, tutam integramque ſeruauerit. Quo nomine Regi Eduardo ingentes ab eodem actæ Pontifice ſunt gratiæ: inſigni Eugenij beneuolentiæ argumento, quod Eduardo poteſtatem fecit, ſeſuoſque deinceps nepotes Reges ſacro, vti Chriſtianiſſimi ſolent, oleo inungendi, adeoque conſecrandi. Quod antea priuilegium Petrus Infans, Dux Conimbriæ, dum Romæ eſſet, à Pontifice conſecutus fuerat: ſed eo tamen Reges noſtri beneficio vti, cum frui poſſent, noluerunt. Forte vt ne Regibus Galliæ, quos ſingulari proſequuntur ſtudio, gloriæ aliquid detraherent, maluerunque eó carere, quâm decerpendo minuere.

Chron. Eduardi. Valconcel. Faria.

Chron. Regis Eduar.

Chron. Regum Iſtor.

Et quidem conſtat ſummos iis temporibus Pontifices multũ Luſitanorum noſtrorum in cauſis Fidei grauiſsimis operâ vſos fuiſſe: cum ad Emmanuelem Paleologum in Romanam Eccleſiam inſerendum Martinus V. ei legatum miſerit Petrum Fonſecam Cardinalem Sancti Angeli Luſitanum: ac Eugenius ad Ioannem Paleologum Portuenſem Epiſcopum Antonium Martinium, & Patrem Fr. Ioannem Thomam Auguſtinianum & ob admirabilem rerum omnium ſcientiam Auguſtinum alterum appellatum, vtrumque Luſitanũ, cum legato Cardinali ſocios expedierit, & Portuenſem Epiſcopum de Romana ſede cùm anteà, tum in eâ legatione optimè meritum Cardinalitia purpura donauerit.

Itaque deſinat Author Pontifices ſummos, & Eccleſiaſticos Ordines aduerſus nos, Regeſque noſtros concitare, cum de iis potius ſit ſperandũ, vt beneficiis, & priuilegiis proſequantur, quam bellis & anathematis inſectentur. Qui noſtris Regibus ſacrum de Cælo ad vngendum caput oleum, manu leniſſima Pontifex deduxit.

Horat.

Non rubente
Dexterâ ſacras iaculatus arces
Fulmina mittet.

Reſcendius. A quo accepimus in Ioanne Secundo Rege, candidæ Pacis inſigne vexillum, Cruce diſtinctum, Conſtantini Magni exemplo victori lauro ambiendum, non ab eo.

Virgil. *Belli ſignum Romæ ponetur in Arce.*

Eò que preſertim Pontifice: quem nos magnopere, & amamus, & colimus: quique Innocentius ideſt Innocens Agnus ob manſuetudinem, & anteâ Pamphilius ob collectam omnium gratiam nuncupatus.

ART. XXXVIII. ad XXXX.

Reſponſio.

ACutus hic eſt Author, ſed ad inſidiandum. Vt poſſit Regem noſtrum è medio tollere, omnem lapidem mouet, *omniaque arma aduocat.* Auro primùm, deinde armis, tandem fraude appetit. Vt ſi minus illud procedat, alterum proſit.

Hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
Vndique circuitum. Virgil. l. 11.

Ne qua elabi Rex noſter poſſit. Verum non efficiet, irriti conatus omnes erũnt: dolore demum miſerimè contabeſcet. Scrutatus intimè fibras Politices, audiit illud Salluſtii. *Concordia res paruæ creſcunt: diſcordia maximæ dilabuntur.* Salluſt. Recoluit & illud Liuij. *Diſcordia venenum vrbis.* Liuius Nouit Platonis ſententiam. *Nihil perniciosius ciuitati, quàm diuiſio, nihil vtilius, quàm vnio.* Plato. de Repub. Di dicit ex Vegetio. *Sapientis eſſe ſerere cauſas diſcordiæ.* Vegetius. Cùmque mentem ad Luſitani Regni ſtatum retuliſſet, vidiſſet concordia & amore nixum, vnanimi omnium Ordinum conſenſu rem patratam, magnâ animorum conſenſione Rempub. geri, & ſtare, amari Regem à ſuis, ac cum eo omnes, & inter ſe omnes arctiſſimo concordiæ vinculo contineri, nec poſſe ſolui, tam benè colligatam Rempubl. niſi conſenſio illa, concordiaque tollatur; rationem incidendi vinculi ſtudioſè quæſiuit, vt eo rupto tota illa colligatio ſolueretur. At en prorſus Homericam imitatus, & Diſcordiam Arioſticam. Homerus. Arioſtus. In eo capita multa inſumit, varias artes adhibet, animo dolis fœcundo, & diſſenſionis ſtudio inquiete. Eandem ac de Gallis, de noſtris hominibus exiſtimationem habet: neutros niſi à ſe ipſis poſſe ſuperari. Iam olim turbas in Gallia excitarunt, vt factionum ſtudia accenderent, & inuictam Gallorum virtutem, quam armis non poterant, ſuapte vi frangerent. Id ſibi perſuaſum habẽt, quemadmodum non niſi ab Adamãte Adamas inciditur, ita Gallum non niſi à Gallo, Luſitanum non niſi à Luſitano frangi, vincique. Quod quidem Philippo Secundo Rege, noſtro ſunt malo experti, cùm diuiſo in factiones populo Regnum occuparunt. Id itaque ſtruit, id molitur, vt ſerat cauſas diſcordiæ, & victoriam metat. Sed longè fallitur opinione. Tam enim ſumus Amore copulati, vt nulla vi illud ſit concordiæ vinculum diſrumpendum. Noſtra Luſitana Reſpublica Fide maximè & Charitate continetur. Si qui minus fideles erant, aut conſcientia in Caſtellam compulit, aut iuſtitia in Luſitaniâ extinxit. Tuta ſunt latera Regis noſtri fidiſſimis miniſtris ſociata: corpora ſua opponentibus ne ferro pateat Regium corpus: ſi quod intorqueat veſanus furor ſpiculum, pectora ſeu clypeos obiicient, quibus, aut excipiant, aut refutent. Nec de Regis tantum vita, quæ noſtrâ cuique noſtrûm carior eſt, ſed de Regis etiam dignitate, & ſtatu loquor, vti adminiſtrationem Reipub. ſignificat: nam eâ certè prudentiâ, iure, amore, æquitate, fide, concordiâ continetur. Conſilium Status, vt ab eo incipiamus, quod eſt ſummum in adminiſtranda Liuius l. 9. Plutarch. Repub. præſidium, iis viris conſtat, quos qui nouit illorum ſimiles pu-

tet, quos Cyneas Reges in Curia appellauit, tam ſunt Regis amantes, tam obſeruantes recti, tam veritatis ſtudioſi, tam integri, tam incorrupti, tam certi conſtantiſque iudicii, vt facti ad imperium videantur. Ita ſe nihilominùs demittunt, vt Regiâ coram majeſtate ſe contrahant, ſibi detrahant, & ad modeſtiam compoſiti ſolius iudicij libertatem retineant. Eoque in Reipub. bonum conſulant. Non priuatis rationibus ducti, ſed communi vtilitate. Omnes excelſo animo, ſumma fide; rerum experientia maxima, è flore nobilitatis collecti, ſed quibus inſit prudentiæ fructus maturus. Eiuſdem rationis cætera Tribunalia ſunt. Quorum illud quod Palatij dicitur, & ſumma quæque iuſtitiæ cum dignitate munia moderatur, ad quod grauiſſimæ de Republica quæſtiones ſpectant, illud magnis, tum ſcientiâ, tum amplitudine viris conſtat ad ardua illa negotia expedienda comparatis. Præſide eo quem omnia nobilitatis, & dignitatis, & prudentiæ ornamenta commendant. Iam verò Belli, quòd vocant, conſilium eo nihil tu vigilantius, expeditius nihil inuenies. Quam dicunt Conſcientiæ menſam, ea veluti Euchariſtica puritatem indicat, & Regis conſcientiam ſcrutatur ac expiat, vt ſi quid debiti contrahitur, ſolui curet, in iisque præſertim verſatur, quæ ad ſacros Ordines militares pertinent examinandis, & prouidendis. Quid ego de Prætorio iuris, tum criminalis, tum ciuilis duplicato conſilio commemorem, in quibus Aſtræa ipſa recens à ſuperis videtur habitare. Atque adeo ſæpè in illud Rex noſter ſe confert, vt iuſtitiam ſuâ præſentiâ confirmet. Mitto alia: atque eo venio, vbi cardo & neruus rerum publicarũ nititur, Tribunal Regij patrimonij, ac cenſus, cui ſanè hodie præſunt, duo excellentes omnibus & generis, & iudicii, & integritatis, & prudentiæ, & experientiæ dotibus Heroes ſanè clariſſimi, quibus nulli, aut Regi fideliores, aut gratiores inuenientur. Qui autem hiſce conciliis Secretarij aſſidere ſolent, ij amantes patriæ, & communis vtilitatis maxime ſtudioſi. Inter quos eminet vnus qui ob Fariarum illuſtrem ſanguinem, multarumque rerum collectam notitiam, & acumen ingenij, & in negotiis, tum agendis dexteritatem, tum conficiendis felicitatem, admirationi, & inuidiæ eſſe poſſit.

Non poſſumus omnia expendere, ne vel tranſeundo quidem commemorare. Sed piaculum eſſet præterire, quos habeat Rex noſter Legatos, quàm ſibi fideles, quàm perſpectos, quàm probatos! quanta prudentia, quanto vſu rerum! quantâ peritiâ, quantâ dexteritate! Quæ ſumma certè inſtituti Regni felicitas eſt. Ac quod de aliis iam dixi, quanti illi quæſo ſunt viri, qui Monaſterij ſummis de Communi Pace cõſiliis Plenipotentiarij aſſiſtunt? Quorum alter Franciſcus Andradius Leitam ſtirpis nobiliſſimæ, omnes ſanè virtutes, quibus ad legationem obeundam opus eſt, complectitur. Acumen ad inueſtigandum, iudicium ad expendendum, prudentiam ad prouidendum, facilitatem in agendo, conſtantiam in vrgendo, felicitatem in conficiendo. Qui ab aſſerto Regno ſtrenuiſſimè tribus obitis legationibus pro Patria ac Rege laborat: quin vlli vnquam labori ſumptuivè pepercit: & noſtram vbique Rempublicam maximè promouit. Alter Ludouicus Peteyra Caſtrius familiæ ſplendidiſſimæ,

diſſimę, ingenio acerrimo, iudicio grauiſsimo, ſcientia maxima, eloquentia præſtanti, gratia ſingulari; expeditione incredibili, qui Perfecti Legati numeros omnes continet, & cum dignitate repræſentat.

Et verò qui huiuſmodi legationum ad exteros Principes ſuſceptarum negotia, & ſumma totius Reipub. conſilia, Statum appellant, Secretarij nomine verſat, ac explicat: illum ego inſigni Diuini Numinis beneficio nobis donatum fuiſſe arbitror. Nam in eo cum vigilantia fides, cum Integritate ſcientia, cum humanitate grauitas, cum pondere acumen, cum prudentia vſus, cum experientia gratia certat. In quo cum omnes, & nobilitatis, & ſcientiæ, & virtutis ornamenta ſint, tres potiſsimum dotes ſpectandæ; ſingularis amor in Regem, ſumma in adminiſtrandis rebus integritas, incredibilis erga omnes comitas, & beneuolentia, quibus ille tam de Rege, ac Patria benè meritus eſt, vt ab omni ſit poſteritate cum ſingulari nominis gloria celebrandus. Itaque nec domi ſeditio, nec foris negligentia timenda: tuta omni ex parte fides, munita integritas, vigilans amor, nuſquam turbæ, nuſquam proditiones, nuſquam laxata, aut remiſſa cuſtodia animorũ. Non vllam Rex noſter vim, aut inſtitutus adhibuit, aut receptus attulit: amor incitauit, beneuolentia ſuſcępit, gratia comitatur, diu imperabit, & quandiu nos Luſitani erimus imperabit. *Cum firmiſsimum Imperium ſit, quo obedientes gaudent.* Illud Rex noſter conſecutus, vt *ſubditi non illum, ſed pro illo timeant.* Quod ille magnus huius æui Politicus ex ſummo alterius ætatis Politico deſũpſit. Id ex Taciti cortina didicimus, cum demum fore diuturnum Regem, qui *apud hoſtes metum quærat: Amorem apud Populares.* Illo Rex noſter, Deo dante, foris de vi, domi de proditione triumphabit.

Liu. l. 8.

Lipſ. in Pol.

Tacit. l. 11.

ART. XXXX.

Tam latè ius Regium patet, vt nullis circumſcribatur limitibus; ac imprimis ad rebelles & domandos & puniendos omnia iuſta Regibus ſint, ac licita: atque adeo quidquid Majeſtas tua in Luſitanos ſtatuat, quò in poteſtatem rediga‸ ‸ius ſanè erit, fuſ‸que.

ET ſi ab Authore in Luſitanos acrius ſe, & acerbius inuehente, tum Rex meus Promiſſus Ioannes, tum omnes Regni ordines, tum inter eos ego, ſum appetitus; nollem tamen eum hoc nomine inſimulare, quod Catholicum deſidero: ac vereor opinionem hic Catholici cum fronte Politici amittat. Non ego hic de Ambitione Hiſpanorum Regum ſum acturus, nec, vtrum iſtius Authoris ſententiam ſecuti imperando fuerint, examinem, cum eos Catholicos fuiſſe ſciam, nec audeam eorum Pietati, aut Religioni detrahere: neque hac in re crediderim e vel Boccallino, vel Ruano, vel Caſſano, vel Paulo Iouio, imo ne ſummo quidem Regi Gallorũ Frãciſco, multa huiuſmodi Carolo Imperatori Quinto, numeratò adductis exemplis obiicienti, nam & ſi Neapolitanum, & Siculum Regnum conſanguineis eripi, Mediolanum Aurelianenſi-

Eę

bus adimi, Nauarram Alabrethis auferri duriſſimum olim, nunc retineri intutum videatur, ſpecie tamen aliqua iuris à Catholicis illa Regibus Regna occupara, certè Religioni, & Pietati, non grauis admodum illata iniuria. Quod autem à Carolo V. inita cum Hērico contra datam Pontifici fidem, iam hæretico, ſocietas ſit, & Lurherani in aciem admiſſi, & quod aſperius fuerit Solymano Turcarum Imperatori ferociſſimo, Germaniam nudatam defenſoribus inuadendam relinquere, vt in Galliam arma, & vires conuerreret, eius vitæ Authores, vtcumque excuſant, & ſanè quædam de Rege Franciſco ſuſpiciones, qui vetus, & pertinax hoſtis fuerat, cauſam aliquam præbuerunt. Itaque nihil læſa Regia Catholicorum Principum maieſtate, Aurhoris pergo irreligioſi, imprudentiam ne dicam & an impudentiam reprehendere. Hiſpano faſtu Regiam poteſtatem nullis prorſus vult terminis definiri. Imperij proferendi libidine, quem ne Romani quidem loco mouere potuerunr Terminum, impellit, ne limes ambitioni poſitus videatur. Fateor equidem amplum eſſe ius Regium, latéque admodum patere: nec de quo alii quæſtionem mouere ſolent ambigo, qui ſint Regnorum Domini ac non adminiſtratione ſolùm, ſed iuſtâ, & liberâ poteſtate vtantur.

At illud fetre non poſſum, ita extendi, vt nullis terminis circumſcribatur. Nam ecquis dubitet ſuo ſe limite definiri; ſuis ſpatiis contineris, nec extra iuris carceres poſſe vagari? Nec quòd latiùs quiſquam imperet idcirco beatiùs regnabit. Imò & minus beatè viuet qui regnet imperioſius. Rectè Diuus Thomas obſeruat: non modo ſubdi, ſed imperare Peccati noſtri effectum eſſe. Itaque qui auidius Regnare, qui latius dominari velit, delicto ſe magis obnoxium profitetur. *Poteſtas*, inquit, *terrena vnius hominis ſuper alios, non eſt res naturæ, ſed ſequela culpæ: non enim mandatum eſt homini, vt præeſſet homini, ſed irrationali naturæ. Naturaliter æquitas eſt inter homines, non prælatio.* Quod ſi dominatio, etiam cum iuſta eſt, arguit radicem peccati, quid faciemus ei, quæ iuris effractis repagulis legem, vimque humanæ ſocietaris diſrumpit? Nam ſi omnia licent imperanti, Templa diruat, Aras euertat, Sacerdotes rollat, innocentes occidat, legum arbitrium omne ſibi arroget, iura diuina, humanaque conuellat. Sane in Catalonia occupanda, vel potius vindicanda huius ſententiæ Caſtellani fuiſſe videntur. Ea enim ibi geſſerunt, quæ ne Athila quidem & Ciſca, vel ſi quis alius crudelior extitit tyrannus, patrare auderet. Stupratas virgines, corruptas matronas, violata monaſteria, euerſa Templa, temerata ſacraria, raptatos pueros, laceratos infantes, diſcerptos iuuenes, id certè minus moror, quòd & aliàs factum legi. Verum in ſanctiſſimas Chriſti ſeruatoris, & Beatiſſimæ Virginis, aliorumque Diuorum Imagines ſæuire, eas vulnerare, mutilare, diſcerpere, iugulare: hoc ſanè horreo, ac deteſtor. Iam verò ſacroſanctam Euchariſtiam ſubiecto igni incendere: Sacerdotes veſtibus ſacris indutos, Diuinis rebus operantes, imo & eorum furori Sacramentum ipſum ſanctiſſimum opponentes deſpicere, ferire, ſternere, cuius tandem immanitatis, & impietaris fuerit? Litteræ nos diuinæ docent. Voraciſſimum ignis elementum, viſo

D. Thom. de erud. Prin.

AaronePontifice ritè induto,ſacris operãdante,ſeſe in officio continuiſſe, ceſſiſſe,ardoris vim omnem aliò auertiſſe, Caſtellanorum incendia irarum eò prorupiſſe, vt non iam vmbratile ſacrificium, ſed ne ipſum quidem ſacrificio contentum Numen horruerit, comperimus. Crucifixi Domini noſtri effigiem, quâ nihil eſt Chriſtiano Sacratius, veſano impetu mediam vno ictu ſecuerunt: exprobrante crudelitatem illam, militum apud Crucem, non iam inſolentiâ, ſed præ huiuſmodi immanitate modeſtiâ: cum inconſutili veſte integrâ, & ſorti commiſſâ iactarunt. *Non ſcindamus eam*, quòd à vulnere deterrerentur. At noſtri milites impiè fortiores eò ſunt progreſſi, vt vltra veſtem auderent: & Chriſtum ipſum vulnerarent, Impudenter iactantes. *Scindamus eum.* Itaque veſtis, militaris crudelitatis limes fuit. Immanitatis Hiſpanæ nullus terminus extitit: nimirum illa militum inſolentia non ex libidine orta imperandi, atque adeo intra ſuos ſe carceres continebat. At Hiſpanorum quòd ex imperij nata cupiditate nullis circumſcripta terminis vagabatur. Videat Author, an ſuo iudicio, ſumma ratio ſit pro imperio, an pro Religione, & vtrum Religio ſceptro, an ſceptrum Religioni ſeruire debeat? Ioan. 19. Intract. var. Catal.

Quid? quòd ne Politicæ quidem rationibus iſta ſententia congruit? Cùm officia Reipublicæ doceant, tam moderatè imperio vtendum, vt non quid quiſque poſſit, quid vè libeat, ſed quid deceat, expediatque, inſpiciendum, & præſtandum ſit. Vndè illud ſatis celebratum *Summo iure vtere moderatè.* ita Principem inſtituit Gregorius. *Ne ſinat in ſubditos, quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri.* Quid Seneca? Euripides. D. Gregor. apud D. Thomam. de Regim. Prin. Sen. in Troad.

Minime decet libere cui multum licet.

Adeo vt ipſi detrahendum ſit iuri, ne totum ſe effundat. Eſt enim & hic locus alteri ſententiæ *ſummum ius ſumma iniuria.* Si enim velis vim iuris omnem exercere, ſubditos omnino conficies. Rectè Plutarchus. *Ad iuſtitiam exercendam, vtile eſt nonnunquam & quòd iuſtum eſt prætermittere.* Qua in Repub. Author iſta didicerit neſcio, nam neque in Chriſtiana, neque in Politicâ huiuſmodi doctrina traditur. Plutarch. apud Lips. in Polit.

Itaque rectè, opinor, egi cùm in breui refutatione hanc ſententiam minus certè refutaui, eamque Sacro Inquiſitionis Conſilio examinandam reliqui. Hæc ſi noſtra eſſet, in eam Caſtellana ingenia inuolarent; efferrent vnguibus, commóſtrarent, noſque manifeſtæ hæreſeos cõpellarent. Qui ſolent verba intorquẽdo, mutilando, addendo ſententias noſtras Catholicas, pias, Religioſas corrũpere, vt earum adulterato ſenſu, nos calumniis onerare poſſint. Qua in re nimius, & ineptus eſt Caramuel, qui cum ſæpe labatur in errores: illis quòd liberari nequeat, ſimiles nobis conatur imponere. In cuius ego hominis opellã, cum iſta ſcriberem Pariſiis incidi (nec enim datâ operâ huiuſmodi Authorem legerem.) Quam Ioannes Brigantinus demonſtratus inſcripſit: in qua & me, & alios Authores Luſitanos, ſi placet ſuperis, hæreſis labe aſpergit. Caram in Ioan. Demõſ.

Quem cum legiſſem neſcio an magis riſerim, an ſuccenſuerim. ibi præſertim vbi mihi errores conabatur impingere. Cudiſſe in ſe fabam

citò ſentier. Faciam pæniteat: recipio ei, fore vt omnia illius commenta refurem. Licer Herculis inſtar Augiæ ſtabulum repurgare aggrediar. Iam eũ verberauit acriter Dux Villareal ſuo illo aureo libello Anticaramuel, quem ſi videat, ſui pudeat, quod in exacta ætate Orbilium inuenerit.

Dux & Conſul Luſitaniæ Villareal in ſuo Anticaramuele

Liber allegationum olim in Luſitania typis mandatus, & anno 1641. Pariſiis à me Latine conuerſus.

Brandan in Monarch. Vaſconcel. Mariſius.

Vnum laudo in Caramuele, quòd meum ſecutus iudicium, alienâ linguâ loquitur, vt eius ſtylum ferre poſſemus. Alterum animaduerto: Caramuelem inſignem huiuſce æui eſſe plagiarium, cùm quicquid de iure Regni Luſitanici ſcripſit ex libro Allegationum à Doctoribus Conimbricenſibus pro Sereniſſima Domina D. Catharina adductarum deſumpſerit, quem quòd vidit Luſitanicè ſcriptum, putauit tutò poſſe transferre. Sed faciam ſuſcepto conſilio, vr furta eius pateant, quæ, cum illum librum latio donaui, deprehendi. Quidquid verò de facto rradidit, id penè omne ex Monarchia Luſitana P. Fr. Antonij Brandam, & ex Anacephaloſibus R.P. Antonij Vaſconcellij, & Mariſij, decerpſerit: paucis additis, in quibus miſerè ſæpe labitur: quæ ego ſanè non dicerem, niſi ille nobis fucum facere vellet, & imponere, perinde ac illa omnia ex arcanis quibuſdam adytis eſſent deprompta. Sed hæc aliàs.

Caram. in Philip demonitrat.

Quod huic maximè loco hæret, vindico. Affinem eſſe Authori errando Caramuelem. Nam Author ius Regium diuinum propè facit, dum immenſum quodammodo reddit, & nullis prorſus limitibus circumſcriptum. Caramuel vero Philippo Regi Secundo Hypoſtaticum ius attribuit: ait enim in eo *Duas Portugalliæ, & Caſtellæ coronas hypoſtaticè eſſe vnitas.* Hoc primûm in Philippo Demonſtrato dixerat. Monui ne diceret. Perrexit affirmare in Ioanne Demonſtrato, vbi rurſum affirmat in Philippo Quarto Regnum Hiſpaniæ, ac Flandriæ Comitatum hypoſtaticè vniri: contẽditq; *naturas* ſic vocat *morales, & iuriſdictiones, officia, & dignitates multas in vna ſæpe perſonâ hypoſtaticè vniri.* Hæc tantum mihi examinanda aſſumo: nam quæ de vnionibus Hypoſtaticis inrra Deũ, & intra hominem quemlibet, alterius ſunt loci, & ad inquiſitionis Tribunal pertinent. Nunc breuiter dicam. Si inter Perſonalitates diuinas, & naturam diuinam vnio hypoſtatica intercedit, ſequitur dari veram in Deo compoſitionem, atque adeo pluſquam formaliter perſonalitatem à naturâ diſtingui, & aliquid vltrâ perſonalitatem, & naturam reale, ac poſitiuum diſtinctumque inter Deum inueniri, quæ certè ſunt omnia à recto Fidei ſenſu aliena.

Caram. in Ioanne demõſtrato Prologo ad lectorẽ Theologum.

Vide Theologos in tractatu de Trinitate, & de Eſſentia Dei

Caramuel in Prologo ad lectorem Theologicũ.

Quòd autem arguat Caramuel, ex eo quod me inducat dicentem vnam rantum vnionem eſſe hypoſtaricam, ſequi vnam tantum eſſe in Deo hypoſtaſim, eâ certè turpis argumentatio eſt; cùm conſtet tres in Deo ad intra hypoſtaſes eſſe, & vnionem vnam hypoſtaticam ad extrà: nec teneamur tot quot ſunt hypoſtaſes vniones totidem inducere: nam Caramuel ipſe admittit, tres tantùm in Deo hypoſtaſes, & quatuor vniones hypoſtaticas admittit, rres ad intrà, & vnam ad extrà. Prætereà tres hypoſtaſes nemo in Deo negat, ſiuè formaliter, ſiuè virtute à naturâ diſtinctas, nemo tamen hactenus, quod ſciam, vniones inter naturam diuinam & hypoſtaſim inuexit,

Caramuel ibid.

Lege Suar. & Vaſq.

cum ſi formalis ſit diſtinctio, non ſit opus vnione; ſi virtualis, vnio eſſe non poſſit. Sed quod incredibile aliquis putet ab homine Theologo iſta effutiri, ac exiſtimet, ſicut mihi Caramuel errores affingit, ſic à me quoque eos illi imputari: volo hîc totam eius ratiocinationem conceptis verbis inſerere. Igitur.

Ne ſolus Manifeſtationis Author ſuis erroribus in fidei noſtræ incurreret capita, prodiit in lucem Franciſcus Macedus, & pauculis multa complexus lineis, quæ mala aquè, vel peiora hæreſi iamiam impugnatâ. In appendice libri, cui præſcriptus ab ipſo titulus, De iure ſuccedendi in Regnum Luſitaniæ, *probaturus Caramuelem obtuſi ignorantiſque ingenij virum, argumento vtitur, quod ponderari opus.* Argumento ſit, *inquit*, quòd cùm vnam tantûm agnoſcant Theologi hypoſtaticam vnionem, *& hanc*, in Verbo incarnato, ille tertio quoque verbo in rebus humanis hypoſtaticas vniones inueniat. Et tamen bonus vir) *ita mente captos appellari, apud Hiſpanos in vſu*) & videri, & dici Theologus amat. *Vna igitur duntaxat hypoſtatica vnio, & erroneum dicere, multas eſſe; ergò vna ſolùm in orbe toto hypoſtaſis, & hæc in Chriſto; etenim ſi multæ, ſuis omnes naturis deberent eſſe vnitæ, ac proinde forent hypoſtaticæ vniones non paucæ.* Caram. in Ioan. Demonſtr.

Pro antecedenti errorem Macedi ſtatuo, illaturus inde, Deum non eſſe trinum vnumque. Arguo hunc in modum. Vna ſolum hypoſtaſis, ſolùm vna hypoſtatica vnio reperitur in naturâ rerum, nempe quæ in Chriſto; tres ergo in Diuinis hypoſtaſes non dantur. *Conſequentia neceſſaria, & ſimul hæretica. De primo impoſſibile dubitari, ſecundum iam in Europâ nimis ratum probatumque. Negatum id olim à Sabellio, Patripaſſianis, & Abaylardo; at verò tam certum nunc, tres eſſe diuinas hypoſtaſes Diuinitati hypoſtaticè vnitas, vt ne vnus eâ de re ambigat hæreticus.*

Hæc Caramuel. Nunc mihi gratulor eſſe Lutetiæ, vbi Sorbona Theologicum Oraculum, & lapis lydius Theologiæ. Ad illam prouoco, & Caramuelem defero. Quid ille, quid ego ſenſerim examinet. Ego vnam tantum Hypoſtaticam vnionem inter perſonam Verbi, & naturam humanam agnoſco, eamque veram & germanam eſſe vnionem affirmo. Caramuel nunc ait: intra Deum eſſe tres vniones hypoſtaticas ſingularum Perſonarũ cum Diuina natura. Ita vt Pater vniatur Hypoſtaticè naturæ Diuinæ, & Filius eidem alia vnione, & Spiritus Sanctus alia: atque adeo ſint tres perſonæ in Deo, & tres item vniones mediæ inter Deum, & Perſonas. Satis eſſet hoc proponere, vt error appareret; at vrgendus Caramuel, & in anguſtias redigendus. Quæro ex te, mi Caramuel, quam putes eſſe inter naturam diuinam, & Perſonalitates diſtinctionem? Exiſtimo te communem probaturum ſententiam, virtute tantum, ſeu ratione ſolâ, *ratiocinatam*, vocant diſtingui. Quæ igitur vnio intercedit inter vtranque? Cum ne diſtinctio quidem intercedat? Hanc ego ſi ſequar ſententiam, rectè vniones negem; imo & adynaton eſſe, poni vniones huiuſmodi vendicem. Qui ergo hæreſeos me appellas, & cum Gilberto dicis ſentire, cùm communis ſchola ſentiat nullam eſſe vnionem poſſe, vbi nulla omnino eſt reapſe diſtinctio. At quòd ſim è Franciſcanâ Familiâ putas, me non eâ virtuali diſtinctione contentum maiorem poſiturum, atque adeo formalem, qua Perſonalitas Diuina verè citra

operationem intellectus à natura diſtinguatur. Primùm, mi Theologe, quoniam *bonus vir* dici non amas, non hîc de mea, ſed de tua ſententiâ agimus, & quid tu ſentias examinamus. Deinde, cum ego illa ſcripſeram de vnione hypoſtatica, Ieſuita eram; ac proinde cum communi ſententia virtualem putabam. Tandem fateor, mihi hodie ſubtilis Scoti mentem placere, & tunc admodum placuiſſe. Quid tum? An idcirco dicturus dari re ipſa vniones inter Naturam, & Perſonalitatem? Apageſis commentum. Melius de Deo Scotiſtæ ſentimus. Diſtinctionem formalem inducimus, quòd tam diuerſa de naturâ & relatione, quæ diuerſos ſignent conceptus, prædicata videmus: compoſitionem remouemus. Quæ, ſi vnio intercederet, omnino eſſet admittenda. Itaque damus diſtingui, vniri negamus. Cum vnio inter extrema realiter diſtincta detur, ex quibus compoſitio reſultet: nos vero cum negemus realiter velut extrema realia diſtingui, vnionem tollimus, ne compoſitionem admittamus. Tu quid ſentias videris, nam ſi nobiſcum mauis, oportet vniones tollas; quod ſi admittis, videas in errorem te Gilberti, non me, incidere. Nec enim, quòd non admittam vniones, dico eſſe ſeparatas à naturâ perſonas, ſed tam ijs adhærere, vt vnione opus non ſit. Tu qui ais eſſe vnitas, fateris eſſe extrema vnita, inter quæ realis eſſe diſtinctio debet, maior formali: atque adeo cum Gilberto ſentis, realiter à natura diuidi, ac ſeparari.

Quid? quod non ego inte ſcientiam Theologiæ, ſed Dialecticæ, quoque deſidero. Nam quæ huiuſmodi eſt argumentatio. *Vna eſt duntaxat hypoſtatica vnio, ergo vna ſolum in orbe hypoſtaſis?* Perinde quaſi nihil inter hypoſtaſim & vnionem interſit. Deinde quæ eſt argumentatio ex vnione ad extra, ad hypoſtaſes ad intra? Certè vnâ iſtâ argumentatione fieret, vt omnes Perſonæ haberent naturas ſibi hypoſtaticè vnitas. Nam vnio hypoſtatica quæ datur, eſt Verbi ad humanitatem, non Verbi ad diuinitatem, ergo ſi hinc colligis, quot ſunt vniones tot fore hypoſtaſes, & ſi vna ſit tantum vnio hypoſtatica, vnam fore Perſonam, cum illa vnio, vnde id colligis ad aliam naturam ſit, neceſſe eſt colligas, ſi aut Patris, aut Spiritûs Sancti Perſona, non aſſumpſerunt alias naturas, eas hypoſtaſes non eſſe, quod non vti Perſona Filij hypoſtaticè naturas terminarunt. Non minus ineptè arguis, cum deducis, me quòd negem eſſe vnitas Perſonas naturæ, realiter eas ſeparare, cum ideo negem vnitas, quòd non ſint realiter diſtinctę, atque adeo non egeant vnione: cum ſint reapſe idem, cum formali tantū, quæ non eſt capax vnionis, diſtinctione. Nam ego admitto inter perſonam Diuinam Verbi, & naturam humanā vnionē quas ſcio eſſe realiter diſtinctas: inter Verbum & Naturā Diuinam cū nego vnionem, idcirco nego, quia non admitto realem diſtinctionē.

Iam vero, id quod ais. *Quæram ex Macedo An homo ipſe humanæque ſpeciei indiuiduum ſit? procul dubio affirmaturus; in ipſa igitur Macedi ſubſtantia humanitas, ſubſiſtentiaque hypoſtaticè vnitæ ſunt, adeoque in eodem etiam ipſa eſt hypoſtatica vnio*, abſurdiſſimum eſt. Oro te, Caramuel, te conſulas, & dicas, quid tua ſit ſubſiſtentia? modus ne an negatio? Si negatio, non vnitur naturæ: ſi modus, adhæreſcit perſe naturæ, nulla igitur eſt in te hypoſtatica vnio: niſi velis eſſe realiter deſtinctas naturam & ſubſi-

ſtentiam;atque adeo vti extrema realia,ſeparata poſſe conſiſtere.

Sed quid hoc homine faciamus? Qui affirmat *ſubſiſtentias eſſe & materias, & naturas morales*, & concludit. *Dum multæ iuriſdictiones perſonæ vni ſunt, hypoſtatica inter ſe vnione iunguntur naturæ morales multæ, officia multa, dignitaſque.* Vnde iam ſequitur & naturale, & morale idem eſſe, & multa entia rationis, cuiuſmodi ſunt iſtiuſmodi dignitates, & tituli, hypoſtatice vniri. O egregiam philoſophandi rationem! ô eximiam erga vnionem Hypoſtaticam reuerentiam! Quo ratiocinationem concludit, *Ignarus horum Macedus.* Libenter audio, cum & omnes iſta ante me Theologi ignorarint: ac tu primus & ſolus excogitaris.

Sed quid ego?

Iamiam efficaci do manus ſcientiæ. Horat.

Ignoſce mea Canidia, mi Caramuel. Ex te volo diſcere. Noua ſunt iſta. Placent. A te accipio. Quæcumque à Regibus, & à priuatis hominibus poſſidentur, ea omnia cum iis hypoſtatice vniri. Doce nunc me quæſo argumentari, ac ex huiuſmodi Principio concluſionem elicere. Circa te Doctorem meum, mea ex tua Doctrina argumentatio verſabitur. *Omne id quod ab homine poſſidetur, hypoſtatice cum eo vnitur; Atqui Canis poſſidetur à Caramuele, Ergo Canis cum Caramuele hypoſtaticè vnitur.* Eſt ni fallor, in Darij figura Syllogimus. Eamus, ſi placet, ad alterum ſyllogiſmum: *Prædicata eorum quæ hypoſtaticè vniuntur, communicantur, ſed Caramuel, & Canis hypoſtaticè vniuntur, ergo eorum prædicata communicantur.* Et hic rectè in eadem figura concludit. Bellè, pulchrè, ſcitè, eleganter: hinc enim conſtat te Caramuelem Latrare, & Canem tuum ridere. Siſtamus hic oportet, dum te latrantem audio, & rideo. Tantum oro, gratias mihi age, quòd in Cane, non in Arcadiæ pecude exemplum poſuerim. Nemo mihi quæſo ſuccenſeat, quod huc Caramuelem adduxerim: nam me Hieronymus defendit, qui cum non pauca dictu aſpera in Ruffinũ dixiſſet; eo excuſatur, quod qui ſibi hæreſeos crimen impegerat, non mollius haberi debuiſſet, ne dum remiſſius ageret, æquiore animo ferre hæreſeos notã videretur. D. Hieron. in Ruffin.

Ne viuam, ni bellus eſt homo Caramuel, ac cum illo ego delicias facio. Docet acutè ac lepidè Pontifices inſtituere *Reges indulgentiarum* cum Reges aliquos confirmant. Hæc eius doctrina eſt. Nam admittens Alphonſum Tertium Portugalliæ Regem fuiſſe ab Alexandro IV. confirmatum, diciq; ab eo fuiſſe Regem Gratiarum & Indulgentiarum, atque adeo Regem ſpiritualem. Nunc ſcire deſidero. Quiſnam ſit iſte Rex gratiarum & Indulgentiarum, atque adeo Rex ſpiritualis? Ipſe Caramuel docet quem libet homunculum poſſe illas indulgentias obtinere, & Abbates & Conuentus quoſcumque poſſe Miſſas & ſuffragia debita Regibus, aliis de ſe bene meritis hominibus concedere. Quò fiet vt iam ipſe Caramuel poſſit ſuos famulos Reges inſtituere. Imo quicumque Indulgentiam omnino plenariam impetrat, eum prorſus Regem eſſe hac ſententia nemo dubitet. Sed illud mouet: cur maiores indulgentiæ Regibus, quàm alijs debeantur? nam perſonarum apud Deum non eſt acceptio: ac exiſtimo fieri poſſe vt paupertimus quis maioribus indulgentiis dignus ſit, quàm Rex potentiſſimus, nec ego addicerem indulgentias ſecularibus dignitatibus. Deinde credi-
Caramuel in Philip. & in Ioan. demonſtrato. Charam. in Philip.

derim Regem Alphonſum tum Primum, tum Tertium, nihil tum cum confirmari ſibi Portugalliæ Regnum petebant, de remiſſione pænarum, ac proinde de Purgatorio cogitaſſe. Præterea, cur Sancius iſtiuſmodi Iubilæis, aut gratiis priuatus fuit? Forte iuſtior erat, & ſanctior Fratre Alphonſo, imo potuit fieri, vt eſſet in gratia Sancius, Alphonſus in peccato. Quid tum? amiſit indulgentias Sancius, & Alphonſus lucratus eſt? Ad hæc cum quis moritur, ſi ei iubilæum concedatur pleniſſimum, & tot ei miſſæ deſtinentur, quot Regibus dici ſolent, nonne Rex inſtituitur? Iam ergo multos poſſumus eo beneficio, poſt mortem, Caramuele autore, Reges creare. Imo ſi hoc verum ſit, omnes ij qui Romæ Imperij Coronam acceperunt, nil aliud præter quaſdam Indulgentias Imperatorias retulerunt.

Hæc eò dico, non quod Caramuelis ſententiam ſequar, ſed vt demonſtrem, quæ illà poſitâ abſurda ſequantur. Quibus illius ſcripta abundant, ac nuſquã maiora quàm vbi aliis conatur errores affingere. Quem moneo, ne velit truncare aliena, vt monſtra efficiat. Citet integros, ac cum fide locos, ne adulteret, ne mutilet, ne corrumpat. Sane nullũ eorũ quos è meis ſcriptis deprompſit locum fideliter citauit, ſed truncos, & mutilos ingenio ſuo adduxit, vt calumniam poſſet imponere, ac fucum legentibus faceret. Sed quid dicat ille, quid ſentiat, non id magnopere curandũ, cum fateatur ipſe quòd hodie viuat, quòd valeat, acceptum ſe fabulæ debere. Narrat, cùm ægrotaſſet, & ægrotus in aureum ſummi, & nobilitate, & doctrinâ viri Antonij Souſa Macedi libellum (à quo Caramuel vapulat) incidiſſet, & de quodam commentitio Equite celeberrimo à Ceruantes Hiſpano homine, ad irridenda huiuſmodi cómenta excogitato, illo ſcilicet Quixote de la Mancha mentioné fieri vidiſſet, & ſibi admodum lecta placuiſſent, librum à Ceruantes editum legendi deſiderio exarſiſſe, ac diligenter inquiſiſſe, & accuratiſſime legiſſe: ac eâ ſe lectione tantopere delectatũ, vt omnino morbum expulerit: & ſanitatem receperit. O egregiam hominis Pietatem! His ille ſuperis vitam debet. Hoc miraculo morbo liberatus. Itaque Manchego illi pro Caramuele vota reddenda. At vellé ex Caramuele ſcire, vtri magis debeat ſanitaté? Quixotione, An Sancio Panſæ? vt nos eo doceat, cui maiores agere gratias debeamus, quòd tantum nobis virum incolumem reſtituerit. Sed de eo non admodum conſtare poterit, cum dubium ſit, vtrum magis referat bonus Caramuel, Quixotium ne? an Panſam? cum vtrumque ex æquo referre videatur. Certè opus ei erit aliquas indulgentias impetrare, vt illo ſe crimine purget quod admiſit, cum illis ſpectris pro ſanitate obtinenda litauit. Illud monuerim: non minus Caramueli Quixotium & Panſam debere, quòd ea ille in libris quos edidit, ſiue de Philoſophia ſiue de Hiſtoria, ſiue de Politicis commenta opinionum habeat, quæ Quixotianis & Panſanis geſtis ſimilia ſint, adeo vt in eo antequam Quixotium legeret, alium Quixotium inuenire poſſemus. Niſi quòd in Caramuele & inſana Quixotij & inepta Panſæ reperimus, & neutrum in eo deſideramus.

Redeamus eò vnde digreſſi. Docebat nos Caramuel nouos quoſdam Reges exiſtere beneficio indulgentiarum. Vti accidiſſe narrat Carolo Archiduci Auſtriæ. (Bella res eſt, & Caramuelica) Qui Rex in ſepulchrum

pulchrum illatus eſt. O rem miram! Ita Caramuel: *Obiit nuper Madriti Carolus Archidux Auſtriæ, & declaratur vt Rex Monaſticus à varijs Religionibus. Ex vi iſtius declarationis ſinguli Religioſi tenebantur tot ſacrificia pro illo offerre quot pro Regibus Hiſpanis aſſolent.* Me miſerum! Madriti eram, & has pro eo miſſas nõ obtuli: nec me ſolũ puto, ſed multos alios in læſæ maieſtatis huiuſmodi crimen incurriſſe. At ego contra Caramuelem argumẽtor, & Finio. Primũ: quæro quis nã ſit iſte Rex Monaſticus, & vtrũ in Purgatorio huiuſmodi Reges ſint? Deinde ſi homines iſti, qui Regijs indulgentijs affecti, ac Reges Monaſtici, vt Carolus eſſe declarãtur, reuiuiſcant, erũt ne Reges appellandi? nec tãtùm de ſuſcitatis quæro, Si Caramuel, quòd eſt Abbas, in ſuo Monaſterio ſeruis ſuis indulgentias Regũ proprias procurarit, puta Iubilæum pleniſſimum, peto ab eo: vtrum omnes iſti famuli Regia ſint majeſtate compellandi? Et quidem de ſententia Caramuelis videtur affirmandum: nam Alphonſus Primus, & Tertius, Luſitaniæ Reges ob ſolas indulgentias, cùm nihil aliud à Pontificibus acciperent, Reges habiti & communiter appellati. Hæc concoquat interim Caramuel, dum ego huiuſmodi librum, & concinno, & cudo: quo perfecto, in arenam deſcendam. & Troilum imparem, ac infeliecem amiſſis armis, reſupinum, verſâ haſtâ inſcribentem puluerem, Caramuelem eſſe monſtrabo. Virgil. Æneid. 1.

Ad ART. VLTIMVM

Reſponſio & primæ huiuſce partis

CONCLVSIO.

QVod Author Regi ſe ſuo morigerum, & obſequentem oſtendit non poſſum, vt aliàs dixi, vehementer commendare: nec dubito, quin ipſe rectum, quã de re cõſultus fuit, iudicium ferre voluerit. Sed cùm illum ſibi tantùm ſcopum propoſuerit, quem initio ſignificauit, recuperationem Luſitanicam, ac in ea ſententia ſit nihil non licere Regibus amiſſa vindicare conantibus, ſubditoſque id tantùm quod ad Regum ſuorum rationes ſpectat inſpicere curareque oportere, minùs & iuri, & honeſtati, quàm vtilitati conſuluit. Aliter certè ſenſiſſet, ſi altiùs mentem attolleret, & diuinæ legis præcepta expendiſſet. Itaque Religionis, ac iuſtitiæ, humanitatis, & clementiæ rationem habuiſſet, nec cũ pietate pudorem quoque abieciſſet. Summa ratio pro Religione: nam, vt ait Ambroſius. *Nihil maius Religione, nihil ſublimius Fide.* Dei cultus & gloria Regi ante oculos proponenda, cum *Regis cor in manu Domini*: vt ab eo & incitetur, & moueatur in obſequium ſupremi, & omnia coercentis & moderantis Dei, cuius illa vox eſt. *Per me Reges regnant, per me Principes imperant.* Recolenda illa Tullij ſententia erat: *Religioni parendum*, cui etſi à Fide alieno illa placuerat. Æquum erat, vt eam ſibi inſtitutionis ideam author proponeret, quæ ad Religionem, non ad cupiditatem formata: nec licere putaret omnia, imperium ambienti. Hoc Auguſtinus cum docere potuit: cum *Rex*, inquit, *malit cupiditatibus prauis, quam populis imperare.* Beneficentia Authori, non crudelitas ſuadenda. Vt enim

Ambr. epiſt. ad Valentin.

Prouerb. 21.

Cicero. lib. 2. de Diuinit.

Ff

Seneca: *Imperium melius cuſtoditur beneficiis, quàm armis* : cum tamen non modo arma ſuadeat, vimque incendat, ſed ad immaniſſima quæque patranda impellat: nam ille demum Rex eſt, & amabilis & iucundus, *Qui cum ciuibus, quaſi parens cum liberis viuit.* Ac *remiſsiùs imperanti meliùs paretur.* Qua ſibi ratione conciliet voluntates, à quo illæ minis terroribuſque alienantur? Diſcat ex Auguſtino. *Qui preeſt, eum debere potius amari à ſubditis, quàm timeri.* Vehementer errauit, dum voluit ad iracundiam, ad cædem, ad ſtragem Regem ſuum prouocare. Cum authore Seneca. *Erret, qui exiſtimet, ibi tutum eſſe Regem, vbi nihil à Rege tutum eſt.* Ego certè ni Philippum & Authorem noſſem, exiſtimarem hîc Phalarim aliquem à Perillo inſtrui ad immanitatem.

Seneca de breuit vitæ.

Plin. ad Traian.

Seneca de Clement.

D. Auguſt. apud D. Th. de erudit. Princip.

Et verò ſi Author ſuccenſet, ac indignatur, quòd videt Hiſpaniæ ſuæ Regem, Luſitaniæ Regno, Cataloniæ Principatu, alijſque Prouincijs ſpoliatum, accîſis opibus, attritis viribus, indies minui, & ab illo maieſtatis faſtigio paulatim decidere, paulùm ille quæſo ab his humanis, quæ temporum orbe caduca voluuntur, ad illa cœleſtia quæ mortalis concretionis expertia, æterna conſiſtunt, oculos attollat, reputetque ſecum, illa obnoxia eſſe fortunæ, & eâdem quâ nos homines lege teneri, vt quemadmodum nos & naſcimur, & ſeneſcimus, & morimur, ita & imperia incipere, declinare, & ruere. Ac, vt olim Tullius obſeruauit, non modo ciues, ſed & ciuitates ipſas Regna que intereidere eo qui ſe de obitu filiolæ conſolabatur, quòd non ea tantùm, ſed tota huiuſce vniuerſitatis natura periret. Vertat rectò in anteacta ſæcula oculos, ac reſpiciat ſepulta tot Monarchiarum cadauera, quæ tamen olim ſuis quæque temporibus floruerunt, nunc ne veſtigia quidem ſuperſunt. Imò vti alius eleganter.

Tullius in conſolat. & Sulpitius ad Tullium.

Lucanus.

Etiam periere ruinæ.

Sat Hiſpaniæ *ſceptri, iuriſque datum.* Non nunc primùm Luſitania ab Hiſpanico Regno auulſa. Olim abſciſſa: diu ſeparata: modò ſibi reſtituta. Hiſpania numquam meliùs adminiſtrata, numquam fortiùs defenſa, numquam latiùs propagata, numquàm altiùs euecta, quàm cùm diuiſo cùm Luſitania imperio, ex æmulo inter ſe Regum oppoſitu, Ducumque ad ſummam reipublicæ gloriam nitebatur. Tunc exacti ab Hiſpania Mauri, tunc in Africam retruſi, tunc Arces Publicæ occupatæ: tunc circumnauigatus orbis, tum Oriens, Occidenſque apertus, victus, triumphatus. Quot bella feliciter geſta! Quot expeditiones terrâ, marique cõfectæ! Quot ſubacta regna! Quot gentes ſubiugatæ! Quot & quantæ opes collectæ! Quot Palmæ acquiſitæ! Quot Trophæa erecta! Quot Triumphi acti! Luſitaniâ Hiſpaniæ coniunctâ, quid quæſo magnificè domi ad Rempublicam? quid præclarè foris ad gloriam, vel ſuſceptum vel patratum? Cùm putabant Hiſpani nouâ acceſſione vitium ingentes opes fore: illa mole ſuâ laborare, nutare, ruere cæpit, nec ſua explicare domi conſilia, nec foris vires exetere: ſiue turbante ſe ac impediente rerum copiâ, ſiue æmulatione ſublatâ virtute remittente: ſiue creſcente ex inuidia hoſtium vi, eamque magnitudine ſuâ obrutam acriter impellente. Certè niſi hac ratione Deus Luſitaniâ ſibi redditâ, Regique ſuo

reſtitutâ ingruenti malo prouidiſſet, ingentem Machina illa Regnorum ruinam traheret, quam & amicorum dolor, & hoſtium plauſus ſequeretur.

Tandem Luſitaniam animo complectatur. Gentis noſtræ tum Religionem, tum Pietatem, tum rectè domi, tum ſtrenuè foris geſta conſideret, comperiet: dignum fuiſſe Regnum, quod Deus inſtitutum intueretur, confirmatum foueret, propagatum protegeret, afflictum recrearet, oppreſſum aſſereret, amiſſum reſtitueret, mortuum ſuſcitaret. Regem noſtrum Promiſſum Ioannem IV. non ſine diuino numine, iure nixum, ducēte iuſtitia, trahente amore, communi conſenſu, publicâ gratulatione, omnium votis, ac ſuffragijs ad ſolium euectum, in quod Deus ipſe receperat in attenuata ſexta eum generatione reponendum, conſideret. Hunc igitur, omnium Regum ante ſe Auorum quotum ſanguinis, Religionis, pietatis, ſplendoris, magnificentiæ, iuſtitiæ, clementiæ iuſtus ac legitimus hæres eſt, omnes animi & corporis virtutes, non fictis adumbratas, ſed veris expreſſas coloribus referentem, colat, ſuſpiciat, veneretur.

Hâc, quam ille inſiſtir, viâ, Priſci illi Reges Heroës noſtri ad ſolium ierunt. Eam ego eorum adductis clariſſimis virtutum exemplis patefeci. Affectu non minore, atque maiore, opinor, pietate: nollem enim vti aliàs dixi, Reges ijs artibus Regnum ſtabilire, quibus illud euertitur: iniuriâ, crudelitate, impietate. Cæterùm officio meo, vt potui ſatis feci. Calumnias propoſui, expendi, refutaui, ſi acriùs, dandum, eſt aliquid dolori, & Amori in patriam condonandum, cum Author præſertim & primus laceſſiuerit, & nimis acerbè pupugerit. Itaque niſi par pari referrem, remiſſius agere, quàm res poſtulabat, viderer. Laudaui inſtituta, mores, geſta Luſitanæ gentis, collegi variarum virtutum exempla, quæ hoſti opponerem; occaſionem nullam prætermiſi, vel defendendæ Patriæ, vel illuſtrandæ. At intra terminos, quos calumniæ deſcripſerāt, me continui; ne viderer, aut ambitioſè multa conquirere, aut importunè quædam obtrudere, aut præpoſterè aliqua collocare. Quòd ſi ego officio Patriæ debito minùs reſpondi, quam vel debui, vel potui: culpandus certè non ſum, cum nec Patriæ æquari merita poſſint, nec reprehendēdus ſit quiſquā quòd vltra quàm vires ferant, progredi laborando non valuit: ſatiſq; faciat officio ſuo ille, qui cùm quod debeat norit, omni conatur ſtudio ſatisfacere. Illud conſtiterit: nec ſtudium, nec laborem defuiſſe. Erunt alij, qui & elegantiùs, & eruditiùs, quibus hac parte conceſſerim, ſcribant, nego tamen fore qui amantiùs & laborioſiùs. Ita enim patriam diligo, vt cùm à multis ingenio, & ſcientiâ vinci non admodum ægrè feram, à nemine tamen Amore in Patriam & ſtudio patiar ſuperari: nec tamen ſum ex ijs, qui aut magnis inuitati præmijs, aut amplis remunerati honoribus, vel ſpem aluerunt, vel merita coronarunt. Dabo tamen hanc operam, vt appareat, me non mercedis cupiditate, ſed amoris affectu, omnia quæ Patriæ debentur, officia, multis, & magnis teſtata ſignificationibus præſtitiſſe.

Nunc ego te ſupreme rerum omnium Conditor; teque Virgo Sanctiſ-

ſima Dei mater, voſque omnes cælites precor, & obteſtor: vt Sereniſſimum Regem Noſtrum Ioannem IV. Promiſſum, ſaluum, & incolumem in annos plurimos eſſe velitis, iubeatis, vt viuat ille, vt valeat, ex cuius vita ſalus, ex cuius valetudine felicitas Regni Luſitanici pendet, & magna ex parte Fidei Catholicæ defenſio, & propagatio. Videat ille florentem domi Rempublicam, dilatatum foris imperium, victos æmulos, hoſtes debellatos, domitam Africam, ſuperatam Aſiam, Americam ſubiugatam: comprimat armis hæreticos rebelles, compeſcat Mauros feroces, refrenet Turcas inſolētes: reprimat arrogantiam, cohibeat furorem, contundat faſtum gentium barbararum: inferat vexilla Catholica in remotiſſimos orbis terrarum angulos: Trophæa vbique gentium in altiſſimis montium iugis conſtituat, totam Oceani vaſtitatem, immenſam terrarum longitudinem, laureatis claſſibus, & copijs peruagetur.

Hoc igitur meum, quantulumcumque eſt opus, Ioanni IV. Regi Promiſſo, Luſitanico, Punico, Africo, Æthiopico, Indico, Americo, Atlantico, Oceanico, Perſico, Arabico, Erythræo, Tapobranico, Cherſoneſſico, Sinico, Iaponico, Inſularum, tum Occidentis, tum Orientis, Emporiorum, Commercij vltrò citròque Domino, Orthodoxæ Fidei Propugnatori, Aſſertori, Amplificatori Maximo, Pontificiæ Sedis Cultori, Vindici, Defenſori Fortiſſimo: Hereticæ Perfidiæ, Turcicæ inſolentiæ, Barbaræ ſuperſtitionis, Euerſori acerrimo: Publicæ Honeſtatis, Fidei, Pacis, Seruatori ſtudioſiſſimo: Iuſti & Æqui Arbitro rectiſſimo: In Deum ſuperoſque Religioſiſſimo: erga ciues, clienteſque Patri optimo: Dicatum Conſecratumque, mei, & officij, & obſequij monumentum relinquo.

Finis primæ Partis Luſitanæ.

PROPVGNACVLI
PARS SECVNDA
GALLICA:
IN QVÆSTIONES ET CAPITA DIVISA.
QVÆSTIO PRIMA.
De Origine Francorum, tùm populi, tùm Regum:

CAPVT PRIMVM.
Vtrum à Troianis Franci oriundi, & cur eo nomine appellati.

SI cui populo licuit ſua primordia decora facere, illum certè Francorum fuiſſe, tum eius antiquitas, tum ſplendor, & amplitudo, tum domi, foriſque præclarè geſta demonſtrant. Nam vti à nobiliſſimis fontibus amnes celeberrimos originem trahere conjicimus, ita & clariſſimarum gentium illuſtriſſima eſſe exordia arbitramur. Vnde non tam venia antiquitati danda, quàm poteſtas facienda, vt auguſtiſſima Francicæ genti primordia aſſignaret. Ac fuit ſanè cùm mihi externo in Francicos authores incidenti, timor à quibuſdam incuſſus, ne tam de Francorum origine magnificè iudicarem, quòd eam potiùs ſpecioſis quibuſdam fabulis inuolutam, quàm veris rerum principijs nixam iactarent. Sèd poſteà cùm aperto hiſtoriarum aditu intrò me darem, & propiùs ad monumenta geſtarum à Francica gente rerum accederem, & eruditis iam oculis omnia clariùs circumſpicerem, authorumque præſidia haberem, quæ me à temerè opinandi nota defenderent, timore in Religionem verſo, quam de glorioſo gentis exordio exiſtimationem ceperam, confirmaui, nec licuit ſilentij tenebris inuoluere, quod luce publicâ dignum videbatur. Itaque à Troianis Francos originem ſuam ducere nihil ambigo. Nec eo deterreor argumento, quòd vel quâ ratione, vel quo authore in Germaniam Franci à Troia venerint, minùs conſtat; nam multa ſunt, quorum cùm authores & initia lateant, tamen

Liuius D.3, l.1.

Iacob, Iſac. Pontan. Bodinus. Becanus. Turnebus. Hornanus.

origines conſiſtant. Cùm præſertim, quæ dubitando argumenta procedunt, vix ea ſatis refutent, quæ affirmando inualuerunt. Nam is qui aſſeruit, non temere videtur rem alioquin arduam, & creditu difficilem inuexiſſe; quòd ſi ea huiuſmodi eſſe contigit, oportuit initio concidere, vel decurſu temporis infirmari. Sed illa celebris de Troiana Francorum

Liuius l 1.

origine ſententia, non obſcura, & ſuâ nouitate timida, ſed perſpicua & authorum aſſenſu, & temporis diuturnitate firmata: cùm exordium decens, tum progreſſus certos & conſtantes habuit. Iam verò quod aiunt, ex Liuio: Troiâ captâ, Æneâ & Antenore excepto, in cæteros ſæuitum eſſe Troianos, vti admito, ita nego eos tantùm liberos ab eo incendio euaſiſſe: nam Liuius ipſe tradit hos duos à Græcis ſponte dimiſſos, atque adeò poteſtatem iis abeundi factam, quòd nollent cum cæteris, ob aliqua, quæ certè dubia ſunt, merita perire. Et quidem mentem ſatis ſuam explicauit Liuius cùm dixit: *Et vetuſti iure hoſpitii, & quia pacis, reddendæque Helenæ ſemper authores fuerant, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe.*

Idem ibidem.

Quare locus aliis euadendi non tollitur, cùm ſibi quiſque, vti fit in excidiis, & prælis, conſulere debuiſſet; nec ſit credendum nullum clàm præter illos duos, quibus palàm, & per Græcos licuit, fugere potuiſſe. Quòd ſi conari aliquis potuit, is ſanè maximè eſſe debuit ex Regia Priami ſtirpe; ne in illo fatali cum patria incendio, tota periret. An verò is Hectoris filius fuerit? vti non audeo affirmare: ita negare non pergam: cum legam Hectori non ſolum Aſtianactam vt vulgus exiſtimat, quem occiſum conſtat, ſed etiam Laomedontem, Dicti Cretenſi authore filium fuiſſe. Cur ergo aut hic non euaderet, aut alius qui euaderet eſſe non poſſet? Cùm non deſit vetus auctor & grauis, qui tradat Turcum Troili filium ex illo excidio elapſum Turcarum gentis authorem extitiſſe. Igitur à Troianis Francos oriundos eſſe affirmo, cum videam magno id conſenſu ab Antiquiſſimis ſcriptoribus tradi, & à nobiliſſimis recentioris memoriæ hiſtoricis probari.

Vide P. Petr. Pal. à S. Romualdo in ſuo Chr.

Nec vereor aliquorum notam ſubire, qui intemperantiùs in hanc ſententiam inuecti, acerbis eius authores conuitiis impetunt. Quorum certè vnus eſt, grauis alioquin & elegans ſcriptor Ioannes Iſacius Pontanus: cuius hîc ego ſupercilium ferre non poſſum. Malo Adoni Archiepiſcopo Viennenſi; Vrſpergenſi Abbati, Aimonio, Æneæ Syluio, Paulo Æmilio, Roberto Gaguigno, Dominis du Bellay, ac ſancto Iuliano: vt omittam Manethonem, & Ammianum, Hunebaldum, & vetuſtiſſimum Chronicon, cui omninò aſſentiendum iudicat Petrus à Sancto Romualdo idoneus Chronologiæ vniuerſalis author, qui ſubſcribit, alioſque non paucos, nec obſcuri nominis hiſtoricos numerare.

Adde plures apud Iſac. Pontanum.

P. Petr. à ſancto Romualdo.

Fueritne verò iſte Francus, an Francio gentis author Troianus dictus? non auſim, quemadmodum nec vtrum Priami, an Hectoris filius? definire; cùm videam antiquiſſimo in Chronico, Priami, in aliis authoribus Hectoris filium tradi. Id aſſumo: Troianum eum principem extitiſſe. Placetque cum Paulo Æmilio ſentire, qui proponit ſententiam, quin examiner, quiſnam ille Francio princeps fuerit. Ac vt ne rem ſola munitam authoritate videar reliquiſſe: momenta quædam adiicio, quæ pon-

Abbas Vrſper.

Paulus Æm. Chron. apud Romualdum Æmilius.

dus ſententiæ afferant. Primum quòd à Gallis expeditiones in Græciam ſuſceptæ: perinde quaſi vellent maiorum ſuorum iniurias, domitâ & euerſâ inimiciſſimâ regione vlciſci. Quo & animo in Græcos pugnaſſe Romanos, in Anchiſis vaticinio Virgilius tradidit: cùm de Mummio. Guaguinus. Æmilius.

Ille triumphatâ, Capitolia ad alta Corintho,
Victor aget currum, cæſis inſignis Achiuis: Virg. 6 Æn.
Eruet ille Argos, Agamemnoniaſque Mycenas
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.

Cùm præſertim à Gallis non ſubactas modò illas Prouincias, ſed ſuo donatas nomine compertum, quòd vellent deletæ omninò à Græcis Troiæ nomen, inducto etiam Græciæ nomine compenſare, vel ſaltem vt nepotum nomen Græcis impoſitum, iugum quoque Troianum acceptum teſtaretur. Alterum eſto, quòd in Proſperi Chronico Pithoeano inter alia Regum nomina, Priami nomen inuenitur, quod certè ſignum eſt, eò aliquem poſterorum reſpicere voluiſſe: nec quòd in Ammiano Priarius ſit, momentum eludit, cùm Proſperi authoritati Pithoeanum illud Chronicon, ſatis idoneum ſuffragetur. Deinde, vt Priarius ab Ammiano nominetur; non conſtat, an idem omninò Rex, an alius à Priamo Proſperiano fuerit, cùm duo, alter Priamus, alter Priarius eſſe potuerint. Quid? quòd Abbas Vrſpergenſis Priamum, & Antenorem inter Franciciæ gentis Principes numerat? & mox Priami Regis meminit? nonne Proſpero & Chronico calculum adijcit, & nobis omnino ſuffragatur? Tertiùm: eo meam ſententiam munio argumento, quòd Romani domitâ ex parte Germaniâ, Sicambrorum, qui ex Francis erant, auxilijs aduerſus hoſtes libentiùs vtebantur, quaſi putarent, quibus cum erat conſanguinitatis, in ijs firmius & ſocietatis & fidei vinculum eſſe futurum. Hinc illa ſatis celebrata Sicambrorum apud Tacitum legio, quam Romanus promptam ad pericula, nec minùs cantuum, ac armorum tumultu trucem haud procul inſtruxerat. Vltimum adiecero: Saliorum commune nomen Romanis, & Francis fuiſſe, eoque nos moneri inter vtramque nationem maiorem aliquam neceſſitudinem, quàm inter alias ob Troianam originem interceſſiſſe. Pontano ſuccenſeo: quòd leuibus nixus inſolentis ingenij coniecturis, huiuſmodi ſententiæ grauem notam inurat. Ac illud, quod ait, neminem veterum Poëtarum qui è Troiæ excidio claberetur præter duos Antenorem, & Æneam, alium nominare, exemplo Virgilij refuto, à quo Helenus Priami filius dicitur in Epiro regnaſſe euerſâ Troiâ. D Proſper. in Chron. Ammian. Marc. Abbas Vrſperg. Tacit lib. 4. Ann. Pont lib. 2.

Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamidem Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, ſceptriſque potitum. Virg 3. Aen.

Et infrà:

Morte Neoptolemi, regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Troiano à Chaone dixit.

Sanè omnia argumenta tum eius, tum aliorum inde ſunt ducta quòd nouum hoc, & inſolens eis, ac præter authoritatem idoneam videtur; vn-

de non aliter ſtatutam à nobis ſententiam, quàm admirationibus, exclamationibus, dicterijs impugnant. *En res egregias! Quis admodum mirabitur? Quis vnquam meminit? Quis reperit in hiſtoriis?* Hinc concludit fabulam eſſe confictam à Sciolis, ex quo hæc ego deduxi Pontanus; hâc certè ratione multa, quæ aut firmâ traditione, aut conſtanti authoritate certa putantur, planè conuellentur. Quid enim quæſo, modò ſit antiquum & paulò à noſtri ſæculi memoria remotius, inconcuſſum manebit? Si alijs populis minus certè nobilibus, vel Scandinauis, vel Scythis, per authores licuit, Francis initia dare, cur ea Troiani ponere non potuerint, non video, cùm præſertim in Francica Genealogia etiã Anchiſis nomina reperiãtur. Vt fides huic opinioni abrogaretur, oportebat aliquod monumẽtum antiquitatis afferre, quo illa confutata corrueret. Quare iure optimo mihi vendico; quemadmodum aiunt illam recenti authoritate non potuiſſe firmari, ita neque eidem conuinci falſitatis potuiſſe. Si quòd non id probet vetuſtas credere nolunt, nec nos, niſi ea refutet, negare audemus. Iraque hac argumentandi ratione pares hoſtibus ſumus: eò ſuperiores, quòd affirmantibus rem eſſe, potiùs eſt credendum, quàm negantibus, cum non facilè auſit quiſquam figmenta inducere: quare qui rem affirmat, opus eſt ei aliquo ducatur argumento, vt adſtruat, non ei eſt opus qui negat. Quòd ſi authoritate pugnandum, multò nobis & plures, & grauiores authores adſtipulantur. Qui diſſentiunt, ijs certè nihil conuenit, alijs aliò abeũtibus, nec vni certæ opinioni adhærẽtibus. Ego qui externus ſum, facio ne objici poſſit, ſtudio gẽtis meæ, vt ſpecioſiora primordia tribuerem, iſta decora finxiſſe. Certè diu mecũ ab ipſa penè pueritia de huiuſmodi Francorum origine ſollicitus, ſciendi gratiâ multa inueſtigaui, & fateor non pauca ſemper, quæ me in hanc ſententiam ducerent, inueniſſe.

Iſac. Ponta. lib. 1.

Vide Vu l. phang. & Becanum.

Vide Gregor. Tur. & Sigebert.

De Ethymo non minor controuerſia, minori tamen mihi impendio finienda. Ac primùm non exiſtimo à Franco, ſiue Francione eſto eorum Princeps fuerit, dictos Francos: cùm ſi eo primùm nomine dicerentur, illud aut non amitterent, aut non mutarent, ſed illud ſemper tanquam nobile retinerent: conſtat verò eo non antè Auguſti tempora appellatos: & anteà cum Germanis, vti regionibus, ita & nominibus eſſe coniunctos. Itaque anteà partim Chauci, partim Chamaui, partim Salij, partim Zutpheni, præcipuè Sicambri vocati. Quare non pauci eorum qui authores ſunt à Troianis originem Francos ducere, ab ijs nomen ſumpſiſſe negant, in quibus Ado, & Gregorius, & Abbas, & Godefridus, & Sigebertus. Quidam cum Iſacio Pontano putant à Franceſca, armorum genere Francos dictos. Id præterquàm quod leue, ideò minùs placet, quòd magis videtur veri ſimile vt à Francis Franceſca, quàm contra à Franceſca Franci dicerentur, cum & æquius ſit homines armis, quàm arma hominibus nomen dediſſe, & minùs ſimplex vocabulum Francus quàm Franceſca videatur. Mihi ſatis à libero gentis ingenio, excelſa indole, magno animo, liberali iure, ac ſplendida viuendi ratione Francos appellatos: nam populari illius Germanicæ nationis linguâ Francus liberum, & immunem ſignificat, quemadmodum Sabellicus, & Krantzius,

Ita Iſac. Pontan. lib. 2. & 3.

Iſac. Pontan. l. 5. 1.

Valeſ. lib. 1.

zius, & Auentinus, & Zurita obſeruarunt. Huius ſententiæ præcipuus author eſt Hotomanus, cui idcirco libentiùs ſubſcribo, quod in Turpino reperio Francum pro libero vſurpari. Hùc accedunt alij qui paruo admodum flexu, à noſtra ſententia declinant, vti eſt Adrianus Iunius Hornanus, qui ab immunitate vectigalium, & Goropius Becanus, qui à luxuriantis ingenij libertate dictos exiſtimant. Certè id quoque confirmat, quòd iam à Francis deductum vocabulum Franciſia ſplêdidum quiddam ac immune, & liberum, ac liberale ſignificat: vnde quemadmodum à Francorum nomine ad nos Franciſia ex ingenio gentis deuenit, ita & ab ea nomen eis inditum apparet. Id autem quoniam magnoperè illuſtratur Conſtantini magni teſtimonio, celebri conſtitutione contento, operæ pretium hîc afferre duxerim, vti apud Curopalatem inuenitur. *Vetamus ſucceſſoribus noſtris, externis connubio iungi, præterquam Francis: nam hi verè nobis Franci, nobiles ac generoſi videntur.* Quæ lex tanquam ſacra in D. Sophiæ, inciſa Tabulæ, ſeruata, eamque Conſtantinus Porphyrogenitus Leonis filius, morti proximus, obſeruari ſeriò, ſeueréque imperauit. Quid hic in mentem venerit Valeſio, vt huiuſmodi teſtimonij fidem eleuaret, certè ignoro, puto tamen, aut ei aſſentiri, aut non tam leui coniectura refragari debuiſſe.

Hotoman. in Franc. Gal. cap 5. — Horn. c. 9. — Dat pag 73. Apud Bar. & Spond & petr. Rouald. — Valeſ.

Quòd verò multi, nobileſque authores tradunt ob feritatem, vel ferocitatem Francos à Valentiniano primùm Auguſto nuncupatos; placere mihi non poteſt, tum quòd alienior ſit Ethymologiæ deductio; tum quod ante Valentinianum conſtat eo iam nomine Francos appellatos. Nam ſi minùs, ante Auguſtum, & apud Tullium: Galieno certè Imperatore, Francos, apud Trebellium Pollionem accepimus, honeſta nempè inducti nominis occaſione, cùm Francica auxilia, ob egregiam gentis virtutem accita legamus, vt militari ingenio nomen ſuffragaretur. Igitur ſic Pollio: *Contra Poſthumum Galienus bellum incepit, & cum multis auxiliis Poſthumus iuuaretur Celticis, ac Francicis, in bellum cum Victorino proceſſit.* Accedit, Diuum Hieronymum, qui Valentiniani tempora & præceſſit, & æquauit, & ſecutus eſt, Franciæ ita meminiſſe, vt celebre nomen illud, etſi recens, ſignificaret.

Vide pontan. — Trebellius Pollio. — D. Hieron. in vita Hilar.

CAPVT SECVNDVM.

Quæ Francorum Sedes: qui populi, quando noſcitari cœperint?

CVm vel ante Auguſtũ, vel ante Galienũ Franci dicti non ſint, nec eo nomine, vbinam gentium fuerint, inueſtigari poſſit: aliâ oportet ratione inquirere. Ea erit cùm ex inſpectu chartarum veterum, tum ex idoneis authorum locis conflata. Igitur ſedes habuiſſe Francos, in ea ſcilicet parte Germaniæ magnæ quæ Occidua dicitur, circa Rheni exitum, antequam Oceano ſe committat, mihi ſanè compertum. Patet ex itinerariâ chartâ ſub Conſtantino, aut eo circiter tempore delineatâ, in qua verſus oſtium Boreale Rheni hæ gentes

locantur: *Chauci*, *Amſiuarii*, *Chamaui*, *qui & Franci* ijſque inſcribitur Francia, quaſi ea Regio, quam incolebant, eo nomine definiretur. Rem perſpicuam reddidit ſuâ authoritate Hieronymus, dum

D. Hieron. in vita H lat. ait: *Inter Saxones, & Alemanos, gens non tam lata quàm valida; apud Hiſtoricos Germania, imo Francia vocatur*: Quo loco docet in Germania, ſed

Procopius. Occidua Francos habitaſſe. Firmatur Procopij teſtimonio ſententia. *Rhodanus*, inquit, *in mare Tyrrhenum; Rhenus in Oceanum immittitur. Paludes hiſce in locis non paucæ, vbi primitùs Germani gens barbara habitabant, nec magni tum*

Agathias. *primum momenti viri, qui Franci nunc vocitantur.* Iuuat Agathias; *Franci olim dicti Germani: nam circa Rhenum fluuium habitant, & continentem ei*

Auſonius. *adiacentem occupant.* Magnum in Auſonio eſt momenti, cum Moſellam alloquutus,

> *Accedent vires quas Francia, quaſque Chamauus,*
> *Germanique tremant, tum verus habebere limes,*

Significat fore, vt ab ea parte, aucto, ſcilicet ex Moſellæ acceſſione Rheni vado, minimè ſit à Francis, qui è regione habitabant, timendum, quòd non ijs per aluei profunditatem liceret in alteram ripam tranſire.

Pontan. l b 1. cap. vlt. Item illi Rhenenſes dicti, vt ex Hollandico veſtutiſſimo Chronico Pontanus deducit. Imò & Rhenos appellatos conſtat ex Perſio.

Perſ. Sat. 6.

> *Miſſa eſt à Cæſare laurus*
> *Inſignem ob cladem germanæ pubis, & aris*
> *Frigidus excutitur cinis, & iam poſtibus arma,*
> *Iam chlamydes Regum, iam lutea gauſapa captis*
> *Eſſedaque, ingenteſque locat Cæſonia Rhenos.*

Steph. Quo item vocabulo à Stephano Græco authore nominantur Ῥῆνοι ἔθνος παροικοῦν τῷ Ῥήνῳ. Rheni gens fluuio Rheno accolens.

Quare cum Germania tota diuideretur à probatis authoribus in tres partes, Occiduam, Orientalem, Meridionalem, vt eam Strabo, &

Strabo. Tacitus ſecant; in Occidua Franci habitabant, Orientalem, quæ Bo-

Tacit. ream quoque ſpectat, Saxones colebant: Alemani, quos & Plinius Hermones nominat Meridionalem tenebant, ita vt à tergo Saxones, à la-

Plini. Oroſius tere Alemani Francos clauderent. Occupaſſe autem diuerſam à Francis Saxones regionem, docet nos Paulus Oroſius: Saxones tradens erumpentes in Romanos, in ipſis Francorum terris oppreſſos à Valentiniano. Alemanos quoque diuerſos, ac diſſitos à Francis regione eſſe, ex

Ammian. Pontan. Ammiano, & Panegyriſta Maximiliani docet nos latè Iſacius Pontanus, qui rem hanc totam accuratiſſimè inſpexit. Ne quem verò conturbet illa celebris Francorum in Ortiuos, & Occiduos diuiſio: nam non modo quî inter ſe, ſed quomodo ab aliis Germaniæ populis diſtinguantur Franci, inueſtigamus. Atque vt limites ijs Francorum

B. Rhenan. Abraham. Ortel. populis aſſignemus, à Beato Rhenano primùm, deinde ab Abrahamo Ortelio chartam Pentingerianam, ſeu Victorianam oblatam ſumamus, vt in ea definitam Francorum in Germania veterum di-

tionem inueniamus. In hac ergo ab oſtijs Rheni à parte Germaniæ magnæ occiduæ coloniam vſque Agrippinam ſecundùm Rhenum lineâ deſignatum inſcribitur *Francia* : verſus autem Rheni oſtia ad Borealem Oceanum illa inſcriptio , *Chamaui , qui & Franci*: Item *Chauci*, *Rapluarij* , *Chrepſtini* quo velut Augurali lituo Francica regio definitur. Qui tamen exactiùs delineare velit , ſciat is terminos habuiſſe ab Oriente Toringiam, & Saxoniam ad Viſurgim: ab Occidente Gallias, Rhenumque: à Septentrione Germanicum Oceanum : A Meridie Alemaniam & Sueuiam : ac quicquid terrarum intra hos limites patebat , Franciam vocari.

Quos populos illa Regio comprehenderit, non admodum expeditum eſt ſcire: ſubductis tamen rationibus, comperio Rhenum Attuarios, Bructeros, Chamauos , ac Salios habitaſſe: Ad Oceanum Friſios, & Caucos deflexiſſe: Infima & Mediterranea Amſiuariòs, Cattos , Sicambros que quod præcipuum Francicæ genti nomen, coluiſſe. Et quidem Attuarij ſunt ij, quos Strabo Cattuarios; Ptolomæus Chaſuarios, Annales Caroli Ducis Hattuarios , & Hattoarios: Velleius vero Paterculus Attuarios vocat. Atque adeò ab Amſiuarijs diſtincti , cum hi à mari diſſiti , illi propinqui eſſent. Francos eos, ac Rheni oſtia tenuiſſe, conſtat ex Ammiano Marcellino libro vigeſimo , vbi narrat à Iuliano Cæſare bello petitos, ac oppreſſos: & ſub iugum datis legibus miſſos : quorum poſtea Dani oppidum Attuaricis vaſtarunt, vti vetus author Francicæ hiſtoriæ memoriæ prodidit. De Bructeris, & in Francia , & ad Rhenum habitaſſe compertum loco Alexandri de Arbogaſte ſcribens : *Coloniam Agrippinam ingenti agmine petiit , ratus omnes Franciæ receſſus penetrandos vrendoſque , cum decuſsis arborum folijs nudæ , atque arentes ſyluæ inſidiantes occulere non poſſent. Collecto ergo exercitu tranſgreſſus Rhenum Bructeros ripæ proximos , pagum etiam quem Chamaui incolunt depopulatus eſt.* Eos maiores & minores agnoſcit Ptolomæus: eoſdem à Druſo nauali prælio victos commemorat Strabo. Quin & refert Suetonius, parum abfuiſſe, quin Tiberius à Proculeio quodam occiſus fuiſſet. De Chamauis, qui finitimi alijs, & cum ijs apud Authores nexi ſcribendo eſſe ſolent , Francorum eſſe , & quidem celebrem gentem prodit Cornelius Tacitus : Sulpitius, Alexander , Euagrius , Petrus , & Tabula Theodoſiana , alijque complures tradunt , nec minùs inferiorem Rheni ripam coluiſſe. De his Pentingeri tabula. *Chamaui qui & Franci.* Ac Gregorius Turonenſis de Arbogaſte. *Tranſgreſſus eſt Rhenum : Bructeros ripæ proximos , pagumque etiam quem Chamaui incolunt , depopulatus eſt.* De Salijs notior res eſt, quàm vt probetur, cùm præſertim conterminos eos eſſe Chamauis , & Ammianus Marcellinus, & multi alij authores ſcribant. Et ij ſanè inter Francorum gentes ab Eumenio, & Alexandro Chamauis finitimas numerantur : eoſque ceu vicinos & amicos Iulianus Auguſtus, eodem bello eſt perſecutus. De ijs poſtea ad legem Salicam ſermo redibit. De Friſijs, quòd ad Oceani littora ſedes, ſed in Francia tamen habuerint , id certè monſtrandum : & quidem

Vide Pontan & Valeſium.

Strabo.

Ammian lib. 20.

Lib. 7. Georg

Gregor. Turonenſ.

Infra qu. 2. Ammian.

Eumen. in Paneg. ad Conſ.

Aleſand. lib. 4.

Valeſius lib. 6. miror doctiſſimum virum Valeſium cum Friſijs eam regionem aſſignaſſet, ita poſtea de ijs loquutum, vt vix inter Francos numeret, nec apud eum conſtet vbi in Francia habitarint. Nam primùm ait, eos diù Francis

Idem lib. 7. paruiſſe, deinde à Saxonibus ſubactos, plurimos in Barauiam tranſiſſe. Deinde alibi ita eos cum Brittonibus coniungit, vt cùm anteà Saxonibus penè miſcuiſſet, non modò Francos non fecerit, ſed à Francis penè diuiſerit. Igitur quod apud ipſum non multùm conſtat, ex Iſacio

Pontanus. Valeſius in Prol. Pontano ſumemus, quem ille tamen non admodum Francicarum rerum gnarum fuiſſe tradit. Mihi certè aliud viſum, nec enim Authorum luminibus velim officere. Ex eo loco Taciti adducto rem confirmo: *A*

Tacitus in Germania. *fronte Friſii excipiunt; maioribus minoribuſque Friſiis vocabulum eſt, ex modo virium: vtræque nationes vſque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immanes inſuper lacus, & Romanis claſſibus nauigatos.* Alibi eos tranſrhenanos appel-

In Annal. lib. lat, vt cum trãs Rhenum habitare dicat, Francos notet; cum circa Oceanum, Friſios ſignificet. Plinius in Rheno cum Friſiabonibus locat minores Friſios, trans Rhenum maiores conſtituit: vbi obiter animaduer-

Lib 4 c. 15. Strabo. Iul. Cæſar. to Friſios eo nomine olim cognitos minùs fuiſſe, cum nec apud Strabonem, nec Cæſarem vlla Friſiorum mentio fiat. Cuius nominis gloriam elucere Tiberio principe Apronij clade cæpiſſe Tacitus refert. De

Tacit lib. 4 Annal. Iul. Capitol. Eumen. in paneg ad Conſtant. quibus in Clodio Albino Capitolinus, & in Conſtantio Eumenius, tanquam de Francis, meminerunt. Eoſque Eumenius cum Chamauis cenſendo coniunxit: cur ante & poſteà Eumenius inter Francicas gentes numeret incertum: vt cumque ſit, conſtat maritimam eos ab Rheno, ſeu Iſalâ Oceani oram prætexuiſſe.

Chauci Friſiis ſucedebant: littus Oceani ab Amaſi ad Albim vſque

Plinius. Tacitus. occupabant, Ptolomæo minores dicti qui intra Amaſim, & Viſurgim erant: Maiores qui inde ad Albim excurrebant. Nec Plinius, Tacituſque diſſentiunt. Carta Itineraria Conſtantini, Caucos primùm, quod à

Lib. 16. c. 1. mari in Mediterranea pergat, nominauit. Plinius viſos à ſe in vadis ferè Oceani Caucos memorat. Cayci modica deflexione litterulæ Poëtis appellati.

Lucanus. Lucano:

Et vos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppoſiti, petitis Romam, Rhenique feroces,
Deſeriitis ripas.

Claudianus. Et Claudiano:

Tum fortè decorus
Cum Stilicone gener, pacem implorantibus vltrò
Germanis reſponſa dabat, legeſque Caycis:
Arduus, & flauis ſignabat iura Suenis.

Iterum eidem:

Et iam trans fluuium, non indignante Cayco,
Paſcat Belga pecus, mediumque ingreſſa per alueum
Gallica Francorum montes armenta pererren.

Vbi rectè Valeſius: *Rhenum Poeta vult intelligi, & Caucos, ſeu Caycos, nationem Germanam, gentibus Francorum annumerat.* Valeſius lib. 2.

Id Carmine obſeruat Scriuerius,

Francæ inuictæ armis, & fortibus ortæ Caycis, Scriuerius.
Ni tamen hos Caucos dicere fama volet.

Hæc de Caucis tum quoad ſedem, tum quoad nomen germana Pontani ſententia ab eo eſt eruditiſſimè confirmata. 1.a. Pont li. 16.

Amſiuarios celebrem Francorum fuiſſe gentem, ex multis monumentis à Pontano, & Valeſio, adductis patet. De quibus ita Ammianus: *Rheno tranſmiſſo regionem ſubitò peruaſit Francorum, quos Amſiuarios vocant.* De Iuliano loquitur, à quo & Salij impetiti: & Tacitus: *Eoſdem*, ideſt Friſios, *agros Amſiuarij occupauere*, *validior gens*: & Alexander cuius hæc ſunt verba. *Tranſgreſſus Rhenum Arbogaſtes Bructeros ripæ proximos, pagum etiam quem Chamaui incolunt, depopulatus eſt, nullo vſquam occurſante, niſi quòd pauci ex Amſiuariis & Gallis Marcomiro duce in vlterioribus collium iugis apparuere.* Ammia. li. 6. Tacit. 13. Ann. Sulp. Alex. ann. 391. l. 4.

Quem locum integrum Gregorius Turonenſis citat. Ex quo & eſſe Fráncos Amſiuarios & viciniora coluiſſe, quòd iuga montium vlteriora inſiterint, liquet. Iuuat Tacitus: *Parimetu exterritis Bructeris, & cæteris quoque aliena pericula deſerentibus, tota Anſibariorum gens retrò ad Vſipios, & Trebantes conceſſit.* Pondus addit Notitia Imperii, & Prouinciarum ita lib. 2. memoratis populis: *Batauiiuniores, Bructeri, & Amſiuarii*: vt à mari Amſiuarii recedant. Eos Vuolphangus Anſibarios vocat, ſed impropriè. Cum ii à Tacito, Ammiano, Sulpitio, Iulio, Honorio, Iſidoro Amſibarii, vel Anſiuarij, vel Anſibari appellentur, quemadmodum ante me Pontanus partim, partim Veleſius adnotarunt. Greg. Turonenſ. Tacitus. Notit. Imper. & Prouinc. l. 2. Pontan. Valeſius.

Cattos cum Francis cenſendos, eorumdem, quos ſuprà non ſemel citaui, authorum ſententia eſt, Pontani & Veleſij: conſtatque Sidonio Apollinari, nam poſtquam de Alemano, & Saxone ſubiungit: Pontan. Valeſius.

Cattumque paluſtri In Paneg.
Alligat Albis aqua.

Apud Tacitum id reperimus: *Proximi Cattis certum iam alueo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat, Reſipij & Teucterieolût.* Dio cis Viſurgim, ante Cheruſcos, circa Rhenum ad Meridiem locat: Sic enim lib. 54. *Druſus*, inquit, *caſtellum contra barbaros ad Lupiæ, & Miſonis fluminis confluentes aliudque in Cattis ad ipſum Rhenum extruxit.* Et libro quinquageſimo quinto: *Druſus poſtquam Cattorum fines ingreſſus eſſet, inde in Cheruſcos conuerſo itinere, Viſurgim tranſcendens, omnia populando ad Albim vſque peruenit.* Ptolomæus tamen Albi propiores Orientem verſus extendit. Sulpitio, Alexandro, Catti Anſiuarijs coniunguntur, quem locum proximè citauimus. Claudianus certè Sicambris, qui verè Franci, adnexuit. Tacitus. Dio. Idem. Ptolomæus Sulpit. Alex. Claudian.

Agmina quin etiam flauis obiecta Sicambris
Quæque doment Cattos, immanſuetoſque Cheruſcos,
Huc omnes vertere minas.

Ab omnibus inter Rhenum & Albim collocantur.

Sicambri & clariſſimi, & antiquiſſimi Francorum, imò & potentiſſimi

extiterunt; ſiue ij à Pannonia primùm à Troianis oriundi, vti credimus venerint, ſiue in ipſa Germania nati fuerint. De origine quæſtio fortaſſe: de gente, quòd nimirum ſit Francica, dubitatio eſſe non poteſt. Eorum vltra Rhenum meminit Cæſar. *Trans Rhenum*, inquit, *ad Germanos fama peruenit, diripi Eburones, atque omnes vltrò ad prædam euocari: coguntequitum vndecim millia Sicambri, qui ſunt proximi Rheno.* A quo deinde Vſipetes, ac Tencteros Sicambris ſe adiunxiſſe traditur. Iis pulchrum ſanè Strabo teſtimonium dedit. *Sicambros, & Cimbros omnium gentium, quæ inter Albin, & Rhenum degunt eſſe nobiliſſimos.* Iuxta Menapios idem in paluſtribus locat. *Menapii ex vtroque oſtiorum latere paludes incolunt: iuxta hos collocantur Sicambri Germani:* nec vana appoſitio eſt, nam Sicambrorum maximam partem in Galliam Auguſtus traduxerat: vnde idem: *Huius partis populos, Romani partim in Galliam traduxerunt, reliqui migrauerunt in penitiores Germaniæ partes, vt Marſi: & Sicambrorum exigua reſtat portio.* Sedes iis ad Oceanum aſſignat, cum Chamauis, Bructeris, Cimbris & Caucis, & aliis. Fidem Suetonius dictis faciat. *Germanos Auguſtus vltra Albim ſubmouit; ex quibus Vbios, & Sicambros dedentes ſe traduxit in Galliam.* Hi Sygambri à Tacito appellantur lib. Annalium Secundo, vbi dicit Sygambros in deditionem acceptos. Poëtæ Francos & Sicambros pene committunt, & indifferenter ponunt.

De bello Galli. 6. — Strabo. — Ibid. — Lib. 7. Sueton. In Auguſto. — Tacit.

Claudianus.

Claudianus.

Ante ducem noſtrum flauam ſparſere Sicambri
Cæſariem, paruoque orantes murmure Franci.

Idem, quos Panegyri ſecunda Francos, & Germanos dixerat, Sicambros in tertia appellat.

Illinc flauente Sicambri
Cæſarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.

Dixerat enim.

Qui mihi Germanos ſolus, Francoſque ſubegit,
Cur nondum legitur Faſtis?

Concinit Apollinaris.

Carm. ad Conſent. Narbon.

Tu Vicrum & Vacalim, Viſurgin, Albin,
Francorum & penitiſſimas paludes
Intraſti, venerantibus Sicambris
Solis moribus inter arma tutus.

Lib. 5. De quo id obſeruat Valeſius, Francos nunc Sicambros, nunc Cattos appellare, eoſque in ripa Rheni ponere.

Flauis in pocula fracte Sicambris
Rhene tumens.

Lib. 5. Additque Valeſius. *Francos Sidonius nunc Cattos, nunc Sicambros appellat, ſecutus veterem Iuuenalis Scholiaſtem, qui Cattos, & Sicambros gentes Germanorum, ſiue Francorum interpretatur.*

Lucanus. De iiſdem locutum Lucanum exiſtimat Pontanus, cum dixit.

Et vos crinigeros bellis arcere Caycos.

Claudian. Et Claudianum pro Francia Sicambriam poſuiſſe arbitratur.

Milites vt noſtris detonſa Sicambria ſignis.

Illud ego animaduerteram, Propertium nitidum vatem Straboni de Sicambrorum paluſtri ſede conſenſiſſe, dum ait,

Ille paludoſos memores ſeruire Sicambros.

Et Claudianum Cæſari iuxta Rhenum collocanti, eo carmine. Propertius.

Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeò miteſcere cogis,
Vt Salius iam rura colat, flexoſque Sicambri
In falcem vertant gladios.

Claudian.

Sicambrum ex Ingenio truci ac feroci Francum reddere, notat ex Horatio Pontanus. Horatius.

Te cæde gaudentes Sicambri
Compoſitis venerantur armis.

Certè Nazarius: *Franci*, inquit, *præter cæteros truces*; & Horatius feroces proponit Sicambros. Panegyr ad Conſtant.

Quandoque trahet feroces, Od 2.l.b,4.
Per ſacrum cliuum meritâ decorus
Fronde Sicambros.

Quid? quod Sidonius Franci habitum deſcribens, Sicambri ſenis perſonam inducit: Sidonius Apol. ad Lampridium.

Hic tonſo occipiti ſenex Sicamber Horat.
Poſtquam victus eſt, elicit retrorſum
Ceruicem ad veterem nouos capillos.

Vt & habitum animi, & corporis in Sicambro Francum deprehendas. Nuſquam verò meliùs cum dignitate apparet, Sicambrum germanè Francum eſſe, quàm in Remigij ad Clodoueum genuinum Francorum Regem ſententia, cùm ſacro fonte luſtrare vellet, quam narrato rei totius euentu hiſce verbis Gregorius Turonenſis proponit. *Rex prior poſcit ſe à Pontifice baptizari; cui ingreſſo ad Baptiſmum: Sanctus Dei ſic infit, ore facundo: Mitis depone colla Sicamber: adora quod incendiſti, incende quod adoraſti.* Quod & Trithemius narrat, & Pontanus, & Valeſius agnoſcunt. Addit nouum calculum Venantius Fortunatus, à quo Cherebertus item Francorum Rex Sicamber appellatur. Cum de hac quidem re conſtet, illud certè non liquet, vbi ſedes habuerint, nam quidam in maritimis, quidam in Mediterraneis, quidam ad Rhenum, ad Albim non pauci aſſignant. Author ſum: Sicambros cùm primi eſſent Franciæ populi, maiorem eius partem occupaſſe. Deinde cùm maiore vi, quàm cæteri pollerent, alios exegiſſe, ac in eorum ſedes tranſiuiſſe, tandem de ſuo nomine multas eius prouinciæ gentes appellaſſe: & quod ad ſolos Friſios Pontanus trahit, obſcuratos eos à Sicambris putans, ego ad alios quoque populos extenderim. Imò & hanc Auguſto cauſam fuiſſe puto, vt Sicambros è Germania in Galliam traduceret, ne reliquam occuparent. Atque adeo illos à Tacito & aliis authoribus *Germanos* antonomaſticôs, & καθ' ἐξοχὴν appellari.

Pontanus. Valeſius. Greg. Turon. Trithem. Romuald. Venant. Fortun. Iſac. Pontan. Tacitus.

Quo primûm tempore noſcitari Franci cæperint, ea vna ex intricatis, ac præcipuis quæſtio eſt. Aureo illo Ciceronis ſeculo notos: ex illius ad Atticum Epiſtola, in qua ſic *Redeo ad Thebaſſos, Scæuas, Frangonas,* Carolus

Carolus Molin to. 3. ad Edict. Henrici II.

Cicero ad Attic. Beat. Rhena. lib. 2. Rer German. Iſac Pontan. l. 2. Fran rer.

Molinæus vir doctiſſimus deducit: nec ei Authorum præſidia defuiſſe crediderim, quos ille ſibi ſuffragari etſi non citet, aſſeuerat. Sed eum multi cum Beato Rhenano, & Iacobo Iſacio Pontano acriter impugnát. Nec alij fauent, cum nemo fermè Gallorum, ante Valetianum, & Galienum, Francos inducere audeat. Itaque omnium hac in re conſenſus præiudicium quoddam eſt: Francorum gentem ſeculo illo Ciceronis ignotam omnino fuiſſe. Et verò duo ſunt argumenta quæ Molinæi menrem concutiant. Alterum: mirum his de populis Cæſaris ſilentium, qui cùm omnium primus Trans-Rhenanam Germaniam aperuiſſet, & non paucos eius populos recenſuiſſet, Francos minimè nominauit. Accedit, quòd nec Suetonius, nec Velleius, nec Tacitus agnouerunt. Quî ergo Tullius noſſe, & appellare potuit? Alterum: eum locum ad Atticum eſſe corruptum: nec de Ftàncis accipi poſſe. Nam nec Frangones, vnquam Ftanci dicti, nec cum iis vnquam gentibus numerati. Accedit: quod ipſemet Ciceto ſatis ſignificat, ſe de Francis loqui noluiſſe, quippe qui Epiſtolâ nonâ ptoximâ dixerat: *Balbus meliora de Galliâ. XXI. die litteras habebat, Germanos, illaſque nationes, re audita de Cæſare, Legatos miſiſſe ad Aurelium, qui eſt propoſitus ab Hircio, ſe quod imperatum eſſet, eſſe facturos.* Id quod de Germanis Tranrhenanis intelligi vix poſſit. Cùm, vti Rhenanus animaduertir, ea legatio à Secundæ Germaniæ, id eſt Belgii populis miſſa ſit, & de Legatis quidem conſtet, Iccium, & Antebrogium fuiſſe: notetque deinde Ponranus nihil abſcurdius fore, quàm cogirare Germanos vlteriores, mortuo Cæſare in Romanorum potestate ſponte ſuâ futuros, qui eo viuo eſſe noluerant. Quare non de iis, ſed de Belgis Tullij locum accipiendum.

Molinæus item tum de Monar. Francor. lib. 11. 67.

Cicero. ad Attic. lib. 2. 4 Epiſt. 9.

Pontanus.

Molinæus de Monar. Fran. Idem in com. ad edict Reg. Henrici II.

Mihi tamen, pace horum doctiſſimorum hominum, liceat aliter opinari, & Molinæo aſſentiri: arque hanc Francorum nomini gloriam quærere: quam nemini ſuſpectam fore, cum ſim peregrinus, exiſtimem. Ac id eò mihi fidentius vendico, quò ſum in Cicerone verſatior. Itaque retinenda eius lectio, & mens è lectione ſpectanda. Diu eſt, quòd huiuſmodi genus ſciolorum odi, qui paſſim Lectiones mutanr, & authorum veteta monumenta cortumpunt: vt ſuo ſeruire arbitrio cogant. Quo illi ſe ſanè aut minùs acutos, aut ſtudioſos, aut certè magis inſolentes oſtendunt: cùm aut nequeant retentâ lectione locum inrelligere, aut nolint plus operæ ad capiendum ſenſum ponere, aut ctedanr non poſſe aliis, quòd ipſos fugit, innoteſcere. Quæ licentia iam eò vſque peruaſit, vt & in Eccleſiaſticos quoque Authores, imo & in ipſa Diuinarum litterarum ſactaria manum temerè iniecerir. Quam ego ſeuerè in meo Auguſtino vindicato, citò in lucem edendo, & non ſine iuſtâ animi commotione caſtigo. Fateor ingenuè, multò me minus hiſce Lectionum corruptoribus eſſe doctum: ſed illud item affirmo ſæpe à me, quos ij, niſi mutato textu, intelligi poſſe locos negarant, eſſe illâ tetentâ intellectos. Nuperque accidiſſe conſtat, vt cùm ad me vir quidam erudititiſſimus hac opinione imbutus acceſſiſſet, iactaſſetque ſe plurimorum in Statio locorum ſenſum hac ratione mutatæ lectionis, & noue inuectæ inueniſſe, aliterque inrelligi poſſe negaſſet: ac ego contrà repugnaſſem, ac eorum

Vide Maldonat. in Luc. c. 1.

non

non paucos integrâ Lectione explicaturum recepiſſem: illeque me hoc nomine irriſiſſet, in eam contentionem ventum fuerit; in qua ego repentè quos obijciebat locos, & vitiatos omnino, atque adeo vacuos ſenſu affirmabat, inuiolato prorſus textu, & illo quod putabat, vitio retento multò quàm ipſe commodiùs explicarem. Cuius ego rei teſtem adhibeo ingenioſiſſimum ac eruditiſſimum virum Ducem Emmanuelem Fernandez Villareal, digniſſimum in Gallia Portugallenſium Conſulem ſui ius æui ſcriptorem politiſſimum; qui & mihi eſt explicanri aſſenſus, & idoneo rei totius euentum, ſi opus fuerit, teſtimonio confirmabit. Sed nos ad propoſitum reuertamur.

Sancta ſit igitur Ciceronis Lectio: ac in eâ iam tum ætate Francos fuiſſe conſtet. Ne textui vim faciam, monent probati authores, qui loco non mouent: leguntque *Frangones* imo & Nizolius, & Alexander Scotus *Francones*, quibus Lambinus conſentit *Francones* retinens. Cur igitur inducam, & reponam Vangionas cum Ponrano, cùm hic ſtarim nutet, & Phangones inferat, atque adeo lupum auribus, vti aiunt, teneat? Iam Rhenano aſſentiri non debeo, qui legationem Iccij, & Antebrogij ad Cæſarem miſſam, eo mortuo hic intrudit. Vt à Pontano, & aliis diſſentiam, facit, quòd vt ſuum ſenſum ſtatuanr, locum corrumpunt, cum præſertim apud Nizolium videam *Sueuos & Francones* legi. Putare autem; quod de Veteranis Cæſaris, Pompeii bona poſſidētibus ibi ſermo ſit: non admodum probabile crediderim: cum verba Ciceronis ſequentia non faueant. Sic enim Marcus. *Hos tu exiſtimas confidere ſe illa habituros ſtantibus nobis, in quibus plus virtutis putarunt, quàm experti ſunt?* Nam ex his conſtat, quæ habebant, ea probantibus, imo & donantibus Pompeianis (quorum erat Marcus) habere, ac deinceps eorum beneficio habituros. De quo tamen neceſſe erat dubitari, cum infirmæ anteâ fuiſſent Partes Pōpeianæ, atque adeo non multùm iis confidere poſſeſſores illi deberent. Vnde liquidò apparet ea bona Pompeij eſſe non potuiſſe: cum ea & à Cæſare donata, & contra voluntatem Amicorum Pompeij retinerentur, de quibus non erat putandum, vt ſtantibus Pompeij partibus, & fauentibus haberi poſſent, imo credendum, iis vigenribus haberi non poſse. Vnde ruit tota illa Pontanicæ Interpretationis ratio, in Dione & Plutarcho inaniter fabricata. Ciceronem ego ſic intelligo. Locutus epiſtola proxima de Germanorum ſtatu dixerat: Balboo referente, pacatos eſse & morigeros Populo Romano; ac in eorum fore poteſtate, qui Rempub. tenerēt: cuiuſmodi erat Hirtius. Deinde ſequentibus litteris dubitat an ij populi in fide ſint manſuri? Quòd Pompeianas partes Cæſarianis inferiores fuiſse deprehenderint: ac proinde ea quæ tunc haberent: vel Hirtij, & ſenatus authoritate confirmata, habitum à ſe iri ob imbecillitatem partiū deſperarent. Quem planum omnino eſſe ſenſum exiſtimo, & in rem noſtram accommodatum, cum præſertim id quod addit, nihil detrahat veritati interpretamenti. *Pacis iſti ſcilicet amatores, non latrocinij authores?* Fluxam eorum fidem arguit, quòd nempe ij populi rapto aſſueti viuere, & bello ſtudebant, & latrocinijs operam dabant. Quare non eſſe putan-

Cicero ad Attic. l. 14. Epiſt. 10.

Pontan. l. 2.

B. Rhenanus lib. 2. Rer. German.

Lege Nizol. & Scotum.

Cicero. Epi. 10.

Iſac. Pont. l. 1.

Cicero. Epiſt. 9.

Cicero Epiſt. 10.

dum ab ea parte quietam fore Rempubl. etſi ad pacem tuendam occupata ab ijs gentibus iure pacis haberi permitterentur; cùm quod armis obtinuerant, bello conſeruandum, imo & aliquid adijciendum eſſe à gente truci, & rapaci videretur.

Cicero Epiſt. 8. Vnum mihi objici poſſe ſcio: longiùs iſta poſita, quàm vt Cicero curare potuerit: ſed qui legat octauam epiſtolam comperiet longè iſta à conſpectu, non tamen ab animo Tullij remota, qui in omnes intentus partes Reipublicæ ſtudio excubabat: cum præcipuè Pompeij partium reliquias foueret: queis ne Cæſarianæ officerent prouidebat. Quare in eâ Epiſtolâ: *Quid Galli, quid Hiſpani, quid Sextus agat vehementer expecto.* Vnde propius Tullium locata, quæ alias diſſita credebat, qui opponet, intelliget. Quòd ſi cui minus placuerit mea illa ſententia, & malit Franconas, non Germaniæ populos, ſed aliquot Cæſaris veteranos ſignificare: nec probet illos ab Hirtio ad Pompeianas partes traduci potuiſſe, Idem Epiſt. 11. quòd Hirtius Romæ tunc erat, vt ex Epiſtola xi. apparet: non admodum contendo: modò euincam Francones Veteranos auxiliares è Germaniâ fuiſſe, atque adeo iam tum eos noſcitari, celebrarique cæpiſſe. Nullam verò de iis mentionem à Cæſare fieri: nullum certè argumentum eſt: cum id Cæſar non neget, tantùm dicere omittat. Fortaſſe illi Pontanus l. 2. c. 4. nomen vſitatius inter Romanos placuit, ab inſolentiore abhorruit. Quin & hîc ſuo Pontanum argumento refuto. Ait: *Friſiorum vocabulum minus id aui celebratum, latuiſſe adhuc inuolutum claritudine nominis Sicambrorum: ideoque Cæſarem & Strabonem nuſquam Friſionum mentionem feciſſe.* Eadem igitur ratione fieri potuit, vt Francorum nomen aliud clarius obſcuraret.

Valeſius. l. 1. Idem l. 5. Veleſio contra me ſentienti, & illud repono: *Miram ſe*, ait, *Sidonium Francos, cùm in Gallia iam habitaſſent, extra Galliam ſemper locare.* Quemadmodum ergo ex eo quòd illi non venit in mentem ponere, non ſequitur eos in Gallia non fuiſſe; ita & quòd Cæſar Francorum non meminit, non cogit, iam & eſſe, & dici Francos inficiari. Si verò durum cuipiam videatur in ea altiſſima barbarie, iam nomen Francicum eluxiſſe: ſciat is (quod & in gratiam Francorum dixerim) nullum vnquam illuſtrius nomen, quodque latiùs patuerit Francico extitiſſe. Nam ex Hiſtorijs Lu- Maffeius. Oſorius. ſitanis Indicis conſtat, cùm ad Indos vel remotiſſimos noſtri homines acceſſiſſent, Francorum iam apud eos nomen magnoperè virtutis nomine, & notum, & celebratum. Nam noſtros ij, cùm & Europæos patriâ, & Ioan. Barrius. Didac. Couto bello claros vidiſſent, communi vocabulo *Frangues*, ſeu *Francos* appellabant. Tanta Francorum nobilitas, & antiquitate originis, & generis claritudine, & magnitudine rerum geſtarum fuit, vt quos viderent barbari hiſce virtutibus eminere, Frangues, id eſt, Francos vocitarent. Et quidem iſtud mirificè Luſitanis congruebat, tum propter acceptam à Fran- Britto. Monarch. Luſitana. cis in Henrico Authore Regni, Francici ſanguinis Regiam ſtirpem, tum propter vtriuſque nationis inter ſe neceſſitudinem, & inſiti amoris, & initæ Societatis vinculis copulatam. Maneat itaque in hac ce- Pontanus. B. Rhenan. Molinæus. lebertima quæſtione Francos, non modo Valeriani, & Gallieni ſecundùm Iſacium, Rhenanum, & Valeſium, ſed multò antè aureâ Marci Tullij

Ciceronis ætate, de meâ, ac Molinæi ſententiâ, noſci, celebrarique cæpiſſe.

CAPVT TERTIVM.

Quid de antiquis, ante Pharamundum, Francorum Regibus ſentiendum?

EXpectet fortaſſè aliquis, vt quoniam Francos à Troianis originem traxiſſe exiſtimarim, ſeries illa ex integro à Pharamundo retro ad Vide apud Pontan.
Francum, ſiue Francionem ducta à me hic quoque proponatur. Eam ego ſuprà ſpem eluſi, cum ita opinionem meam ſum moderatus, vt illud vendicarim à Troianis Francos oriundos: reliquis prudenter abſtinuerim. Nec vt ego omnino Troizantibus aſſentirer, moleſta me illa Regum ſerie inuoluerem: meliori certè quàm Ioannes Mariana Mariana in
Hiſpanus conſilio, qui cùm vetuſtiſſimorum ſuæ gentis Regum origi- Hiſt. Hiſpan.
nes inueſtigaſſet, & multis implexas fabulis inueniſset, atque adeo eas vt incredibiles dānaſſet, eas tamen ita propoſuit, vt enumeratis ſingulis, quos paulo antè reiecerat, Regibus, probaſſe recenſendo quod cenſendo excluſerat, videretur. Ego huiuſce rei curioſos ad Hunibaldū, & ſequaces, qui non ſunt pauci remiſero, qui enim nego à Franco, vel Francione dictos Francos, non debui à Franco ſtirpis Francicæ Regiæ ſeriem inchoare. Ita numerando ſingulos agam, vt quicquid ab iis, vel in eos memorabile geſtum ſit, enarrem.

Illuſtrem nobis aditum facit Par Regum (adeo ferax gens Francica & Coronarum & Trophæorum fuit) Diocletiano, Maximianoque Au- Greg. Turon. Fredegar.
guſtis. Duo tum imperaſse comperimus, Genobaudem, & Eſarech: quem Aymoinus.
Valeſius Atech fore contendit. De quibus Mamertinus ad Maximia- Iſacius Pont.
num tum in Francia bellantem. *Per te Genobaudes regnum recepit, Eſa-* Valeſius. Mamertinus
tech vero munus accepit. Quid enim aliud ille expetiuit, in conſpectum tuum cum in panegyri ad
omni ſua gente veniendo: niſi vt tunc demum integra authoritate regnaret, cum te Maxim.
Maximiane placaſſet? Idem in Genethliaco Maximiani Auguſti tradit: eum tanto armorum terrore Franciam concuſſiſſe: *vt ad petendum pacem Franci cum Rege venirent.* Hinc elicias Genobaudem in Francia regnaſse, Regno excidiſſe, cur exciderit incertum, reſtitutum conſtare. Nec dubitandum, quin Eſatech Pacem à Maximiano ſponte ne, an coactus? petierit, & ſingulari beneficio, nam munus dicitur, obtinuerit.

Nobilius Regum Par Primo ſucceſſit Aſcariſcus, & Radagiſus: Nazarius.
qui Conſtantio Chloro Auguſto bellum mouerunt, ab eo vel fracti, Eumenius.
vel territi omiſerunt, deinde eo mortuo renouarunt, victi tamen à Author Epith
Conſtantino, captique, trucis iræ pænas Treuiris, obiecti feris dederunt: al. Conſt. & Fauſt.
& qui in arenam bis Romanum hoſtem prouocauerant in arena Iſacius Pont.
cruentum ſpectaculum hoſti prouocato exhibuerunt. Non laudo l. 2. & 4.

Valeſius. l. 1. & 2. Nazar.

in Conſtanrino feritatem, ſed miror diuini Numinis vltionem. Nazarius dicendo erudiit in lenocinium, impotenris iræ immanitarem. Ferociſſimis, inquit, *Regibus Aſcariſco & Comite eius capto tantâ laude res bellicas auſpicatus es, vt iam inauditę magnitudinis obſides teneremus. Vt Herculem ferunt, tenerum ad huc atque lactentem duos Angues manu eliſiſſe, (vt iam infantulo indoles futuri roboris immicaret,) ſic tu Imperator, in ipſis Imperii tui incunabulis quaſi geminos Dracones necares, per ſæuiſſimorum Regum famoſa ſupplicia ludebas.*

Eumenius.

Eumenius minore pompâ, ſed maiore forraſſe vi rem deſcripſit. *Affeciſti pęna temeritatis Reges ipſos Franciæ, qui per abſentiam Patris tui pacem violauerant, non dubitaſti vltimis punire cruciatibus, nihil veritus illius gentis odia perpetua, & inexpiabiles iras.* Er poſteà. *Hæc tua, Conſtantine, de Aſcariſci, Radagiſique ſupplicio quotidiana, atque æterna victoria.* Nazarius pænam: hic & cauſam expreſſir. Ludum Nazarius ſupplicium appellauit. Fortè, quòd Imperator Ludos Victoriæ Franciçæ inſtituir, ad huc ſuperſtitionem olentes, non-

Sidonius.

dum Conſtantino ſacris Luſtralibus expiato. Vt Sigonium doctiſſimum hominem miremur, ob huiuſmodi victoriam inter alia Templum Diuo Michaëli à Conſtantino Ticini erectum affirmantem: cum adhuc ille

Eutropius. Author Epit.

Genios adoraret. Eorumdem Regum cædē Eutropius, & Aurhor Epithalamij Conſtantini, & Fauſtæ commemoranr: crudeliratem hic proximus excuſar, quòd dicar opus eo rerrore, ad ferociam gentis cohibendam, & fidem confirmandam fuiſſe. Sanè ram eſſe in eos ſæuitum, argumento eſt eos non parum in alios ſæuiſse. Conſtanrino minus miror

Author vitæ Conſtant. Vales l. 1.

eum immanitarem placuiſse, cùm qui poſteâ in Criſpum inſonrem filium falſo à Nouercâ de ſtupro appellarum animaduertit, ab eo non eſſent alieni, ac merentes mitiùs puniendi.

Malarichum deinde inter Reges numero: erſi à quibuſdam idoneis

Iſac. pont. l. 3. & Valeſius l. 2.

aurhoribus excludi ſciam. Nec eum ſanè recipit Valeſius: dubiuſque an admittar hærer Pontanus, ſed ægrè tamen admirtit. Ego agnirum à Turonenſi, & antiquioribus vindico: Regemque agnoſco. Eum Conſtantio Conſtantini Filio, Iuliano, & Iouiano Auguſtis floruiſſe comperio. Regem fuiſſe non id verat, quòd in Palatio vixerir, & Gentilium Rector

Gregor. Turonens.

fuerir. Cùm id temporis Imperatores, vt rebellandi occaſiones Francis adimerent, Reges inter domeſticos haberent, & Palatij honeſtiſſimis muneribus afficerent. Conſtat enim Mellobaudem Francorum Regem

Ammian. Marcellin.

extitiſſe, & armaturarum tamen Tribuni apud Conſtanrium munere functum fuiſse. Quòd eum tradat Aymoinus, nihil fidei ac dignitati Re-

Valeſius & Pontanus.

gis Malarichi detrahit, cùm eum Gentilium Rectorem dicit. Potuit enim, & Rex eſse, & illud in Palatio munus obire. Ex quo item coniectura ſumirur Regem fuiſse, cum vel in Aula Rector dicetetur, vbi Rex non poſſet audire. Iam vero quod ille poſteâ noluerir oblatum ab Imperatore Iouiano militum Magiſterium accipere, monet eum Regiam dignitatem & Perſonam ſuſtinere inregram, nec eo temerare officio voluiſse. Cum Rector Gentilium, quòd ſonet Imperium ſub Conſtantio fuerit, Magiſter milirum, quod alreri ſubſir, eſse noluerir. Vndè

Valeſius l. 1.

cum ego Regem dicere non dubirem, cui animi magnitudo non defuit ad id, quod dignitari nihil detraherer, accipiendum; quod demetet, re-

recuſandum, cùm præſertim poſteà Mellobaudes Rex Francorum idem munus Magiſtri militum, & acceperit, & geſſerit: vel fatente Valeſio, Eunapius. Valeſius lib. 1. cui tamen Malarichus non placuit.

Hic Nebiogaſtis in mentem venit, de quo multa & præclara in Eunapio mentio, ſed quod illi Chamauorum tantum Rex, nec in Catalo- Turonenſ. Valeſius. Pontanus. gum venire ſolet, cum Principe Filio, qui poſt eum non videtur regnaſſe, prętermitto: moneo tamen, quæ de vtroque acta coram Iuliano, Valeſiûs ſcribit, omnino legantur, ſunt enim nectareis ſuccis illita, & ad pulcherrimam eloquentiæ ſpeciem comparara.

Inclytus Valentiniani, Valentis que remporibus Mellobaudes Francorum Rex extitit. Valentiniani, & Gratiani domeſticum dixit Ammianus, & Comitis titulo appellar. Hic Marciano primùm Alemanorum Regi in Franciam cùm exercitu ingruenti ſtrenuè ſe oppoſuit, & magna illatâ clade inſidias terendit, & mortem inrulit. Paulò pòſt Francos Romanis fœdere icto copulauit. Eum ob ſingularem, & rei bellicæ peritiam, & virtutis præſtantiam à Valentiniano toti exercitui aduerſos Sarmatas, Quadroſque collecto, cum Imperio præfectum, rradir Zozimus. Spe- Zozimus. ctata Mellobaudis virtus impulit Galienum, vt eum contra feroces Alemanos quos ſemel deleuerat, Priamo ne?an PriarioRege? bellum inſtaurantes, & Romanæ ditioni imminentes, partito cum Nannieno Imperio Ducem mitteret. Cuius euentum prælij, non alijs quàm Ammiani verbis iuuat deſcribere. *Gratianus reuocatis cohortibus, quas præmiſerat in Pannonias, conuocatiſque aliis quas in Galliis retinuerat, Nannieno negotium dedit virtutis* Ammian. Marcellin. *ſobriæ Duci, eique Mellobaudem iunxit pari poteſtate collegam, Domeſticorum Comitem, Regemque Francorum, virum bellicoſum, & fortem. Nannieno igitur penſanti fortunarum verſabiles caſus, ideoque cunctandum eſſe cenſente: Mellobaudes pugnandi cupiditate raptatus, vt conſueuerat ire in hoſtem differendi impatiens angebatur. Proinde horrifico aduerſum fragore terrente: primùm apud Argentariam ſigno per cornicines dato, concurri eſt cæptum: ſagittarum verutorumque miſſilium pulſibus crebriores hinc inde ſternebantur. Sed in ipſo præliorum ardore infinitâ hoſtium multitudine milites viſâ vitanteſque aperta diſcrimina, per calles conſitos arboribus, & anguſtos, vt quiſque potuit diſperſi: paulò pòſt ſtetere fidentius, & ſplendore conſimili, proculque nitore fulgentis armorum, Imperatorii aduentus iniecere barbaris metum. Qui repentè verſi in terga, reſiſtenteſque interdum, ne quid vltimæ rationis omitterent: ita ſunt cæſi, vt ex prædicto numero quadraginta vel vt alii, ſeptuaginta armatorum millibus, non pluſquam quinque millia, vt æſtimabatur, euaderent denſitate nemorum tecti inter complures, alios audaces & fortes, Rege quoque Priario interfecto, exitialium concitore pugnarum.* Hæc Ammianus. Huius qui- Sextus Aurel. Victor. dem clariſſimæ victoriæ Hieronymus, Oroſius, & Caſſiodorus meminerunt. Ea à Sexto Aurelio Victore ita refertur, vt penè omnia, vel cum Ammiani verbis conſentiant. Niſi quòd ille triginta hoſtium millia occiſa eſſe commemorat. Hac hoſtium clade Gratianus Rhenum tranſgreſſus, ipſo Mellobaude Duce pacata omnia inuenit: Thraciamque patruo Valenti, peruiam, & pronam, ad bellum Gothis, eam longè lateque populantibus, inferendum reddidir.

Hunc excipiet clariſſimo narus Patre Theodomeres: illo nimirum Vide Valeſium lib. 3.

Richimere, qui apud Theodoſium militiæ Magiſter, & cum Clearcho Conſulatum geſſit: quem natalibus, ac dignitate ſplendidum Ammianus prædicat. Hic ex Aſcilla coniuge filium Theodomerem ſuſceptum habuit: ad ampliſſimam non modo Regni, ſed militaris item gloriæ dignitatem natus, niſi eum Fortuna altiora conantem vix dum concepto nobili mentis impetu deſeruiſſet. Nam cum iugum Romanorum excutere agitaret, matremque excelſæ indolis feminam ſociam, & conſilij, & operis adhiberet, armaque compararet, bello ab Romanis præuentus, & Caſtini ductu ſuperatus, vnà cum matre capitis ſupplicium ſubijt. Verè Francus ſanguine, & magnanimitate, qui collum ſecuri, quã iugo ſubdere maluerit, & capite minui quàm dignitate. Dignus ſanè cuius anguſta facies auro inſculpta viueret, retentâ cum nomine ſpirantis imagine libertatis: vti eam vir ſplendidiſſimus Paulus Petauius referente Valeſio luce publica donauit. De hoc Rege Turonẽſis. *In Conſularibus*, inquit, *legimus Theodomerem Regem Francorum filium Richomeris quondam, & Aſcillam matrem eius gladio interfectos.* Nec me latet Auentinum ſcribere: Theodomerem ob factam in Gallias irruptionem interfectum; ſed & hoc meam de iugo excutiendo opinionem confirmat, cùm tam ille liber eſſe voluerit, vt & alijs imperare conaretur: & Auentinus non admodum exactè de Theodomere ſcribat: cùm eum ſupparem Magno Conſtantino faciat; à quo tamen longè temporibus ſemouetur: floruit enim Theodoſio Imperium ineunte.

Ammian. Marcellin.

Valeſius lib. 3.

Gregor Turonenſ.

Auentinus.

Qui ſequuntur: de ijs dubium eſt, primùm an Reges? Deinde quotnam fuerint? Proponũtur verò Genebaudus, Marcomirus & Suno. Anſam dubitandi fecit Gregorius Turonenſis. *Neſcimus virum Reges fuerint, an vices tenuerint Regum?* Paulò poſt, *Arbogaſtes Sunonem, & Marcomirum ſubregulos Francorum inſectãs, Agrippinam vigente maximè hyeme petiit.* Reges tamen eſſe perſpicuè conſtat: ac in eo certe præclaram operam poſuit Valeſius, adhibita ingenij, & eruditionis luce. Id nos anteà docuerat Iſacius Pontanus minoribus, ſed idoneis argumentis. Duo mihi vendico, à Sulpicio eos, & Paulino Reges appellari. Quod autem Duces interdum, & Regales dicãtur, nihil detrahit Regiæ dignitati: quemadmodum ſcitè animaduertit Valeſius. Præterea toties eos à Claudiano Synchrono Reges vocari, vt quin fuerint, non liceat dubitare. Do locum omnino manifeſtum.

Lib. 2. c. 9.

Valeſ. lib. 1. Iſacius Pontan. lib. 3. & 4.

Claudianus.

Prouincia miſſos
Expellet citiùs, fallax quàm Francia Reges,
Quos dederis: acie non iam pulſare rebelles
Sed vinclis punire licet: ſub iudice noſtro
Regia Romanus diſquirit crimina carcer.
Marcomirus Sunnoque docent: quorum alter Ethruſcum
Pertulit exilium: cum ſe promitteret alter
Exulis vltorem, iacuit mucrone ſuorum.

Pontanus.

Horum cum Regia dicit crimina, Reges docet: & quidem illi ſuperiori carmine Reges poſiti, Marcomirum & Sunonem trahunt: nec hi niſi

eò referuntur. Duo ne, an tres numerandi non admodum conſtare videtur Pontano: cùm Alexander duorum tantùm Marcomiri & Sunnonis meminerit. Tertium Genobaudem, vel Genobaldum Gregorius addiderit, cùm tamen vnde ſumpſerit incertum. At tres omnino eos fuiſſe Valeſius doctè oſtendit: imo & fratres eſſe perſuadet: nec ignobili coniecturâ. Pontanum verò miror hominem Francicæ hiſtoriæ, contra quã opinatur Valeſius, benè gnarum, Genebaudis in Alexandro mentionem nullam inueniſſe, cùm eius & Marcomiri, ac Sunnonis meminerit, eiſque addat ſocium quamuis deflexo paulum nomine Genobaldum: quem etiam nouit Fredegarius, & Genebaudum appellat. Parùm vixiſſe, imo & ne diu quidem poſt Romanorum Quintino Duce infelicem in Franciam expeditionem ſuperfuiſſe apparet, ex eo quod nulla eius ab Alexandro poſteà fit mentio. Vnde coniectura quibuſdam eum Regem negantibus ducta, quòd Marcomirus & Sunno exinde ſoli Reges memorentur. Fratres omnes illos: Genebaudum natu maximum: Sunnonem minimum, medium inter vtrumque Marcomirum Valeſius exiſtimat: nec ego abnuerim. Pater in incerto eſt. Fortè Priamus fuit: eum vt Auum Pharamundo demus. Quod ſi is aſtruendus, oportet eum Regem ante Genobaudem ponere: quod debuit à Valeſio, & Pontano fieri: à quibus ille, vel remouetur, vel prætei itur: etſi tandem à Valeſio decurſà iam Regum ſeriè adiiocetur. A quo id præclarè animaduerſum Proſperum, multam Priami ignoti penè Regis, nullam Mellobaudis, Genobaudis, Marcomiri, & Sunnonis nobiliſſimorum planè Regum mentionem feciſſe: atque adeo neminem inter Priamum, & Pharamundum Regem medium poſuiſſe. Pontan. Valeſius ſu-prà. Fredeg. Aimoin. Proſper. Valeſius lib. 2.

Primùm horum Regum opus fuit, illa in Galliam Maximo in Illyrico & abſente, & victo celebris irruptio: & apud Carbonariam pugna: quarum illa feliciter, hæc ſecùs accidit. Præclarum: nobiliſſima de Romanorum copijs in Franciam penetrantibus parta victoria, quâ legiones fortiſſimæ Quintino, & Heraclio Ducibus penè internecione deletæ. Hic fortè Genebaudes occiſus, eum enim deinceps in Authoribus deſideramus. Superſtites ei Marcomirus, & Sunno nominis Francici gloriam rebus fortiter geſtis auxerunt: cum ex Alexandro apud Gregorium conſtet è Germania Prouincia egiſſe prædas, ob eaſque à Valentiniano euocatos deſtitiſſe, & datis in fidem obſidibus domum rediſſe. Deinde cum Arbogaſte inuicto Francici ſanguinis Duce, acri ſæpè contentione & pari fortunâ pugnaſſe: poſteà cum Eugenio fœdus pacemque ſanxiſſe: & cum Honorio poſteà ſanctiùs renouaſſe. Sed cùm animi impotentes, & impatientes otij ex inſita ferocia eſſent, bellumque moliri eos apparet, aditum ſibi ad ruinam fecerunt. Stilico enim ſummæ tum rei ab Honorio præpoſitus, domi ſeuerus, militiæ aſper, defectionem parantes oppreſſit: ac vt ſingulos aggreſſus vires diuideret, in Marcomirum primùm manus iniecit, & in ergaſtulum detruſit: vnde quòd non omnino probata defectio, in Hetruriam eſt ab Honorio relegatus. Sunno verò ceu vim ad liberandum patrem pararet, ſubornatis, corruptiſque teſtibus, imò & domeſtico percuſſore immiſſo iugulatus. Qua de re ita Claudianus: Vide Valeſ. & Pontan. Alex. Sulpit. Gregor. Turonenſ. Pontan. Valeſius.

Claudianus.

Acres non iam pulſare rebelles,
Sed vinclis punire licet: ſub iudice noſtro,
Regia Romanus diſquirit crimina carcer:
Marcomirus Sunnoque docent: quorum alter Etruſcum
Pertulit exilium, cùm ſe promitteret alter
Exulis vltorem, iacuit mucrone ſuorum,
Res auidi concire nouas, odioque furentes
Pacis, & ingenio, ſcelerumque cupidine fratres.

Sigebertus. Quandiu regnarint ambigitur. Sigebertus ſex & triginta annos regnaſſe affirmat; carpitur eo nomine à Valeſio: nam cum Regnum inierint paulò antè alterum Theodoſij Conſulatum, & antè Stiliconem Conſulem deſierint: tandiù regnare non potuerunt. Vnde non minus Sigeberto falli Sigonium docet Pontanus: dum ijs ſuſceptam à Francis in Gallias ſub Conſtantio Aſterio iuxta Frigeridum expeditionem, quâ Treuiri ſunt capti, quamque deſcribit Saluianus, attribuit, cùm ij multò antè perijſſent. Ego cenſurâ abſtinerem: nam vti Valeſius antè me notauit, eo ſe deffendere poſſet Sigonius, quòd Sunone iam occiſo, Marcomirus quem exulare apud Hetruſcos diximus, reconciliatus Honorio reſtitui ab eo in Regnum potuit, ac deinceps, & diutiùs regnare, & illa edere. Hac item ratione, & Sigebertum excuſare poſſemus. Quòd mihi videtur probabile, nam non conſtat vtrumque interfectum: imò Claudianus ſignificat Sunnone ſublato Honorium Reges Francis dediſſe, dum ait:

Sigonius.

Claudianus.

Prouincia miſſos
Expellet citiùs, fallax quàm Francia Reges,
Quos dederis.

Quod ſi dedit, non dubitem quin & Marcomirum reſtituerit: id ſi expēdiſſent Valeſius & Pontanus, minùs certè alter Sigebertum, alter Sigonium reprehenderent. Quos ego non grauarer ſequi, ſi de ſolo Marcomiro loquerentur: quem puto Sunnoni ſuperfuiſſe. Cuius rei idoneum authorem habeo, veterem illum Hiſtoricum Theodorici Regis, & Caroli Ducis æqualem, qui tradit mortuo Sunnone Marcomirum ſuperſtitem Francis ſuaſiſſe, vt Pharamundum filium ſuum Crinitum Regem crearent. Et verò ſi Marcomirus tandiu, vti opinor ſuperfuit, quin regnum receperit, ac Pharamundo Filio tradiderit, non dubito. Nam ſi Marcomirus cum Sunnone obijt, neceſſe eſt dicere Francos viginti plus minùs annos, aut Rege caruiſſe, aut certè alterius à Marcomiri, & Sunonis ſanguine Reges habuiſſe. Vnde ſi vacuum erat Regnum, minùs certè pronum, tantò antè mortuo patre, eiuſque intercidente memoriâ: ſi ab alijs occupatum, nimis difficile ob contentionem, Pharamundo Regnum redderetur. Quare vetuſto Authori aſſentiendum, vt Regnum à Marcomiro Patre, Pharamundo Filio, ſi Rex erat, iure veniret; ſin, precariò pararetur.

Vetus Hiſtoricus.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Pharamundus, & reliqui poſt eum ad Clodoueum, Franciæ Reges proponuntur, examinantur, illuſtrantur.

IN ethymo non hærerem, niſi ſcirem multos & eruditos ſcriptores laboraſſe. Alijs Vvaramundum, alijs Pharamundum, quibuſdam Pharamodum dici contendentibus. Ego quod vſitatius eſt vindico, etſi cum doctis Vvaramundum efferri mallem. Diu tamen eſt quod illud Tullij celebro: *Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui.* De Pharamundi Patre controuerſia eſt. Non deſunt, qui Sunonis cum antiquo Chronico filium dicant. Sed Marcomiri eum fuiſſe omnium penè ſcriptorum conſenſus dubitare non ſinit. Regiſne, an alteriùs Marcomiri ambigere quis poſſet, cum videat ab Aimonio, Iuone, Adone aliiſque vetuſtis Francicarum rerum authoribus tradi, Marcomiro illuſtri viro genitum: eumque primùm in Francia Regnaſſe. Ac vti hoc à veritate alienum: ita & illud non dubium, Marcomirum illum quem illuſtrem appellant, Regem anteà, & Sunonis Regis fratrem fuiſſe. Quo anno Regnum inierit diligenter quæſitum non inuenio. Mihi eſt exploratum anno quadringenteſimo vigeſimo regnare cepiſſe. Nec minus compertum annos vndecim Regnum tenuiſſe. Multi eum idcircò minùs in hiſtorijs celebratum putant, quòd vir fuerit Pacis amans, & iuris ſtudioſus, nec bellicis operibus clarus. In quibus nollem fuiſſet Iſacius Pontanus cui ob eximiam eruditionem, & nitidum ſcribendi genus benè volo. Certè Pharamundus & domi, & foris, Republicâ conſtitutâ, & armis propagatâ celeberrimus extitit. Nam etſi, quòd antè annum quadringenteſimum vigeſimũ regnare non cæperit, Treuirenſem tertiã expeditionem conficere non potuit, Rhenum tamen tranſire, & arma in Galliam inferre, & bonam eius partem ſubigere potuit: authore Proſpero: proindeque primus, ſedem in Gallia firmam collocauit: eoque maximè nomine FrancoGallorum Regum Princeps habendus. Atque hic non deſinam viros quoſdam eruditos, ac inter eos Papyrium Maſſonum mirari: qui quòd videant Pharamundum à Turonenſi Gregorio prætermiſſum; eum expungunt, & à Clodione incipiunt: cùm, etſi nos quæ Gregorio prætereundi fuerit ratio, lateat, tam ſit perſpectum Pharamundum in Francia regnaſſe, vt inficiari non liceat. Cùm præſertim eum Proſper eiuſdem temporis author aſtruat, & omnes ferè præter Gregorium agnoſcant. Quo errore, aut potiùs obliuione, vt liberet Gregorium Ioſephus Scaliger, affirmat à Gregorio Pharamundũ inter Reges Franciæ recenſeri. At ille dum alieno vitio medetur, idem contraxit: nam nulla certè in Gregorio Pharamũndi mentio inuenitur.

Iul. Cæſar. Scal. de Emendat. Pauli Longobard. Tullius de Orat. Ado Aimoin. Iuo. Pont. l. 4. Valeſ. Proſper. Papyrius Maſſonus. Gregor Turonenſ. Proſper Aquitan. Ioſephus Scalig. de emendat. temp.

Infrà quæſt. 2.

Authorem Salicæ legis fuiſſe, communis fermè ſcriptorum conſenſus eſt. Ego libentiùs accipio, quod video tẽpus & locum,cũ lata & iuſſa aſſignari: nec minùs Iuriſcõſultos à quibus inuẽta ſuis nominibus diſertè appellari: ac eo præſertim moueor, quod à Pharamundo primùm nouum Imperium in Gallia parari cæptum: & ab eo partem occupatam: nam alij ante ipſum cùm Duces, tùm Reges, & ſi tranſgreſſo Rheno in Gallias irrumperent, impetus ille magis,& incurſio, quàm Regni promotio,& acceſſio fuit: & eadem quâ ſe vi ac celeritate intulerant, ſtatim repulſi ſedem ibi figere non potuerunt. At Pharamundus ita in Galliam expeditionem ſuſcepit, vt in illa non arma modo Francica, ſed iura quoque inferret, in eaque ſolium conſtitueret. Atque vti noui conditor Imperij, ita & noui iuris author eſſe voluit: ſimilemque animo ſuo legem creauit; maſculam, virilem: vt quod vi & armis parabat Regnum, in illud imbelles, & inermes fœminæ non ſuccederẽt: nec enim decebat, vt tenera, & addicta colo,& penſis implicata manus, quod dura, & inſerta capulo, & ad inferẽda vulnera expedita ſtrenuè acquireret, molliter in otio compararet. Id mihi tam eſt ob hæc, præter authoritatem, argumẽta perſuaſum: vt non potuerim non dolere Hadrianum Valeſium eruditum,& accuratum ſcriptorem, inſolenti iudicio, huiuſmodi ſentẽtiam antiquitate ſacram, teſtimonijs robuſtam, rationibus munitã, dãnare voluiſſe: nec ab ea, niſi faſtidientis locorũ & Iuriſprudentium nomina ſtomachi nauſeâ abhorruiſſe: addita leui ſuperſtitioſæ mentis coniecturâ, quâ maluit temerè duci, quàm cum tot, tamque grauibus & gentis ſuæ, & aliarum gentium authoribus ſentire. Miror eum cum hac de lege cogitabat, locis hæſiſſe, nec paulò altiùs à terra oculos ſuſtuliſſe, & cum ferendum iudicium fuit, de inani nominum ſonitu, non de ſolido rei tantæ pondere cogitaſſe: cùm præſertim illi Germaniæ, vbi lata lex, vici, barbaræ & abſtruſæ gentis eius linguæ horridiori nominum ſono conſentiant, & legiſlatorum nomina in Gaſtum deſinentia, Cattos eos, & ſapientes, Catones quoſdam eſſe ſignificent: quod antè me vir grauiſſimus ac litteratiſſimus Iunius Hornanus, & alij ſummæ eruditionis viri obſeruarunt. Venire in mentem debuit Arbogaſtis, non vnius modo, ſed & alterius, vtriuſque ſummi Francicæ gentis Imperatoris, quibus tamen illud compoſitum ex *Arbo* & *Gaſte* nomen nihil gloriæ detraxit. Atque adeo multa de ijs præclarè nitidè ac eleganter, vti ſolet, Valeſius ipſe commemorat. Iam verò negare authorem Salicæ legis Pharamundum fuiſſe, quòd oportebat eum Regem legem dare, qui in Gallia ſedem fixiſſet, ac eam extra Galliam minimè ferri, quæ à Gallis eſſet obſeruanda: cuius tandem religionis fuerit? ſcimus enim Deum optimum Max. in Sina monte antequam populus Promiſſionis terram ingrederetur, legem Moyſi dediſſe: nec quòd duodecim tabularum leges maximã partem à græcis fuerint acceptæ, ideirco à Romanis minùs obſeruatæ: imo & è Græcia, vbi diligẽter cõquiſitæ Romam ſunt perductæ; nec erubuit liber, ac Dominus gentiũ populus ab alijs, quibus belli leges daturus erat, Reipublicæ adminiſtrandæ leges accipere. Quòd autem ſi in Germania lex Salica lata,

Vide Præfationem in leg. Salicam.

Hadrian. Valeſ. lib. 3.

Iunius Hornanus.

Valeſ. l. 2. & 5.

In Exodo & Deuteron.

Vide Roſinum & Manutium.

Germanicis ſcribi litteris debuit, & poſtea latinis in Gallia tranſcribi: non magni id certè momenti eſt, nam latinè in Germania ſcribi potuit, nec ſi non potuit, non ideo Germanicè conſcribi non debuit, cùm leges illæ duodecim tabularum Græcis primùm exſcriptæ characteribus fuerint, & poſteà Romæ latinis donatæ. Itaque Salica Lex Germanicè ſcripta in Gallia latinè verti debuit, nec idcirco eam, opinor, Gallorum aures horrerent, cùm græcas Romanorum teretes, ac Religioſæ aures non horruiſſent. De lege tamen Salicâ, deque eius authore, nomine, ac authoritate proximâ latiùs quæſtione dicemus.

Pharamundo Clodio, quod alij aliter modico flexu nomen proferunt, filius ſucceſſit, anno cccc. xxxi. Mortuus anno cccc. xxxxviii. octodecim imperauit annos, Crinitus, ſeu Capillatus dictus, non quòd ipſe primus comam promiſerit, cùm antè eum Marcomirus & Sunno à Claudiano Criniti Reges appellati (quod rectè notat Valeſius: cui adjicio, & Pharamundum à veteri Hiſtorico Crinitum Regem dici) ſed quòd aut ipſi prolixius cæteris capillamentum contigit, aut ipſe certè artificio auxit, aut Cæſariem, Gallicum in morem finxit, quibus, Ita Romual-dus in Chronol. Sigebertus in Chron. Claudianus ſuprà. Valeſ. lib. 3.

Aurea Cæſaries.

Et qui ſuo proprio inſtituto ac nomine Comati. Vnde ille Comatus quoque à Gallis dici cæpit, quod ſimilem gēti cæſariem tulit. Acceptū à Patre Francorū Imperiū Galliæ parte auctu amplificauit: ſic tamen, vt Francus adhuc, & in Francia regnare diceretur: vt qui non multum in Galliam penetraret. Quidam eum in Gallia Imperij conditorem exiſtimant, quod latiùs Patre imperarit: & quamquam duas, alteram Rhenenſem, Elenenſem alteram clades accepiſſet, ac ea quæ Pharamundus Pater reliquerat, authore Proſpero, amiſiſſet, inſtaurato bello quicquid à Rheno Cameracum vſque protenditur armis occupauit. Ita Viennenſis Ado: *Clodio Rhenum tranſiit ſuperato Romanorum populo, Carbonariam Syluam tenuit vſque ad Cameracium, ibique interfectis Romanis ſedem ſibi ſtatuit.* Quantum ille in Galliam, & iura, & arma promouerit, Sidonius Apollinaris verſu extulit. Virgil. lib. 8. Cæſar. Proſper. anno Chriſti 419. Ado Vienneſ. Sidon Paneg. ad Maiorian.

Poſt tempore paruo,
Pugnaſtis pariter Francis, quâ Cloio patentes
Atrebatum terras peruaſerat.

Sed multò tamen longiùs & latiùs ab eo in Gallia regnatum Marianus Scotus tradit. Hic ergo Clodionem Batauos, Menapios, Tungros, Turnacenſes, Taruenenſes, Morinos, Atrebates, Cameracenſes, Ambianos, Bellouacos, & quidquid inter Sequanam ac Ligerim erat occupaſſe affirmat. Cui timidè ſanè aſſentiar cum ille anno Chriſti cccc. xxxviii huiuſmodi acceſſionem ponat: Sigebertus vero ſeptennio poſt factam memoret. Etſi cum Clodio duos ad huc deinceps annos regnarit, non admodum Scotum ſequi dubitem. Omnino ſecuturus, ſi viderem antiquis cum ſcriptoribus reliquis conſentire. Marianus Scotus. Spondanus. Sigebertus. Vide Pontan. & Valeſ.

Comatum Clodionem clariſſimus Rex, dubia proles, Meroueus excepit. De quo audire præſtat Valeſium. *Hunc ex Clodionis ſtirpe fuiſſe Gregorius ait quoſdam prodidiſſe: Aimoinus in libro primo eiuſdem affinem tan-* Valeſius lib. 3.

tùm vocat. Vetera Stemmata IV. edidit Andreas Duchenius, vir rerum noſtrarum ac antiquitatum peritiſſimus, quorum vno & altero, nullâ Pharamundi atque Chlodionis mentione factâ, origo Regum Franciæ ad Merouеum refertur: vt appareat eum Chlodionis filium habitum non eſſe, in tertio Stemmate Merouеum Regem, Chlodionis quidem ſucceſſorem; ſed Meroueo quodam patre natum; in quarto vero Chlodebaldum Chlodione genitum inuenio: qui forſitan in libro II. de vita Genulfi Chlodomeres nuncupatur, & Chlodioni ac Meroueo Regibus medius interponitur, è contrario Fredegarius in Epitome, & qui vitas Sigeberti minoris ac Caroli Magni litteris mandauere Monachi, Merouеum Chlodionis filium dicunt.

Abbas Vrſperg. His addiderim Abbatem Vrſpetgenſem qui Metoueum Clodionis nothum fuiſſe filium tradit. De reliquis ego ſic antè iudicabam. Merouеum Clodione ex legitimo thoro genitum: fratrem alium natu maiorem habuiſſe, quem in quarto Andreæ Duchenij ſtemmate vidimus, quocum de
Priſcus Sophiſta. Regni corona Meroueus dimicauit, cuius rei author eſt Priſcus Sophiſta. Atque hinc datam occaſionem dubitandi puto; fuerit ne Meroueus filius, an nepos, an conſanguineus tantum Clodionis, cum reperiſſenr
Ita Sigebert. Regord. Guillelmus Britto. eum non iure, ſed vi ſolium occupaſſe, fratremque deieciſſe. Qua cum in re pietati defuiſſet eam pænam tulit, vt de eius natalibus dubitaretur: ſed malo nunc communem Authotum ſententiam ſequi, nec auſim
Vide Samarthanos. Fratres & Valeſium. Monachi S. Cibar Engoliſm. quicquam de Merouei natalibus definite: niſi quòd eò ducor libentiùs vt credam Clodionis filium fuiſſe, quod eum mire à Ftancis, & cultum & dilectum comperiam: nec pauci authores filium dicant, Vrſpergenſis nothum, quidam nepotem aſſeranr, argumento, eum intimè Clodioni coniunctum extitiſſe. Narrationem meridiãtis feminæ, & ex marinæ bel-
Abbas Vrſp. Torquemada. Petrus Romualdus. luæ coitu concipientis meram fabulam puto: etſi Abbati Vrſpergenſi non omnino illa diſpliceat, ſciamq; tradere Torquemadam ſimile quiddam in Gallecia contigiſſe, nec ignorem Noruegiæ quoque Regibus ex Vrſo & vitgine in Sylua errante compreſſâ, ortum aſſignari: quem-
Ioannes Barrius. Vide Samarthan. admodum & alios apud Indos Principes, ex canc & femina traxiſſe originem gentes illæ commemorant. Cæterùm hæc, vt ſpecioſiora Regum cunabula tedderent, priſca illa ætas dedita fabulis excogitauit.

Annus CCCCXLVIII. Metoueo Regni initium dedit Samarobriuæ
Petrus Romualdus. Sammarthan Valeſius. Ambianorum oppido Rex ſalutatus. Parta ſibi à Clodione Parente in Gallia, virtute retinuit, ac viuo Aëtio dilatate imperij fines, aut non potuit, aut noluit: egregiâ ei præſtitâ cum virture militari fide, cuius ſpecimen præclarum edidit in celebertimo illo Catalaunenſi prælio inter
Caſſiodor. Greg. Turonenſ. Hugo Floriacenſ. Vigner. Iornand. Aëtium Attilamque commiſſo. Quod cum ſir non modò eius, ſed ad Martelli vſque ætatem maximè omnium memorandum; ac in eo Franci Duce Metoueo ſtrenuam Aëtio contra Hunnos opcram nauarint, non abs re duxerim illius hic narrationem inſerere, ex Sigonio à quo nitidiſſimè deſcribitur, depromptam.

Carolus Sigonius lib. 13. Freculph. Ado. *Dum, inquit, hæc in Oriente à Marciano geruntur, Attila bellum aduerſus Occidentem & Valentinianum internecinum parauit. Occaſio verò tulit, vt arma Galliæ prius, quàm Italiæ, mouerit, quamuis longius poſitæ, & minus patiendæ iniuriæ opportunæ. Quæ fuit huiuſmodi. Genſericus Theodorici regis filiam Hunnerico*

filio ſuo matrimonio iunxerat, ſed ſuſpicione veneni ſibi parati mox reciſo naſo dehoneſtatam ad patrem remiſerat. Itaque vindictam meritò timens, Theodoricum delere, Gotthorumque opes labefactare conſtituit. Sed viribus ſuis diffidens, Attilam in eius perniciem multis miſſis muneribus incitauit. Attila homo auarus, & belli cupidus: prædæ, & mercedis magnitudine oſtentata, haud grauatè ſe voluntati eius obſequuturum promiſit. Ac ſtatim conſilio non inſulſo, vt Romanorum ac Gotthorum opes, atque auxilia ſepararet, legatos alios ad Valentinianum miſit, per quos ſe in Galliam aduerſus Gotthos, *(quod ſalua ipſius amicitia facere poſſet) contendere velle oſtendit, alios verò ad Theodoricum, per quos ſe ſtatuiſſe Romanos adoriri ſignificauit. Proinde ſe vtrique magnopere ſuadere: vt alter ab alterius auxilio abſtineret, neque alieni periculi cauſſa ſuas fortunas in dubium reuocaret. Valentinianus autem iampridem in omnem Attilæ actionem, atque orationem intentus, fuco verborum ſe decipi veritus, ſubitò per fidos nuncios Theodorico legationem Attilæ, atque occultum, vt rebatur, eius conſilium demonſtrauit. Eumque, vt in communi periculo communia arma ſuſciperet, inuitauit. Nam ſatis omnibus apparere, Attilam orbis terrarum imperium affectare, neque iuſtas belli cauſſas requirere, verum in capiendis armis vni libidini, atque inexhauſtæ cupiditatis ſuę voragini indulgere, ac ius, faſque omne deſpicientem promiſcuè ſe hoſtem mortalibus omnibus agri, terræve aliquid poſſidentibus exhibere. Quamobrem æquiſſimum videri, vt qui aduerſus omnes homines animi ſui ſæuitiam inflammarit, is omnium etiam hominum opibus, armiſque coërceatur. Hac legatione accepta, Theodoricus ſummo ſtudio ſe facturum quod ille ſuaderet, reſpondit, ac fœdus aduerſus Attilam, ſi Galliam inuaderet, haud inuitus percuſsit. Theodorico in belli ſocietatem aſcito, Valentinianus inde ad Gundicarium regem Burgundionum, Sangibanum Alanorum, & Meroueum Francorum ſe contulit, atque eorum, quia ſedes in Gallia habebant, cauſſam communem agi eum oſtendiſſet, haud ægrè, vt eidem ſe iungerent fœderi, perſuaſit. Inde totius belli ſummam, ac rei pro iudicio ſuo adminiſtrandę arbitrium Aetio, duci illa ætate manu, conſilioque promptiſsimo, atque in barbarorum bellis exercitatiſſimo, tradidit. Qui, delectu barbarorum, atque Italicorum quàm acerrimo in Italia habito, nihil quod ad tantum hoſtem excipiendum pertineret, omiſit. Contrà Attila non ſolum vim innumerabilem Hunnorum coegit, ſed magnum etiam numerum Oſtrogotthorum, qui adhuc in Scythia erant, eique parebant, exciuit. Quos tres ex Amalorum familia fratres, ſtrenui maximè duces, Valamirus, Theodemirus, & Vindemirus ducebant. Quin etiam Ardaricus rex Gepidarum, Sarmatæ, Geloni, Neuri, Rugi, Baſtarnæ, ac bellicoſiſsimi quique ex Scythia populi in eam militiam nomina ſunt profeſsi. Totaque Germania ſiue metu, ſiue amore ad huius expeditionis ſocietatem arrecta. Atque ita totus hic annus vtrinque in contrahendis auxiliis eſt conſumptus, quo eodem anno tanta in Italia annonæ penuria laboratum eſt, vt multi fame adacti, filios, & paréntes ſuos pretij habendi cauſſa vendiderint. Itaque Valentinianus, ſequenti ineunte, quo Marcianus Auguſtus cum Adelphio conſul fuit, ad Aetium Patricium pridie Kal. Februarias Roma ſcripſit hoc modo:* Cum obſcœniſſima fames proximè per totam Italiam deſæuierit, hominesque filios, & parentes vendere, ad diſcrimen inſtantis mortis effugiendum coacti ſint, ego reuocans conſtitutiones maiorum, venditionem cenſeo ſubmoueri, quam prædicta fames ingenuorum fieri perſuaſit. *Interim Attila ſęuiente adhuc hieme, cum exercitu, quem in Scythia ex diuerſis conflauerat gentibus, caſtra mouit, ac per Germaniam iter faciens,*

populos eius omnes ad arma Galliæ ſecum inferenda ſollicitauit, cum aliis ſpem prædæ opulentiſsimæ oſtentaret, alios odio erga Romanos quàm maximo poſſet, accenderet, aliis terrorem exercitus ſui inuictiſsimi obiectaret, omnes autem à capiendis pro Romanis armis auerteret, clade commemoratâ Francorum, quam illi pridem à Vandalis accepiſſent, cùm ſoli eorum in Galliam tranſitum impedire conati eſſent. Quibus de rebus haud ægrè omnes Germaniæ populi Attilæ, ad Galliarum, vt præ ſe ferebat, excidium contendenti, ſe adiunxerunt, Quadi, Marcomanni, Heruli, Turcilingi, Burgundiones, Thuringi, Bructeri, ac demum etiam, qui aſsidui, ac prope quotidani Galliarum hoſtes ab initio fuerant, Saxones, & qui in Germania remanſerant, Franci. Quod Sidonius, qui his rebus interfuit, ſcriptum reliquit.

ſubitò cum rupta tumultu
Barbaries totas in te transfuderat arctos
Gallia. Pugnacem Rugum comitante Gelono
Gepida trux ſequitur. Scotum Burgundio cogit,
Chunnus, Bellonotus, Neurus, Baſtarna, Thuringus,
Bructerus, vluoſa quem vel Nicer abluit vnda.
Prorumpit Francus.

Cum hac igitur tot populorum, gentiumque colluuie, quæ ad ſeptingenta millia hominum dicitur eſſe complexa, quaſi non terræ Galliæ bellum, ſed toti terrarum orbi peſtem, atque exitium intentaret, Attila ad Rhenum peruenit, ibique naues tam multas traijciendi cauſſâ conſtruxit, vt Hercynia ſylua, quemadmodum inquit Sidonius, ſubitò ſecta in lintres abierit. Interim totam Galliam, imprimiſque eam, quæ Rheno proxima proximum hoſtium ſubitura impetum videbatur, noua, atque inuſitata trepidatio, ac pauor inceſsit, ſingulis ſibi crudeles ſtrages hominum, populationes agrorum, euerſioneſquè oppidorum, quas in Oriente factas audiuerant, ſe viſuros animo deſtinantibus. Attila, Rheno traiecto, occurrentia omnia Germaniæ ſecundæ oppida infeſtus inuaſit, ac præcipuè Tungros, Coloniamque deleuit. Inde in Belgicam primam ingreſſus, Metas pridie Paſchatis occupatas diripuit ſemel, atque ſuccendit. Populo trucidato, templa omnia præter Oratorium S. Stephani inflammata. In Belgica ſecunda Atrebatum exciſum. Quod poſt Vedaſtus Epiſcopus reparauit. In Senoniam inde ingreſſus, Tricaſſas acceſsit. Verum virtute S. Lupi Epiſcopi nullo maleficio vrbem prætergreſſus affecit. Dum autem Attila in Gallia ſæuiebat, Aetius legiones ſecum Italicas ducens, Arelate peruenit. Ibi ratus Gothos, quanquam fœderatos haud temerè ſe tanto certamini commiſſuros, Avitum Aruernum ad eos euocandos mittit, atque ei, & ceteris regibus, & copiis Gallicis diem ad conueniendum edicit. Cum autem Anianus, Aureliani Epiſcopus, Attilam ad Ligerim aduentare videret, de ciuitate ſua ſollicitus ad Aetium Arelate contendit, ac præſens vrbis periculum demonſtrauit. Ille verò Sangibanum Alanorum regem, qui eam vrbem tenebat, formidine conſternatum, ac prope à Romanis alienatum audiens, ad ſe accerſit, & ſe in tempore vrbi affuturum ſpopondit. Interim Attila obuia quæque ſubuertens, Aurelianum ad Ligerim ſitum acceſsit, eamque vrbem ſe dedere recuſantem, ac victoriam ſuam inhibentem omni mole oppugnare, ac variarum machinarum pulſu verberare inſtituit. Ea re territi ciues, cum quidnam conſilii caperent, in incerto haberent, Anianum conſuluerunt. Ille monuit, vt ſpem in Deo defigerent, atque opem eius ſuppliciter im-

plorarent. Quod cùm illi humi proſtrati feciſſent, tum ad eos conuerſus dixit: Proſpicite de muris, num ſubſidium Dei adueniat. Putabat enim Aetium aduentare: proſpicientes autem neminem viderunt, at ille: Orate iterum cum fide. Vos enim Dominus hodie liberabit, & cùm feciſſent, Proſpicite iterum, inquit, Nemine autem apparente, dixit illis, Si cum fide orabitis, Dominus vobis ſine dubio aderit. Illi verò cum fletu magno miſericordiam inuocare Dei cæperunt. Inde ex ſancti Epiſcopi prę-cepto de integro proſpicientes, nebulam, quaſi de terra ſurgentem, viderunt. Quod renunciantibus ſacerdos dixit. Atqui hoc Domini auxilium eſt. Atque ita trementibus, ac fatiſcentibus aſſiduis iam ictibus arietum muris, ecce Aetius, & Theodoricus, ac Thoriſmundus filius eius cum ſuis quiſque exercitibus prodeunt, commiſſoque certamine Attilam ab vrbe propellunt. Hæc ita acta Turonenſis Georgius refert. Sidonius verò Attilam vrbem etiam irrupiſſe: verùm Aetio ſuperueniente, non diripuiſſe prodit. Sic enim ad Proſperum Epiſcopum ſcribit: Dum laudibus ſummis ſanctum Anianum Lupo parem, Germanoque non imparem vis celebrari, exegeras mihi, vt promitterem tibi, Attilæ bellum ſtylo me poſteris intimaturum, quo videlicet Aurelianenſis vrbis obſidio, oppugnatio, irruptio, nec direptio, & illa vulgata exauditi cælitus ſacerdotis vaticinatio continebatur. Cœperam ſcribere. Sed operis arrepti faſce perſpecto, tæduit inchoaſſe. *Attila inde irâ feruidus, cum patentiſſimos, ac prælio faciendo aptiſſimos non longè abeſſe campos Catalauni audiſſet, eò caſtra conuertit, atque Aetio ſeſe ſummi ibi prælii copiam facturum oſtendit. Neque illud Aetius detrectauit, verùm ſtatim cum Gotthis, & Francis, Alanis, & Burgundionibus, & Prouincialibus, Italiſque acceſſit, ſeque ad pugnam capeſſendam præſto eſſe ſignificauit. Attila, antequam prælium iniret, cum exta conſuluiſſet, intellexit, à parte Romanorum ducem, à ſua exercitum periturum. Interpretans autem, Aetium eſſe caſurum, cuius virtutem, ac prudentiam omnium maximè formidabat, de exercitu ſuo non laborauit, atque alacriter in prælium horâ nonâ proceſſit, eo conſilio, vt ſi acies ſua inclinaſſet, nox imminens dirempto prælio ſubueniret. Cum acies inſtruerentur, dextrum cornu Theodoricus, ſiniſtrum Aetius, mediam aciem Sangibanus obtinuit, vt qui ſuſpectæ fidei turba eſſet fidelium ſepiendus, apud hoſtes autem cornua multiplices populi, mediam aciem, quò tutior eſſet, ſibi Attila depopoſcit. Erat in campis tumulus quidam leniter accliuis, quem qui primus cepiſſet, plurimum ad victoriam momenti conſequutus fuiſſet. Quo animaduerſo è ſuis aliquot miſit, qui locum occuparent. Sed Romani anteuerterunt, atque Hunnos euadere conantes facilè deturbarunt. Qua de re Attila, cum exercitum ſuum, tanquam infauſto rei auſpicio, perturbatum videret, oratione ſibi confirmandum putauit. Atque ita diſſerere cœpit. Poſt tot victorias partas, orbemque propè terrarum edomitum, abſurdum ſanè cenſuerim vos verbis ad prælium conſerendum accendere: quærat hoc aut nouus dux, aut imperitus exercitus. Neque enim me decet vulgare aliquid dicere, neque vos oportet audire, quid autem forti viro iucundius eſſe poteſt, quam vindictam manu ſuſcipere? Inuadite igitur hoſtem alacres, vt qui bellum non excipitis, ſed infertis, aduocatos videtis tam diuerſi generis populos, quod aliud maius eſſe poteſt pauoris ac trepidationis iudicium, quam caput ſuum ſociorum armis, ac lateribus tegere? En, antequam veſtrum impetum patiantur, ſæuis terroribus concitantur, excelſa loca quærunt, tumulos capiunt, atque ita in campis munitiones depoſcunt. Notum eſt vobis, quàm leuia ſint Romanorum arma, primo non dico vulnere, ſed pulvere perturbantur, ergo dum illi or-*

dines inſtruunt, dum teſtudinem nectunt, vos confligite præſtantibus animis, vt ſoletis, contemnenteſque eorum acies, Alanos, Gotthoſque inuadite, his enim tanquam neruis eorum præſectis, repente totum corpus ad terram collabatur neceſſe eſt. Nunc iram, Hunni, nunc vires, nunc arma, nunc conſilia veſtra depromite, faciem illi veſtram ſuſtinere non poterunt, ſi vos fortiter pugnantes aſpexerint. Hac oratione perfecta, ſigno pugnæ dato, alacriter vtrinque concurſum eſt, atque vſque ad noctem tanto ardore, tantaque pertinacia depugnatum, vt maiore dimicari non potuerit, tanta porro cæde, ac ſanguine, vt fœdiorem, ac cruentiorem pugnam antiquitas nulla prodiderit. Feruente autem prælio, Theodoricus, dum adhortās ſuos diſcurreret, ſiue equo fortè lapſus, pedibuſque ſuorum attritus, ſiue, vt alij tradunt, ab Oſtrogottho quodam confoſſus, interiit. Atque hoc fuit, quod Attilæ aruſpices de ducis apud Romanos caſu prædixerunt: quod ille temerè ad Ætium traduxerat. Eo dolore Gotthi accenſi ab Alanis ſecreti, aciem Hunnorum inuadunt: quo impetu Attilā oppreſſiſſent, niſi ille prouidus ſe, & ſuos in caſtra, quæ plauſtris obuallata habebat, illico retuliſſet. Thoriſmundus autē, qui cum Aëtio collem anticipans, hoſtes de ſuperiore loco duxerat, crēdens, ſe ad agmina propria accedere, nocte cæca ad hoſtium carpenta peruenit: itaque fortiter dimicans capite vulneratur, atque equo deiicitur: ſed, ſuis intercurrentibus, tandem in equum relatus liberatur. Aetius verò per tenebras noctis à ſuis diuiſus, cum inter medios hoſtes vagaretur, num quid aduerſi Gotthis accidiſſet, inquirens, cum ad caſtra ſociorum perueniſſet, noctem ſcutorum defenſione tranſegit. Poſtridie, luce orta, cum ſtratos cadaueribus campos eſſe, neque Hunnos caſtris excedere audiret, atque Attilam intelligeret propter cladem acceptam prælium detrectare, ſuam eſſe victoriam arbitratus eſt. Attila verò, quanquam victum ſe cernebat, tamen tanquam victor, in caſtris ſtrepitum armorum edebat, ac tubis canebat, & terrorem ſolitum commouebat. Quod vt ſenſit Aetius, hominem obſidione premere ſtatuit, nimirum breui periturum arbitratus, quia paratam commeatuum copiam non haberet. Neque enim propter crebros ſagittariorum eius ictus propior ad caſtra dabatur acceſſus. Qua re cognita, Attila, ſalute deſperata, rogum ex ſellis equorum conſtruxit, eo animo, vt ſi Romani caſtra cepiſſent, ſeſe in eum ardentem coniiceret, ne Romanus aut ſe vulnerato gauderet, aut de capto magnificè triumpharet. Interim Gundicarium regem cum Burgundionibus ſuis deletum, eſt cognitum. Gotthi quoque cadauer Theodorici diu quæſitum repererunt. Eorum vterque à ſuis honeſtiſsimis de more exequiis eſt elatus. Hoc eſt memorabile prælium Catalaunicum. In quo CLXII. millia hominum cecidiſſe dicuntur, præter nonaginta millia Gepidarum, Francorum, qui nocte, quæ prælium præceſſit, inter ſe armis congreſſi mutuis vulneribus concidere. Narrant, riuulum memorati campi humili ripa labentem peremptorum, ac ſauciatorum ſanguine concitatum fluxiſſe, quoſque ſitis intolerantia ad bibendum adegit, eos ſanguinem, quem vulnerati fuderant, potaſſe. Thoriſmundus inde funus patris proſequutus, ad Aetium ſe contulit, & quid ſibi opus facto eſſet, conſuluit. Aetius veritus, ne delatis, vt opinabatur, Hunnis, Gotthi nimia inſolentia efferrentur, ſuaſit, vt domum repetens, regnum, quod fuerat patris, adiret, ne illud fortè minor natu frater arriperet. Ita ille, Hunnico bello relicto, rex à ſuis acclamatus: in Aquitaniam eſt reuerſus. Pariter etiam Sangibanus cū Alanorū, & Meroueus cum Francorū reliquiis domum dimiſsi. Quod vbi Attila audiit, dolum parari putans, ſeſe per aliquot dies intra caſtra continuit. At verò, poſtquam exploratā rem habuit, lætitia ſumma perfuſus, bene de ſe ſperare inſtituit, ac Romanum

diſſolutum

diſſolutum iam cernens exercitum, ſecurus è caſtris exceßit, ac ducto ſecum vſque ad Rhenum Lupo, Tricaßino Epiſcopo, atque cum honore remiſſo, Rhenum traiecit, atque per Germaniam, in Scythiam retro incolumis abiit. Hæc armis hoc anno in Occidente adminiſtrata. Hactenus Sigonius. Huic Prælio teſtimonium luculentum in ſuo Conſulari Caſſiodorus reddidit. Martianus Aug. & Adelphius. His Coſſ. Romani Aëtio duce Gothis auxilianbus contra Attilam in campis Catalaunicis pugnauerunt, qui virtute Gothorum ſuperatus abſceſſit. Eidem Ioſephus Scaliger momentum addidit. *Nam aduentu Gothorum auxiliarium cognito, Attila, omiſſa Aurelianorum oppugnatione, ad Matronam flumen caſtra mouit, & ſecundùm flumen exercitum ducens, in campeſtribus Catalauni oppidi caſtra poſuit, ad locum qui Mauriacus dicebatur: vbi commiſſum eſt illud memorabile prælium. Quare hallucinantur, qui in campis Toloſenſibus, quibus Catalanis nomen eſt, hoc contigiſſe dicunt. Nam & ſeries geſtorum, & nomina locorum repugnant. Aliter enim campi Cattalani, à Cattalanis barbara natione, quæ Tectoſagum loca primum, deinde Hiſpanias inſedit dicti ſunt; aliter Campi Catalaunici ab oppido Catalauno. Vt puerilis eſt error, ita minimo negotio confutatur.*

Caſſiodor.
Scal l. 6. de enundas tem.

Aëtio mortuo, cui egregiam viuo fidem præſtiterat Meroueus, quaſi eo vinculo ſolutus propagare in Gallia Regnum ſtatuit. Itaque ſumma ſe vi inferens Germaniâ primâ, & Belgicâ ſecundâ armis occupatâ, Sumina tranſmiſſo, ad Sequanam vſque victor proceſſit: omnia edomuit, edomitaque retinuit: & Francorum Regnum, vti agitarat animo, amplificauit. Nec tamen idcirco Galliæ Rex dici, ſed Franciæ voluit, quòd originem reſpexit, & quòd plura adhuc in Germania, quàm in Gallia poſſidebat. Quare de eo Proſper: *Meroueus*, inquit, *regnat in Francia*, cum id tamen in eum annum cadat, quo Meroueus ſuperato Rheno in Gallia bellabat: & imperium armis promouebat. Id nos Sidonius Apollinaris verſu docuit: dum mortuo Aëtio effundentes ſe in alienam ditionem Germanos deſcribit.

Valeſius. Pontanus. Proſper. Sammarth. Sidon. Apol

Francus Germanum primum, Belgamque ſecundum
Sternebat, Rhenumque ferox Alemanne bibebas.

Mycillus.

& Mycillus.

Saxo Britannus,
Gallica Francus init.

Dignus ſanè memoriâ ſæculorum Heros, & à quo Reges Galliæ poſteri Merouingij deducto ab eo cognomine dicerentur mortuus anno CCCCLIX. cum regnaſſet annos vndecim.

Eodem quo pater exceſſit, Regnum Childericus iniit anno: à Puero calamitatibus ad bella futura induratus, ac eruditus. Ab Hunnis enim omnia latè in Germania vaſtantibus vna cum matre captus à Fredegario proditur, extrema paſſurus niſi Vviomadi, cuiuſdam Franci operâ euaſiſſet. A Patre auctum Gallico Imperio Regnum inſigne florenſque accepit. Breui eo potitus: quippe qui foris bellicis operibus clarus, domi ob libidinem luxumque obſcurus. Quare cum intemperantiùs Veneri ſe daret, & muliercularũ amoribus inſeruiret, ſtupra, adulteriaque paſſim cõmitteret, vimq; animi effeminatâ corporis mollitie omnẽ cum admi-

Fredegar. Turonens. Pontan. Aymoin. Sammarth. Valeſius. Greg. Turon.

niſtrandæ Reipub. curâ remitteret, indignus à ſuis Martia, & aſpera bello
gẽte, qui regnaret exiſtimatus, in exiliũ cõpulſus eſt. Et quidẽ neceſſitati
Iuo Carnotenſis. Sammarth. ceſſit. Non tamen in poſterum curam abiecit. Sub diſceſſum ita rem
cum VViomado amicorum intimo compoſuit: vt diuiſo in duas partes
aureo nummo, ſuam quiſque retineret: ac ſi quando alternante ſortem
fortunâ, aditus ad vindicandum Regnum pateret, moneretur à VVio-
Valeſius l. 3. mado, ac in fidem pars nũmi apud ſe relicta cum nunciis mitteretur, qua
accepta in Regnum tutus remearet. Re compoſitâ diſceſſit in To-
Pontanus l. 5. ringiam, & apud Biſinum Regem perfugium quæſiuit, ab eo domum
receptus interim latuit. Franci Ægydium ciuem Romanum ab Auito
circà Ligerim præpoſitum, Regem crearunt. Sed non diu externi homi-
Rotico. nis, ac ex imperio inſolentis faſtum & impotentiam ferre potuerunt.
Non defuit in tempore VViomadus, ſed pulchram nactus occaſionem,
Fredegar. vrgere, memoriam Childerici iniicere, laudare mite ingenium, indolem
cercam commendare, extenuare vitia, ætatem, excuſare: ac vti teneræ
ac molles abſentis deſiderio voluntates erant, facilè ad ſtudia & partes
Aymoinus. Childerici traduxit. Quòd vbi perſpectum ac exploratum habuit, nun-
tios eum parte nummi ex condicto miſit, recipiens, ſi rediret tuta omnia,
& expedita fore. Perſuaſit Childerico octo iam annos exuli, ſed apud
Regem, & Aulicos gratioſo. Itaque re iis expoſita modicis adiutus co-
piis in Regnum reuerſus promptiſſimos ſuorum cum VViomado obuios
habuit: quibus in aciem acceptis Ægydium aggreſſus, fudit, fregit-
Greg. Turon. que. Vindicato Regno Baſinam Regis Biſini hoſpitis ſui vxorem, ſiue
Aymoin. quòd ante priuatus amauerat, ſiue quòd tum in Reginam gratus amare
Rex cæpit, ſiue quòd ea ſe in thalamos obtulit, vxorem duxit: ex qua fi-
lium ſuſcepit Clodoueum. Bellicoſior, & temperantior ex calamitate
Vigner. factus, Regnum ſtrenuè ab Ægydij pertinacis hoſtis incurſibus defẽdit,
Romuald. eumque ſæpius victum Coloniâ Agrippinâ, & Auguſtâ Treuirorum exe-
Pontan. git, ac in ordinem redactum, mori citiùs ex amiſſi Regni dolore, coëgit.
Sammarth. Non tamen illius morte bella quieuerunt. Quæ ferebat in Gallia fortu-
na Childerici, vt ex iis vberrimos palmarum fructus caperet. Præcipuus
Aurelianenſis fuit, quos ille cum pulcherrima vrbe populos ſui iuris
fecit, ibique Odouacrium Saxonum Regem ſibi congreſſum acie vicit:
victum Iuliomanum Andecauorum compulit, quam ciuitatem eodem
quo fugienti inſtabat impetu, Paulo Comite interfecto, cepit: ac illo belli
turbine totam quæ ad vſque Ligerim regio extenditur, corripuit: ſibique
Turonens. morigeram & obſequentem reddidit. Palmarium illud: Pariſios, vrbem
Hincmar. futuram vrbium, in ſolium ſibi eligere, at poſteris aſſignare. Demùm
Sigebertus. cum Rege Saxonum Odouacrio fœde icto in Alanos communem Am-
borum hoſtem, aliena ferociter ac barbaro more populantes, expeditio-
Pontanus. Spondan. ne, iunctis cum Alammano viribus, ſuſceptâ cõfectâque feliciter Sama-
Romualdus. Valeſius. rabriuæ obiit: anno CCCCLXXVI. magno ſui deſiderio relicto, quod ta-
men Clodoueus filius, Auo & Patre maior, qui ad ſummam ſpem glo-
riæ adoleſcebat, clariſſimis virtutibus temperauit.

CAPVT QVINTVM.

Clodoueus Rex proponitur, & ſub eo Reguum Galliæ ſtatuitur. Ampliſſimum, Chriſtianiſſimum declaratur.

QVemadmodum in Parente illo, & Authore Fidelium Abrahamo duas quaſi ac diuerſas inſtitutæ vitæ rationes, primam apud Chaldæos ſuperſtitioſam; alteram in Meſopotamia ſanctam & Fide imbutam inuenimus: ita in Fonte, & Capite Gallorum Regum Clodoueo geminos actæ vitæ curriculos: alterum Ethniciſmi erroribus deprauatum; alterum Catholicæ Fidei præceptis ad æternam ſalutem directum reperimus. Ac vti Dauid, alterum genealogiæ Chriſti caput, bis, primum apud Iudæos populares ſuos in Hebron, deinde latiùs ducto imperio Iſraelitis omnibus Hyeroſolimis imperauit, non ſecus Francorum Rex Clodoueus, cum inter ſuos in Francia & modica Galliæ parte regnaſſet, poſteâ amplificatâ longè latéque ditione in tota penè Gallia dominatus ſtabile, cum dignitate, Regni ſolium collocauit.

Genes. à c. 11. ad 17. Ios 14. ita Ephrem. Ambr. Philo. Maſius. Sera. Magalianus. vide Peter. & Salian.

2. Reg. c. 2. & 2.

Annos quindecim natus, à nato Chriſto anno CCCCLXXXIV. Rex ſalutatus: non modo Franciam, & Galliam, ſed totam Europam animo complexus, quam etſi minus paſſu peragrauit, certè victoriarum famâ, & armorum horrore compleuit: Ingens & dignum Heroë votum animo concepit, Romanos Galliâ expellere, & aſſuetum imperio populum in ordinem redigere, quando obſoleſcente Splendore virtutis nihil ferme Romani præter gloriam nominis retinebat. Adſcitiſque in belli ſocietatem Chararico & Ragnachario propinquis ac vicinis Regulis præcipuum, & pertinacem hoſtem Ægidij filium Syagrium Sueſſione regnantem adortus, in aciem apertè denuntiato bello prouocauit. Iniuria ferocem & feruidum natura iuuenem accendit. Collectis militibus, quos antè prouidus timor armarat prouocanti hoſti obuiam venit. Fortiſſimè, ac diù Matte ambiguo dimicatum. Demùm inclinante Romanorum acie in Francorum partes Fortuna tranſiit. Profligatus Syagrius Fugam iniit, Toloſamque ſe ad Alaricum recepit. At cum eò hoſte res erat qui vincere, & victoria vti optabat. Egit Clodoueus minis, vt ſibi Syagrius iure belli debitus redderetur, & obtinuit: nec deſtitit quin eum ſecuri cæderet: ne caput hoſtibus reliquum eſſet. Eius morte prona omnia ad Ligerim vſque habuit, & continenti ditione retinuit, nec citra Rhenum in Gallia tantum Trophæa poſuit, vltra in Germania collocauit. Toringis, qui quòd abeſſe viderant, Franciam vaſtarant, ſummâ celeritate bello appetitis, ac debellatis fulmen ſe oſtendit,

Sigebertus. Scaliger. Pontanus. Barolus. Romualdus. Chifflatius.

Gregor. Toronens. Fredegar. Hincmar. Aymoin.

Valerius. Baron. Spondan. Pontan. Vignerius.

Paulus Æmylius. Sammartha. Frænes.

Iidem Authores.

quòd ferri duritiem vi frangeret , & temporis moram celeritate vin-
Turonens. Hincmarus. ceret.

Efferatum effuſo gemini hoſtis ſanguine Clodoueum ecquis non pu-
Ado. taret? At ille in amores mollior , poſt tumulos thalamos cogitabat. No-
Fredegar. ua , ſed Religioſior Francum Martem Venus emolliuit, Clothildis virgo
Catholica, Chilperici Burgundionum Tetrarchæ filia natu minor, Paren-
Sigebertus te orba , ſed omnibus & animi , & corporis dotibus inſtructa. Huius nè
Sammarthani fama, an admriatio? primùm Clodoueum exciuit , ad vxorem ſibi à
Fratr. Gundebado Patruo poſtulandam, quam non precario tamen , ſed mi-
Ioan. Auentinus. nis, ne molliter nuberet, impetrauit. In eâ pulcherrimus corporis ha-
Pontanus. bitus, cum animi virtute certabat. Secum in Clodouei aulam honeſta-
tem & Religionem Bona cum Fortuna induxit, ac tot victoriarum cumu-
Rorico. lus, & præmium eſſe potuit. Hac ille ſibi thalamos prouidit. Sororem
ſuam Audefledā Theodorici Italiæ Regis thoro induxit: eamque Secun-
Valeſius. di à ſe Regis coniugem fecit. Breui ex Clotilde auctus filiolo, quem magis
Cælo, quam terris mater edidit, cum ſacro vixdum fonte luſtratus in ſu-
peros euolarit. Ne iacturam vbi lucrum ſalutis erat, Clodoueus putaret,
alium ſuſcepit , quem grauiſſimo paulò poſt laborantem morbò, ne Pa-
Aymoinus. Greg. Turon. ter in ſuperſtitionem verteret, matris Deus precibus condonauit, olim
Cheſnæus. naturâ genitum , nunc Fide procreatum. Alliciebat Clodouei animum
Syrmondus. vxoris Pietas, vti anteà cor pulchritudo. Iam que ex igne Clotildis, quæ
ſtudio trahendi ad Chriſtum coniugem ardebat, igniculi quidam in Clo-
douei mentem deciſi inciderant: ſed non erat flatus qui accenderet.
Martio fuit opus , vt generoſior quodammodo triumphatis, & idolis, &
Baronius. Spondanus. hoſtibus Fides eſſet. Inermis domi Ferociſſimo Iuueni Religio minùs
placebat , armari eam foris oportuit , vt arrideret. Igitur Alemanis
vicina populantibus , & cognati Regis Sigeberti Franci, qui Coloniæ
Agrippinæ regnabat, ditioni imminentibus , coniunctis cum eo co-
piis ſe oppoſuit. Alemani & multitudine ſuâ , & Fortunâ & præſentiâ
Sammarthani Fratr. Regis freti in aciem alacriter deſcenderuut. Ad Tolbiacum Vbiorem
pugnatum.

Vix vllum atrocius ac periculoſius prælium fuit , fortiſſi-
mis Regibus , ac populis ex inuidiâ & contentione pugnantibus. Voli-
tare tota acie Reges , iidem & Duces conſpici , eminere habitu corpo-
ris auguſti, manu prompti ſuos accendere , hoſtes terrere, vbi certamen
acrius, eò ſe conferre, ibi conari, inſiſtere, gradum inferre, loco mouere
hoſtem , & fugare. Sigebertus genu Saucius rem Francicam debilita-
uit. Ea parte Alemanus inuehi acriùs cæpit, inclinata Francorum acies,
fluctuare, turbari, tumultuari. Alemanorum erigi , confirmari, inſta-
Turonenſis. re. Iam Franci cedere, & mole incumbentis hoſtis premi , tantùm non
Fredegar. fugere.

Hoc in diſcrimine , re prope deſperatâ, Chriſti Seruatoris Clodo-
ueo ſtrenuiſſimè repugnanti in mentem venit , & obfirmato veſtigio,
vti erat elato brachio, intentato in vulnus enſe, cruentatis armis, ſudan-
te vultu, elatâ paulum caſſide, & erectis ad Cælum oculis, ſic ad eum:

Æquum erat, Domine, *vt qui tibi immortali cedere nolui, hoſti mortali inuitus cederem. A te ego, non ab Alemano vincor; nec me aliena vis, ſed mea culpa deiicit. Non iſta eſt fortuna belli, ſed vindicta criminis. Ad te redeo, ne vinci tuum patiare. Qui ſpem abieceram, Fidem tuam ſuſcipio, eâ mihi & ſpem, & victoriam reſtituee Stator es, ſiſte fugam; Seruator es, ſerua hunc exercitum, iam tui iuris, Debellator es, hoſtes profliga. Duo tibi Trophæa ſtabunt, alterum de me, de hoſte alterum: qui ſi vincat, non tibi, ſed idolis referet, & à me, ſi ſuperem, non idolis, ſed tibi locabitur. Quòd tuus ſum, ſi de me ille victor triumphat, de te quoque triumphabit: ſi de illo ego, de vtroque tu Chriſte triumphabis.* Non vehementius hoſtem fulmen quàm hæc oratio, percelleret. Additi Franco animi, Alemano adempri: conuerſa belli fortuna, penè deplorata Francis victoria, explorata momento fuit. Rege Alemani occiſo penitus profligati: non aliter euaſuri, niſi ſeſe Clodoueo dedidiſſent: qui minùs ob Religionem ferox, mitius habuit, illoſque à Chriſto ſeruatos, ſeruare incolumes, quàm perdere maluit. Extat pulchrum clariſſimæ huius victoriæ monumentum, in litteris Theodorici Regis, quas operæ pretium duco repræſentare. *Gratulamur*, inquit, *quod gentem Francorum priſca ætate reſidem feliciter in noua prælia concitaſtis, & Alemanicos populos victrici dextra ſubdidiſtis. Sed quoniam ſemper in auctoribus perfidiæ reſecabilis videtur exceſſus, motus veſtros in feſſas reliquias temperate. Quia iure gratiæ merentur euadere quos ad parentum veſtrorum defenſionem reſpicitis confugiſſe. Memorabilis triumphus eſt Alemanum acerrimum ſic expauiſſe, vt tibi eum cogas de vitæ munere ſupplicare. Sufficiat, illum regem cum gentis ſuæ ſuperbia concidiſſe, ſufficiat innumerabilem nationem partim ferro, partim ſeruitute ſubiugatam. Illa mihi bella feliciter euenerunt, quæ moderato fine peracta ſunt.* Ad extremum addit: *Quædam quæ ad nos pro veſtris vtilitatibus peruenerunt per harum portitores verbo vobis inſinuanda commiſimus, vt cautiores effecti optata poſſitis victoria conſtanter expleri. Veſtra ſiquidem ſalus noſtra eſt, &c.*

Paul. Æmyl. Pontan. Valeſius. Caſſiodor. epiſt. 24.

Non tamen opus fuit documento Theodorici, cùm Chriſtus clementia occupaſſer. Victoria vſus Clodoueus Alemaniam Rege orbatam, copijs deſtitutam, terrore attonitam, aggreſſus ſubiugauit. Baronius.

Domum deinde reuerſus ingentis voti compos, maioris Clotildem coniugem compotem fecit. Baptiſmi Sacramento luſtrari voluit, nec effuſo hoſtium ſanguine, quàm ſuſceptâ ſalubri aqua glorioſior extirit.

Onuſtus igitur deuictarum à ſe gentium ſpolijs, cùm rediret, Vedaſto viro Sanctiſſimo ex oppido Leucorum ſecum deducto, ab eoque & præceptis Chriſtianis imbutus, & miraculo confirmatus Rhemos venit: Remigio Epiſcopo inſtituendus, & ſacro fonte luſtrandus: habitaque ad ſuos oratione mentem ſuam expoſuit; & qui Dux anteâ fuerat, Apoſtolus eſſe cæpit. Perſuaſit multis eorum millibus, vt Chriſto Sacramentum dicerent, & eodem lauacro abluerentur. Dies igitur Baptiſmo deſtinata. Eâ ingens omnium ordinum concurſus, Templum aulæis conueſtitum, periſtromatis, tapetiſque conſtra-

Albin. Flaccus in vita Vedaſti. Surius. Petrus Romualdus. Hincmarus.

Fredegarius. Frodoardus. Greg Turon. Aimoin. Æmilius. Tom 1. Con Concil. Galliæ Ado. Hincmar. Append. Aimoin. Sammarthan. Valeſius.

tum, floribus cóſperſum, odoribus, ſuffitibuſque ſuauiſſimis vaporatum, cercis ac luminibus illuſtratum, Baptiſterium mirè exornatum. Aderat Pontificio more, ad ſacram elegantiam indutus Remigius. Accedentem ad ſe Regem Imperatorio adhuc faſtu tumentem, his verbis allocutus. *Mitis depone colla Sicamber: adora quod incendiſti, incende quod adoraſti.* Ad demiſſionem animi eruditus cæleſti eſt prodigio confirmatus, nam Clerico ad Fontem Chriſma deferente, nec turbâ locū dante, Columba candore niueo inſignis roſtro ampullam ferens, coram viſa, quæ Remigium petens, ſacrum illud depoſitum in manibus reliquit, & auolauit: vt & aqua conſecratà ablutus Chriſtianus è Fonte, & cæleſti peruncɫus chriſmate Rex, è manibus Remigij conſecratus exiret. Ac quo diuinum omne illud opus eſſe conſtaret, columba interfuit, & olim aquis Spiritus Sancti numine infuſa, & nunc Chriſmati dedicata: vt cuius demùm operâ & luſtratio Chriſtiana, & inauguratio Regia fieret, ex ſymbolo appareret. Ac vt eſſet ea Aqua Regenerans fæcūda, duæ ſorores Regiæ Albofledis, & Lanthildis cum tribus ſex ve hominum millibus cæleſti lauacro expiati. Quorum exercitus albis indutus veſtibus accenſis præ manibus cereis, ductâ ſolemni pompâ triumphatorem Chriſtum ſequebatur. Clodoueus ipſe tinctus, & vnctus, ſolito auguſtior ad maieſtatem compoſitus, aureo ſceptro, & coronâ ex auro thoris eminentibus, & lapillis radiantibus diſtinctâ, pendente bacchato gemmis è collo torque nitidiſſimo, mixto ex niueo purpureoque veſtitu, omnium ad ſe oculos conuertebar. Tunc Chriſto noua animorum, Eccleſiæ redituum acceſſio facta: & à quo Regna hoſtibus adempta, ditio Chriſti amplificata. Adeo verum eſt, qui Religioſi Principes ſunt, ab ijs non minui Eccleſiaſticum Patrimonium, ſed augeri. Id quo eſſet teſtatius Remigij qui author Baptiſmatis Teſtamentum declarauit.

Spondanus. Romuald. Vide Valeſ. Turonenſ. Aimoin. Fredegar. Hincmar. Frodoard. Surius. Pontanus. Apud Briſſonium lib. 7. Formul.

Ne continenti ſtilo orationem deducam, iniectus hic de tempore, loco que Baptiſmatis ſcrupulus facit. Fuerit ne dies Peruigilij Paſchatis, an Naralis Domini? certantibus, de ſplendore gloriæ totius anni diebus clariſſimis. Antiqui, diei Paſchatis litem adiudicant: Fredegarius, Hincmarus, Aymoinus, Frodoardus: Recentioris memoriæ pro natalibus ſententiam ferunt. Et quidem ij doctiſſimi ſunt; & habentur. Sammarthani Fratres, duo huius æui gemina Sydera, Tyndaridis etiam extra Helenam clariora: & Hadrianus Valeſius nouum veteris Hiſtoriæ lumen ſplēdidiſſimum. Quem ſanè præſtat audire.

In Valeſio lib. 6. Fredegar. Hincmar. Aimoin. Frodoard. Samarthani. Hadriano Valeſ. lib. 6.

De tempore non magis conuenit. Fredegarius, Hincmarus, ac Frodoardus (vti ſupra diximus) in peruigilio Paſchæ xvi. regni Chlodouei anno hoc actum eſſe ſcribunt, è quibus Fredegarius, *vt ſententiam ſuam confirmet, addit Clodoueum, cum Remigius* in Albis *Euangelii lectionem de Domini noſtri Ieſu Chriſti ſupplicijs ei exponeret, dixiſſe, ſi tum vixiſſet, atque Francis comitatus Hieroſolymis fuiſſet, Chriſti ſe iniuriam vindicaturum fuiſſe. Deceptos credo Hincmarum, ac Frodoardum verbis & auctoritate* Fredegarii; *Fredegarium autem, opinionis eius auctorem, veteri more, inſtitutóque Eccleſiæ, quæ non aliis diebus, quam Paſchæ, ac Pentecoſtes*

Catechumenis volentibus Baptiſmum conferri permiſit : quippe Nicetius Auguſtæ Treuirorum Epiſcopus, in antedicta epiſtola ad Dominam Clodoſoindam Reginam, Chlodoueum ſine mora baptizatum *ait, vt appareat, poſt victos acie hoſtes, ſubactamque Alamaniam, ſimul ac domum rediit, circa initium hiemis finémque anni Baptiſmum ei collatum, inſtante Chlothilde, non in Paſcha dilatum fuiſſe. Sed omnem dubitationem exemit, errorémque diſſoluit Alcimus Ecdicius Auitus, Viennenſis Epiſcopus, vir ingenio ac virtute eminens, & pro captu illorum temporum in proſa oratione, carminibuſque perfectus, atque (vt in epiſtola ad Fauſtum & Symmachum Senatores Vrbis & Conſulares ipſe ſe appellat) Senator Romanus. Hic igitur Auitus in Epiſtola, quâ Clodoueo Regi de accepto Baptiſmo gratulatur, viii. Kalendas Ianuarias, cum Chriſti natalis nocturna peruigilatione celebrabatur, præſentibus multis Epiſcopis tinctum eum indicat his verbis, quę ſi legiſſent Fredegarius & Hincmarus, in errorem non incidiſſent.* Gaudeat quidem Græcia habere ſe Principem legis noſtræ, ſed non iam quia tanti muneris dono ſola mereatur illuſtrari: quòd non deſit & reliquo Orbi claritas ſua. Siquidem & Occiduis partibus in Rege non nouo noui iubaris lumen effulgurat, cuius ſplendorem congruè Redemptoris noſtri natiuitas inchoauit: ut eo die ad ſalutem regenerari ex vnda vos pateat, quo natum redemptioni ſuæ cæli Dominum mundus accepit. Igitur qui celeber eſt natalis Domini, ſit & veſtri, quo vos ſcilicet Chriſto; quo Chriſtus ortus eſt mundo. Eo teſtimonio res videtur eſſe confecta, & ſanè manus Sammarthani dederunt, ac propè fuit vt ergo darem. Sed me deterruit tot ac tantorum Scriptorũ contra ſentientium authoritas, & Religioſa illorum temporum conſuetudo, maloque cum ijs errare, & hac nota à Valeſio cenſeri, quàm clariſſimæ authoritati, & conſuetudini receptiſſimæ contraire. Nollemque tam ſibi Valeſius indulgeret, vt clariſſimorum Authorum ſententiam ſupercilio ſuo ſuſpenderet, ac erroris eos appellaret. Tantinè putat vnam Alcimi Auiti epiſtolam, vt ob eam non deſerenda modo, ſed reprehendenda vetus ſententia ſit ſacrâ Priſcæ Eccleſiæ conſuetudine confirmata? cum præſertim qui eam tradiderunt Authores, alij vicini illorum temporum fuerint, alij non admodum remoti, alij Rhemenſes Archiepiſcopi, quorum magni, quæ ad illam pertinebât Eccleſiam, ſcire intererat. An omnes eos huiuſmodi latuit epiſtola? Quòd ſi latuit, latere certè diei tam celebris memoria non potuit. Ac receptam in ea Eccleſia traditionem Auiti authoritati antepoſuerunt. Quam & ego hiſce nixus argumentis antepono. Ac primùm à Valeſio pro ſe adductum retorqueo. Probat ex Nicetio, Natalium Peruigilio baptizatum Clodoueum: quòd hic affirmet: poſt victos acie hoſtes ſubactamque Alemaniam cùm domũ rediiſſet, *fine morâ* eſſe baptizatũ. Id aſſumo, & in Valeſium remitto. Partâ victoriâ de Alemanis, quid Clodoueus egerit ex ipſomet Valeſio diſcamus, vt appareat non potuiſſe eo anno Clodoueum baptizari. Sic igitur Valeſius proximè ſcripſerat. *Fuſis, fugatiſque circa Tolbiacum, vt ſupradictum eſt Alemanis, Clodoueus Francorum Rex Rhenum tranſit, & cum victore exercitu ingreſſus Alemaniam, ac Sueuiam, exceptis qui in Italiam perfugerant, gentes, regioneſque eas à Mano fluuio ad Alpes Rhæticas vſque promiſſas edomuit.* Certè

[Margin notes: Baronius. Spondanus. — Alcimus Auitus. epiſt. ad Clodoueum apud Valeſ. — Valeſius l. 6. Pontanus. Romualdus. Baronius. Spondanus.]

Certè vt breuis eſſet huiuſmodi expeditio, ſemeſtris eſſe oportuit. Nam
Caſſiodor. longiſſimi itineris: eùm copijs ſuſcepta: deinde ne omnia prona victori
eſſent, gentis ferocia vetabat: itaque & morandum, & bellandum fuit;
Æmilius. quod nobis concedit Valeſius: dum ait *edomuit*. Præterea vt bello abſtineret, ad accipiendos in fidem tot populos, eoſque pactis, & legibus confirmandos, idonea temporis mora opus erat. Ad hæc tributa imperanda, pecuniæ exigendæ, præſidia imponenda, legationes audiendæ, negotia expedienda. Demum redeundum in Galliam, non citato agmine, ſed victoris pompâ, & Rex cum plauſu, in quæ veniret oppida, recipiendus. Quid? quòd multa, quæ tempus carperent, inciderunt. Nam
Albinus Flaccus in vita Vedaſti. Vedaſtus Atrebatenſis poſteà Epiſcopus, ipſo teſte Valeſio aditus, & in comitatum acceptus, vt magiſter auditus; & Solemnis Carnotenſis inuitatus, allectus, in ſocietatem doctrinæ adſcitus: vterque cultus, ob-
Surius. Spondanus. ſeruatus, editis miraculis populos exciens, qui lacinijs veſtium apprehenſis moras injicerent.

Apud Rhemos, quid actum antè Baptiſmum ſit, ex eodemmet Vale-
Valeſius ſup. ſio audiamus: *Clotildis viro læta occurrit, victos hoſtes gratulatur.* Nec ſolam opinor, ſed & ciues communi conſenſu, imo, & inſtitutis ſolemnibus gratulatos, *ordinem rei geſtæ cognoſcit, confeſtimque dum propoſitum calebat, ne dilatio obliuionem, aut conſiliis mutationem afferret, Remigium clam accerſitum orat, vt Regem ad votum ſoluendum, & ad Baptiſmum hortaretur.* Iam properatur. At quanta interceſſerit mora videamus. Hortantem inducit Remi-
Greg. Turonenſ. gium, & quidem clàm, ne ferox victoriâ exercitus quid ageretur agnoſceret. Quid tum? *Probabat Rex ſalubre conſilium: nec recuſabat voto ſe exoluere, ſed Francis patrii moris tenacibus, materiem ſeditionis præbere metuebat.* Plus hîc
Sigebertus. morarum, quam putabat, Valeſius obtruſit. Tandem *commodiſſimum vi-*
Frodoard. *ſum eſt apud exercitum orationem habere.* Sed habuit, & perſuaſit. Fateor, imo & addo: ſtatim, vt dixit, dixitque breuiter, perſuaſiſſe. At id quod ſequi-
Fredeg. tur breui ne fieri potuit? *Cæteri catechumeni, quæ ad ſacra pertinebant, fecere.*
Vide Valeſ. Quandiu id tenuerit iudicio Valeſij definiendum relinquo: à quo tria
Spondanus. minimùm millia baptizata traduntur. Addat ſororem, vel ſorores potiùs
Romualdus. duas inter eos inſtituendas fuiſſe, ac ſolemnia ad Baptiſmum præparanda. Et quidem edoctum palàm cùm alijs Catechumenis, ſolemni illius ætatis inſtituto, Spondanus hiſce verbis prodidit. *Hoc enim ipſo anno, qui Clodoueι Francorum Regis numeratur decimusquintus, idem Clodoueus continuis S. Clotildis vxoris ſuæ admonitionibus fatigatus, vt fidem Chriſtianam amplecteretur, negotium diutiùs procraſtinans, tandem aliquando cùm in acerrimo contra Alamannos prælio conſtitutus, vidiſſet ſuos ad internecionem ruere, inuocatis fruſtrà diis ſuis, compunctus corde, eleuatis in cælum oculis, vouit Ieſu Chriſto, quem Clotildis prædicaret Filium Dei viui, ipſius ſe fidem ſuſcepturum, dimiſſo deorum cultu, ſi victoriam contra hoſtes indulgeret. Itaque eodem inſtanti terga vertentibus Alamannis, glorioſiſſimâ potitus victoriâ, quâ Regem ipſorum interemit, ac reliquos ſuæ ſubiecit ditioni; paulò pôſt, eâdem agente Clotilde, à S. Remigio Epiſcopo Rhemenſi de voto exoluendo ſollicitus, libenter aurem præbens, ſollicitare, & ipſe priùs ſuos Francos vellent ſecum Chriſtianam fidem amplecti, qui etiam antequam ipſe loqui inciperet, præcurrente potentiâ Dei, omnes pariter acclamarunt:* Mortales Deos abjicimus,

piè

piè Rex: & Deum quem Remigius prædicat immortalem, ſequi parati ſumus. *Quare ritè paratis omnibus, Rex prior popoſcit ſe baptizari, cui ad baptiſmum ingreſſo infit Remigius:* Mitis depone colla, Sicamber; adora quod incendiſti, incende quòd adoraſti: *ac poſtmodum idem baptizatus eſt, ac ſacro chriſmate delibutus: & vna cùm ipſo, ſoror eius* Albofledis, *& magna pars exercitus. Hæc quidem, qui Res ab eo geſtas ſunt proſecuti teſtantur; ac præcipuè antiquior cæteris hiſtoricis* Gregorius Turonenſis. *Verùm & in eiuſdem Regis conuerſione laboraſſe pariter S. Vedaſtum Epiſcopum Attrebatenſem, atque Solemnem Carnotenſem, editis etiam in fidei confirmationem nonnullis miraculis, alii auctores tradunt. At præ cæteris S. Remigio conuerſionis eius populi, ac Regis, eſt gloria tributa; ipſeque peculiariter Francorum Apoſtolus appellatus. Nam & Hormiſda Papa in litteris poſteà ad eum datis, cùm ei per vniuerſum Regnum vices ſuas credidit, teſtatus eſt ipſum plurimis, & Apoſtolorum temporibus æquiparandis ſignorum miraculis, Clodoueum Regem cum totá eius gente conuertiſſe.*

Ex quo patet nec eum tam breui, vti Valeſius exiſtimare voluit, ſacris
imbutum præceptis, nec niſi cum reliquis: atque adeo non antè Paſ- Valeſius.
chatis ſolemnia, baptizari potuiſſe. Mihi perſuaſiſſimum eſt non eodem Vide Petr. Romuald. &
anno quo Tolbiacam reportauit victoriam, ſed proximo, ſacra Myſteria Bard.
ſuſcepiſſe, quod & placere video Chronologis qui non in eundem annum victoriam, baptiſmumque coniiciunt. Quare Romualdus annum cccc xcvii victoriæ de Alemanis, & ſequentem cccc xcviii Baptiſmo aſſignat. Neſcio an maius apud me momentum habeat argumentum ex illorum temporum conſuetudine petitum: Baptiſmata huiuſmodi libe-
bera, & ſolemnia Paſchati addicente: quòd enim ſum verſatus in Patri- Vide D. Auguſtinum.
bus, & antiquis conſtitutionibus, Religioſiſſimè id obſeruatum com- Baronius.
perio, vt horror animo meo quidam ſacer inceſſat, ſi velim ſacrum illum morem conuellere. Quare non modo iudicio, ſed conſcientia item adactus, hanc veterum tot Authorum ſententiam ſequor: veniamque à Sammarthanis Fratribus, & Valeſio peto, ſi minùs hîc eorum iudicijs acquieſcam. Et quidem hac ego me ſententia, ſingularem à Gallis initurum gratiam puto, cùm nolim fateri ab ijs qui amantiſſimi, & obſer-
uantiſſimi ſacrarum antiquitatum ſint, tam ſolemnem, & inueteratam Lege Spond.
conſuetudinem violatam fuiſſe. Imo tantum ijs Religionis tribuo, vt Syrmond.
credam, quòd ij Galli fuerint, nulla ratione paſſuros, vt extra Paſchatis le- Petauium.
gitimum tempus tãtæ gloriæ Baptiſmus inſtitueretur. Auiti epiſtola non tanti apud me eſt ponderis, vt propter illam à ſententia dimouear: cùm illa præſertim haud incongruè de Paſchatis etiam tempore intelligi poſ-
ſit: nam quod *natum* eo die *Chriſtum dicat*, & *natalem Domini* appellet Ita D. Aug.
eo ſenſu accipi poteſt, vt de renato ad immortalitatem Chriſto ipſo die Nazianz.
Paſchatis natalitio intelligatur. Nec admodum violenta interpretatio Chryſoſt.
eſt, cum Diuus Paulus genitum ea die Chriſtum dicat, ac de Reſurre-
ctione Domini illum Dauidis verſiculum. *Ego hodie genui te*, planè inter- D. Paul.
pretetur. Ac eo modò Patres loquuntur, vt è ſepulchro Chriſtum tan- Actor. 13.
quam ex vtero prodiiſſe affirment: ac proinde natum reſurgendo prędi- Pſalmo 2.
cent. Imo & Eccleſiaſtica phraſi, cuiuſque Martyris obitus dies, eius Martyrol.
haud dubiò natalis dicitur. Qua ratione Auitus, qui & eloquens, &

Fredegar. Vide Valeſ. Spondanus.

Poetices perituseſt author, Paſchæ Natiuitatis Chriſti diē placuit appellare. Auctarium eſto illud, quod à Fredegario ſcribitur. Remigium ſabbato ante Paſcha, Euangelicam, & Dominicæ Paſſionis Lectionem Clodoueo expoſuiſſe; ac ea ſancte commotum Clodoueum vindicandæ Chriſti iniuriæ ſtudio exarſiſſe: corámque exclamaſſe: *Se ſi tum vixeret, & Francicis copiis, vti erat ſtipatus eſſet, pænas de Iudæis acerbas ſumpturum.* Quæ vt fabula ſit à Fredegario excogitata, adduci non poſſum, vt credam: maximè cùm ei Euangelia, & verba ex Euangelio Ioannis in narratione Spondani contenta conueniant. Nam cum illa Euangeliā Paſchatis ipſo tempore recitari ſoleant, inde deducimus non fore ab eo aliena: certè ſi Baptiſmus in Natales Domini incidiſſet, propriæ, opinor, illius ſolemnitatis Euangelicæ lectiones haberentur, nam nec in Paſcha Natalitia, nec in Natales Paſchalia conuenirent.

Valeſius. Sammarthan. Fredegar. Aimoin. Frodoard.

Hâc expeditâ quæſtione: altera ſupereſt, de loco vbi tinctus Clodoueus. Sed eam minoris eſſe puto, quàm vt morari operæ pretium ſit. Itaque modò conſtet Rhemis ablutum, quòd omnino fatendum, non admodum intereſt, in Diuæ ne Virginis, an Diui Martini Luſtratus fuerit ſcire. Quanquam ego in Ædem Virginis magis propendeam. Id apud Valeſium accuratè, vti ſolet, diſcuſſum inuenies, à quo tamen Eccleſia Diui Martini deſignatur.

Turonenſ. Aimoin. Spondanus Samarthani. Æmylius. Procop. Gregor l. 2. Aimoin. l. 2.

Omiſſo interim Fonte Baptiſmatis, quò nobis poſteà redeundum: quid deinceps Clodoueus domi, foriſque preclarum geſſerit obſeruemus. Ac primùm Religionis firma præſidia conſtituit, Templis erectis, Concilijs indictis, Epiſcopis initiatis, ſacra ſupellectili inductâ, reditibus Eccleſijs aſſignatis, Re ſacrâ vbique munitâ, auctâ, amplificatâ. Religio apud eum primas, ius ſecundas habuit. Vxor ſanctiſſima Clotiltildis ei ad Fidem amplectendam Dux, & Author fuerat: is Clotildi cædis Paternæ vltor, iuris hereditarij vindex fuit. Gundebaudus Clotildis parentes ſuſtulerat, morte vtriſque immaniter illatâ, partem Imperij (in Burgundia omnes regnabant) in ſe tranſtulerat: eâ fruebatur. Nec ſuo Fratriſque Chilperici contentus, alterius, qui cum diuiſo imperio regnabat Gondeſili ditioni adiicere oculos cæpit. Hic vt imminens malum auerteret bellum Gundebaudo intulit, opemque à Clodoueo poſtulauit. Nactus hic occaſionem vxoris Patrimonium repetēdi, mouit in Gundebaudum, facilè vicit, & fugauit. Victus Auenionem confugit. Obſeſſum ad veniam, pacemque petendam Clodoueus adegit. Nec vlteriùs irâ progreſſus in fidem accepto, tributum imperauit. Breui ad ingenium rediit Gundebaudus, fidem fregit, arma parauit. Refractarium Clodoueus edomuit, & in exilium ad Gotthos compulit: & parte Imperij vxoris propriæ vindicatâ, reliquam Sigiſmundo, Gundebaudi filio nomine beneficii poſſidendam reliquit, & aſſerto iure iniuriam remouit, & adiectâ regno inferiore Burgundiâ imperium amplificauit.

Sammarth.

Vide Spond. Valeſ. Sammarth. Turonenſ. Aimoin.

Ille demum veram Clodouei ſpeciem animo author cepit, qui eum alterum Conſtantinum dixit. Rei Chriſtianæ, & ſtatorem, & vindicem, & propagatorem. Angebant Religioſi animi Regem afflictę in Narbonenſi, & vicinis Galliæ Narbonenſis oppidis Chriſtianæ partes, ab Alarico Ariano ſubiugum miſſæ, latè ea peſtis, quæ to-

quæ totum penè Orientem infecerat, Occidente graſſabatur: cui oppoſito ferro Clodoueus occurrere deſiderabat. Sed occaſio deerat iuſta & idoneæ arma inferendi: nec ille volebat vt Religio, dilatandi prętextus Imperij videretur. Magnam, & grauem Alaricus natura trux, & ingenio ferox indicto ſanctiſſimis Cæſario Atelatium, & Quintiano Rutenorum Epiſcopis exilio, & ſtudio proferendi Arianiſmi declarato. Inde primùm diſſenſio, mox ſimultas, tandem diſcordia oriri cæpit. Et quamquam ſopire eam principio Theodoricus ſtuduit, obtinere non potuit, ac quòd Arianæ factionis erat, partibus Alarici ſuſceptis, bellum Francis denuntiauit.

Baronius. Paulus Æmilius. Pontan. Cypr. in vit. Cæsar. Iſidor. in Chron. Caſſiodor. 3. epiſt l. 2. 3 4. Fauchet. Romuald. Gregor. Turonenſ. 2. Hiſtor. c. 7.

Iuſtiùs nouo, ac hæretico exoriente hoſte Fidei amore Clodoueus exarſit. Cæleſtibus actum ſtimulis arma ſumpſiſſe Turonenſis teſtatur: & vt ille non diceret, quæ antè, & in ipſo prælio aut à Clodoueo, aut circa Clodoueum geſta, Religionis eam fuiſſe cauſam demonſtrant. Ac quò maior narrationi authoritas ſit, Spondanum repræſento. Anno Chriſti 507. ex Baronio iſta differentem.

Spondanus in Epitome. Baronius anno 507.

Intereà verò Clodoueus, conciliato ſibi imprimis cæleſti numine, & Sanctorum patrocinio, tum erigendo Pariſiis ex Conſilio S. Clotildis coniugis ſuæ Eccleſiam in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli; tum monitu S. Remigii Rhemenſis Epiſcopi, conuocando in ciuitatem Aurelianenſem *Synodum, (cuius extant Acta, canoneſque triginta tres ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinentes, ſummâ prudentiâ in eo ſancita totidem Epiſcopis, è quibus notiores extiterunt* Gildardus *Rotomagenſis*, Lupus *Sueſſionenſis*, Melanius *Rhedonenſis*, Quintilianus *Rutenenſis, &* Theodoſius *Antiſiodorenſis, quos inter Sanctos colit Eccleſia Catholica:) tum etiam ſeueriſſimum edictum promulgando, nequid eo bello à militibus damni inferretur Eccleſiis, ſacriſue miniſtris, ac perſonis, rebuſque ad eos ſpectantibus: his, inquam, preuiis ſanctiſſimis actionibus, acceptâque ab eodem S. Remigio benedictione, nec non pleno vaſe Vini benedicti; (quod diuina virtute vſque ad finem belli multiplicatum eſt;) aduerſus hoſtes progreſſus, & apud Turones, in ipſo ingreſſu Eccleſiæ ſancti Martini, ex Pſalmi prophetiâ auſpicium victoriæ accipiens: atque in agro Pictauienſi, prodigioſo phari igneæ, e baſilica ſancti Hilarii ſuper ſe aduenientis, ſigno ſecurior redditus; inito in campo Vocladenſi, decimo ab vrbe Pictauienſi milliario, acerrimo prælio, Alarici exercitum ingenti cæde deuicit, ipſumque Regem manu propria occidit; ſed & maxima ipſius ditionis parte, omnibuſque theſauris potitus eſt. Quæ quidem omnia, præter alios Francicarum rerum ſcriptores, narrant huic tempori quo ea geſta ſunt viciniores, Gregorius Turonenſis, & Hincmarus Rhemenſis. Sed & Procopius Græcus hiſtoricus, de iiſdem agens, (etiamſi aliquantùm diuersè) tradit inter opes regias Alarici, quas Alaricus quondam Senior cùm Romam cæpiſſet abſtulerat, exiſtimatam fuiſſe Salomonis pretioſiſſimam ſupellectilem, ingentis prætii gemmis ornatam, quam olim ex Hieroſolymis aduexiſſent Romani. Habetque inſuper Gregorius, pręter alia miracula, quę in eâ expeditione diuinitùs acciderunt, muros Engoliſmæ ciuitatis munitiſsimę, coram ipſo Clodoueo ad eius obſidionem ſe accingente, ſponte corruiſſe: cùm autem idem Rex apud Burdegalam hyemaſſet, rediiſſe Turones, & multa Baſilicę S. Martini munera obtuliſſe.*

Quæ momẽta victoria attulerit exponam. Cófirmata & propagata pri-

Sammarthan. Pontan. Spondanus. Gregor. l. 4. Pontan. Valeſius. Turonenſ. Aimoin. Vaſſebourg. Roſier. Petrus Romualdus. Vigner. Iſaac Pont. Samarthan.

mùm Religio, quæ afflicta & oppreſſa Arianiſmo grauiſſimè laborabat. Francica deinde ditio aucta Pictauio, Aruerniâ, & Tholoſâ Regni Alarici capite, & magna Narbonenſis Galliæ parte: ac totam occupaſſet Clodoueus, niſi ſe Theodoricus armis opponeret: à quo ferrum leui temperauit. Occaſione tanti belli, quo ſe minùs benè, vel minus breuiter explicare Clodoueum poſſe credebant, Galli Armorici defectionem tētarunt: ſed expedita in ſe victoris Principis arma verti ſenſerunt: ac Regis creandi quod agitabant, ſpe deiecti, Comitem à Clodoueo beneficiariæ poteſtatis acceperunt.

Importunæ Vicinorum & affinium Regum ſeditiones ne?an proditiones, arma Clodouei in 'Arianos Gothos prona reuocarunt. Sigebertus Coloniæ, Chararicus Cameraci, Ranacharius Ambiani Principes tacitè ſiue inuidiâ, ſiue metu, certè dolo malo, in Clodoueum coniurarant, & quòd eius ſuſpectæ opes eſſe ceperant, carpere attenuando, & occupando cogitarunt: vt dum ſibi quiſque partem vendicaret, & ille minus ad inferendum, & ſibi magis ad propulſandum bellum virium eſſet. Iuſta indignatione commotus Clodoueus, armis omnes anteuertit, & occupauit. Vicit acie, poſt aciem cepit, nec ab illorum cæde abſtinuit. Qui Regno ſe exuere tentarant, eos vitâ ſpoliauit.

Vignetius Valeſius. Vide Romuald & Samarthan. Gregor. Turonenſ. Samarthan.

Hîc Galli nobiles quidam Authores Clodoueum non crudelitatis modò, ſed ambitionis labe aſpergunt; perinde ac in his Principibus, & bello appetendis, & Regno vitaque ſpoliandis, conſanguinitatis, pietatis, imo & iuſtitiæ fines tranſierit, atque adeo & ius humanum, diuinumque contempſerit. In quo multus eſt certè Valeſius, qui neſcio quo vituperandi Clodoueum ſtudio ductus, datâ ipſum operâ vadatur, & damnat: authoritate Turonenſis Gregorij, ad quem prouocabat, Clodouei Innocentia, prorſus repudiatâ. Mihi in animo eſt illum ab iniuria vindicare. Ac primum vindicem habeo locupletem, ipſumque ſanctiſſimum Authorem Gregorium, cui libenter ſanè aſſentior. Deinde ecquis illum antiquorum eo nomine reprehendit? Præterea illa, quæ immania videntur, erant certè ad ſalutem Regis, Regnique neceſſaria. Quæ ſanè omni eſt ſtudio munienda: cuiuſque tanta haberi ratio ſolet, vt ad eam tutandam multa liceant, quæ aliter minimè licuiſſent. Quot quæſo, & quanta non modo Imperatoriæ leges, ſed etiam Pontificij Canones, ad Regiam maieſtatem tuendam, ne lædatur; ad vindicandam, ſi læſa ſit, permittunt? vt aliquid de ſuo iure quodammodo Eccleſia videatur remittere, ac dignitati Regiæ condonare? longiùs hoc eſt poſitum. Propiùs accedamus. Authores aduerſarios rogo, Fueritne Clodoueo cauſa belli mouendi? Credo non negabunt: At eam non ſatis fuiſſe occurrunt, vt ij Reges è medio tollerentur, nullam vero eſſe potuiſſe, vt illorum quemquam ſuapte manu Clodoueus occiderit. Repono, Si ad bellum inferendum cauſæ ſatis fuit, ea ſanè abundè ad tollendos quoque Reges eſſe debuit: cùm multò maius ſit malum bellum ex integro mouere: quòd illud multa tetra & immania ſequatur, quàm vnū & alterū Regem extinguere. Deinde mihi perſuadeo Reges illos non niſi magnis, iuſtiſq; de cauſis à Clodoueo interfectos; cū anteà

Gundebaudum occiſo fratre & vxore fratris, bellum aduerſus fratrem ſuperſtitem nefarium molientem, & cum in ſuam redegiſſet poteſtatem ſeruare maluerit, quàm occidere. Quod argumento eſt cùm ei mortem intulit, non temerè, ſed iure intuliſſe. Præterea ecquis Clotildem ſanctiſsimam feminam Parricidij arguat, quòd Clodoueum ad id bellum ſtimularit? Igitur ſi Clotildem abſoluerimus, neceſſe eſt, vt Clodoueum à culpâ liberemus. Iam verò conſtat ab eo Charaticum, & Filium Regno tantùm exutos, & in Monaſterium truſos eomamponere coactos, quòd nollet eos trucidari. Vnde perſpicitur nouam aliquam interueniſſe cauſam, ob quam poſteà interfici meruerunt. Igitur credendum proditionis eos fuiſſe compertos, atque adeo iure necatos. Cum id genus crimen mortis reos conſtituat, & necem ſoleat prouocare. Quod in Salomone obſeruandum, cui eùm in mandatis moriens Dauid relinqueret, vt Ioabum de medio tolleret, diſtulit exequi, donec ille ſe ob Adoniæ contubernium ſuſpectum proditionis reddidit, quo nomine in eum animaduerti iuſſit, nec Altâris, ad quod ſupplex confugerat rationem haberi voluit. Iam verò ab eodem Salomone Adonias Frater ob affectati Regni ſuſpicionem interfectus, documento eſt illos Principes à Clodoueo, quòd Regno inhiaſſe deprehenſi, iure oprimo eſſe occiſos. Quod autem ſuapte quenquam manu interfecerit, non multum moror, cùm ſi iuſtè iis mors inferebatur; nihil ſuâ ne, an aliena manu inferretur, planè intereſſet. Cùm præſertim Clodoueus vir militaris eſſet, Regiſque ac Ducis æquè perſonam ageret, & gladio pro ſceptro vteretur. Quod ſi ille hac in re peccauit, næ non tantoperè ab antiquis illis & ſanctiſſimis ſcriptoribus laudaretur.

Aymoin. Turonens. Procop. Æmylius. Pontan. Vales. Sammarth.

2. Reg. 2.

Quorum Auytus *Religioſum Catholicæ Eccleſiæ cultorem appellat.* Aymoinus *Plenum Amoris Diuini.* Fortunatus Epiſcopus Pictauienſis *Meritis feliciſsimum*; Fredegarius *Chriſtianiſsimum.* Sanctus Remigius Rhemenſis Archiepiſcopus, & Author grauiſſimus vitæ Sancti Arnoldi Epiſcopi Metenſis *Dilectum à Deo,* quibus ſane titulis manifeſta, & heroica ſâctitas exprimitur appellât, ac eo demùm nomine à multis donatur, ac inter Cœlites recenſetur. Quam ille certè opinionem, ſi in extremo illo vitæ actu tot ambitionis & crudelitatis nefariæ exempla ederet, minimè collegiſſet. His non mediocre authoritatis pondus adiicit, quòd cum hiſce confectis bellis Pariſios Regni ſedem veniſſet, ac periculoſè ægrotaſſet, Sanctiſſimi viri Seuerini Agaunenſis Abbatis precibus morbo liberatus: ac cœleſti per ſpeciem viſu recreatus, monituq; Diuino impulſus ſupremas ad Deum curas conuertit, & in Caſtro Nantonienſi à negotiis turbâque ſemotus, ſumma certè animi tranquillitate Spiritum Deo reddidit. Quæ non homini opinor ſanguinario, ac inſolenti, Regnorum euerſori, ac Parricidæ recenti cruore inquinato accidiſſent.

Auitus. Aymoin. Fortunat. Fredegar. Rhemig. Sauar. Præs. in vit Clodo. Baron Syrmōdus in not. ad ſanct. Auitum.

Spondan. Faſtu. in eius vit. Surius.

Atque hic ego incendor. An ille cupidus, & ambitioſus, raptorque ſceptrorum, qui tot vrbes, tot oppida, Monaſteriis, Eccleſiiſque donauit? qui tot reditibus Chriſti Patrimonium auxit? qui tot erexit templa, tot Aras conſtituit, tot Baſilicas dedicauit? Nonne ab illo ſpolia, & quidem opima, de Alarico Rege parta, apud Diuum Martinum Tu-

ronis depoſita, eius magnificentiam atteſtantur. Nonne pretioſiſſima ex auro & gemmis Anaſtaſij Imperatoris munus clariſsimum, Corona Romam ab eo miſſa, & Romanæ Eccleſiæ conſecrata? An ille qui Conſulatum, & Patriciatum Auguſti titulo auctas dignitates multorum ſententiâ recuſauit, quòd ab hæretico eſſent Imperatore oblatæ, Catholicorum ambiret Imperiũ, eoſque Principatu ſpoliaret, vt Fidem corumperet, ac Pietatem euerteret. Ille qui, acceptâ Imperatoriâ Purpurâ, & Conſul ſalutatus, & militaribus acroamatis, & populari plauſu exceptus, ingentem auri, argentique vim effusè expendit, & coniectis in aërem nummis aureos imbres formauit, tam eſſet auarus & cupidus, vt in alienos theſauros per ſummam iniuriam inuolaret? Conſulant hi, qui eum huius criminis arguunt, acta Concilij Aurelianenſis, & Sanctiſſimi Archiepiſcopi Rhemenſis Remigii teſtamentum, ac tot quot legerint lineis, videbunt ſuam temeritatem refutari. Abſit, vt Clodoueus Religioſiſsimus conſcientiam abiiceret, humaniſsimus ius humanitatis euerteret, magnificentiſsimus rapinam exerceret, manſuetiſsimus Pietatem violaret.

Baron. Valeſi.
Concil. Gall. Petau. Baron. Pontan.

Turonens. Aymon. Spondan. Hincmar. Aymoin. Ado Vien. Turonens l. 2. c. 38. Spondan. Valeſius. Mecum ſentit Vigner.

Clariſsimarum victoriarum, & virtutum Clodouei fama, exciuit Imperatorem Anaſtaſium Conſtantinopolitanum, & miro ineundæ cum eo amicitiæ ac ſocietatis deſiderio inflãmauit. Honeſtiſsimam igitur, & ornatiſsimã cum Purpura, & Coronâ, & Cõſularibus libellis legationẽ miſit, quo eum ſummũ Regem eſſe ſignificabat, ac illi Conſularem dignitatem offerebat. Qua de re apud omnes ferme authores conſtat. Illud controuerſum. Admiſerit ne oblatum Conſulatum, an reiecerit? Turonenſis Gregorius, & Antiquiores aiunt. Baronius ac Recentiores, negant. Mihi iuratum antiquiores ſequi. At geſsiſſe non legimus: nec enim Clodouei nomen in tabulas relatum. Fateor, aliud tamen opinor eſt, admittere honorem, aliud gerere magiſtratum. Honorarium illud munus erat, accepit Clodoueus, quod erat dignitatis, quod erat operæ, non admiſit. Nam nec vrbanitatis erat, oblatum ab Imperatore munus recuſare, nec authoritatis iniunctum miniſterium obire. Ita Clodoueus accipiẽdo honorem, comitati; recuſando officium, dignitati ſatis fecit. Qua ego ſanè diſtinguendi ratione argumenta recentiorum refuto. Qui timent, ne ſi Clodoueus Conſulatum ab Anaſtaſio acciperet, eo ſe inferiorem profiteretur: ac dum eum eximere Imperij iure volũt, inurbanitatis labe aſpergunt. Ego qui accepiſſe, ab Authoribus idoneis prodi video, geſſiſſe tabulis conſtare non video, vtrique ab eo conſultum exiſtimo, & comitati admittendo decus, & dignitati recuſando munus. Nihilque aut de vrbanitate hominis, aut de dignitate Regis detraho: ac nihilò me magis deeſſe veritati exiſtimo. Cum enim ille Conſulatus honorarium quiddam eſſet, ac liberè & ab Imperatore offerretur, & à Clodoueo liberè recipi deberet, potuit, vti relinquebatur arbitrio, ita & arbitrio temperari, vt nimirum honor maneret, onus ne grauaret.

Quid? quòd, ſi in Tabulis nomen Clodouei ineſſet, ego non dubitarem Conſulem egiſſe fateri? Nec inde tamen quicquam eius ſummæ Regiæ Authoritati demerem; Itaque non eò inficior Conſulatum geſſiſ-

ſe, quòd putem detractum iri dignitati, ſi, geſſiſſet, ſed quòd in faſtos relatum non inueniam. Ac egregiâ, & Gallico iudicio dignâ me ratione expedio. Licet ille Conſulatus gereretur, nihil Regiæ, ac ſummæ dignitati decedebat. Geri igitur à Clodoueo potuit. Aſſumptum probem. Nam illud munus honorarium quiddam erat, ſponte ac comiter oblatum, quod addebat aliquid ſplendoris Regiæ dignitati, non detrahebat: & Amoris ſignum indicabat, non vim Imperij continebat, vti enim in rem Sidonius *Princeps Conſule creſcebat*. Ratiocinationem exemplo confirmo. A Rege Angliæ inſtitutus Iarreteriæ ordo militaris: multi ab illo, & ſucceſſoribus Reges in eum ſunt accepto inſigni recepti, nec tamen idcirco Angliæ Regibus inferiores. A Duce Burgundiæ Vellus aureum excogitatum, an eo quicunque donati fuerunt, eo Duce aliqua ex parte minores? Quin exiſtimo, ſi hodie ſummus Pontifex Ciuem Romanum, Regem vel Galliæ, vel Hiſpaniæ inſtituat, non ideo ſubditum Pontifici Romano futurum, cùm honor ille ad Amorem exhibendum offeratur, non ad obedientiam exprimendam. Deſinant igitur Recentiores iſti, inter quos Valeſius eſt, Authores, inani hac terroris ſpecie commoueri. Hiſt. Ordin. & Anglic. Hiſt. Burgun. & Flandr.

Atque hic ego Ioannem Iacobum Chiffletium ſerio, & grauiter reprehendo, quòd hoc argumento recepti ab Anaſtaſio Conſulatus, Regnum ab eo etiam accepiſſe, atque adeò Regem inſtitutum affirmet. Quod homini docto in mentem veniſſe potuiſſe mirarer, niſi viderem cum ingenium, ac doctrinam Cathol. co Regi addixiſſe. Tam turpe eſt adulationi ſeruire: vt non modo quis cum ſtudio veritatis iudicium, ſed & conſcientiã, frontemque abiiciat. Si Annalium Chiffletius monumenta conſuleret, ac in quo tum eſſent Conſtantinopolitani Imperij ſtatu res expenderet, & Anaſtaſij in Oriente cum Clodouei in Occidente Regno Imperium conferret, nihil rebus græcis deploratius, nihil Gallicis florentius inueniſſet, facileque cognoſſet ab Anaſtaſio munus tunc illud officij potiùs, & obſequij ad conciliandum ſibi Clodoueum, quàm aut Imperij, aut iuris ad oſtendendam Majeſtatem & excogitatum, & miſſum. Qui enim nouit, quàm tunc anguſtè, quàm exiliter, quam timidè Anaſtaſius; quàm latè, quàm auguſtè, quàm glorioſè Clodoueus imperaret, contrà certè inferre poſſet Anaſtaſiũ cum illa ad Clodoueum honorum inſignia, miſit, iis ceſſiſſe, & Clodoueo tanquam Superiori Principi detuliſſe, eumque vel Imperio inuitaſſe. Ac mihi ſanè rem, vti geſta eſt, accuratius pendenti, & Gregorij Turonenſis verba conſideranti illud videtur, maius quiddam quam de Regno, ideſt de Imperio quoque abjiciendo Clodoueum cogitaſſe: vt quo deiectum Chiffletius putat, eo altius ego euectum exiſtimem. Ioan. Iacob. Chifflet in vindic. c. 13. Baron. Spondani. Sammarth.

Ac ne quis me forte eodem adulandi ſtudio, vt gratiam à Regibus Chriſtianiſſimis ineam iſta excogitaſſe, ſuſpicetur: ac quod obieci Chiffletio, idem mihi vitium exprobret, eum ego mecũ ad Turonenſem Gregorium, cum quo iam eſt Chiffletius, deduco, vt arbiter inter nos ſedeat, iudicetque vter meliùs Gregorium, Chiffletius nè, qui ad dejiciendum Clodoueum, an ego qui ad euehendum accipio, melius interpretetur. Igitur ſic Gregorius, *Ab Anaſtaſio Imperatore codicillos de Conſulatu accepit*; Greg. Turon. l. 2. c. 35.

& in Baſilicâ Beati Martini tunica blattea indutus eſt & chlamide: imponens vertici diadema: tunc aſcenſo equo aurum, argentumque in itinere illo, quod inter portam atrij, & Eccleſiam ciuitatis eſt præſentibus populis manu propriâ ſpargens voluntate benigniſsima erogauit, & ab eâ die tanquam Conſul & Auguſtus vocitatus eſt. Egreſſus autem a Turonis Pariſios venit, vbi Cathedram Regni conſtituit. Chifflet. ſup. Chiffletius ex his verbis deducit: Clodoueum Regnum ab Anaſtaſio accepiſſe, idque profeſſum: atque adeo illum Superiorem recognouiſſe. Ego Chiffletio me oppono, ac duo contrà aſſumo. Primùm Clodoueum, nec Regnum ab Anaſtaſio accepiſſe, nec id vllo modo profeſſum. Alterum non modo eum dignitate Regia non imminutum, ſed & nouo quodam honore auctum ſuprà Regem euectum, atque adeo Anaſtaſio, non inferiorem: ſed vel parem, vel etiam Superiorem.

Primùm liquet: nam quicquid hic egit Clodoueus, vti Conſul egit. *Codicillos accepit.* Conſularis dignitatis: non Regiæ, quam habebat: & ſanè Codicillis non Regnum, ſed Conſulatus donabatur. Acceptis codicillis Purpuratus, & Chlamidatus, & Diadematus conſcenſo equo prodiit. Si tum Rex inſtitutus, vbi ſalutatio, vbi Populi Sacramentum? Vbi ſceptrum? vbi Corona? vbi vnctio? vbi aliæ inſtituti, & declarati Regis cæremoniæ? Omnia iſta ad Conſulatum, non ad Regnum ſpectabant. Patet ex eo: *Et ab eâ die tanquam Conſul & Auguſtus eſt appellatus.* Vbi Rex? vti certè debuit, ſi tunc inſtitutus, appellari. Nimirum, Chiffleti, non hic de Regno quod iam habebat, nec donari ei ab Anaſtaſio poterat ſermo erat, ſed de Conſulatu quem acceperat. An neges eo titulo eſſe appellatum, quo donatus? Igitur inſtitutus Conſul eſt, qui eo eſt nomine appellatus. De Rege nihil, quod nihil ad Regẽ pertinebat. Aliud agebatur. Chifflet. cita. Quin imo tuo te ore, Chiffleti, conuicero. Ais, *Vnde quia Clodoueus Cæſaris more, ac beneficio Regno Franciæ decus, & honorem Conſulatus copulauerat, cum particulâ ſimilitudinis, non identitatis, applauſum dantè populo, tanquam Conſul, & Auguſtus vocitatus eſt.* Rectè, quòd à te diſciſcis & mecum ſentis. Igitur copulata tum fuit dignitas Conſularis Regno Franciæ, non Regnum Franciæ donatum, Vnde vt Cæſaris, & Conſulis inſtar eſſe videretur iis eſt nominibus appellatus. Confirmas meam hic, & tuam quoque ſententiam, eo quòd addis ſimilem eum Cæſari & Conſuli euaſiſſe, quo fateris ab eo acceptum aliquid, quo ille Cæſarem, aut Conſulem, non Regem repræſentaret. In eo etiam conuenimus, quòd ſentiamus eum nec Cæſarem, nec Conſulem dictum, ſed tanquam Conſulem & Auguſtum, quòd illa dignitas erat honoraria, ad gloriam comparata, non ad miniſterium abiecta, ac proinde non in Faſtos referenda. Id etiam in Regnum cadere non poterat, quòd nullum ſanè niſi adminiſtrãtum videri poteſt. Ecquis enim inani Regis nomine, citra Imperium, adminiſtrationemque rerum publicarum velit inſigniri. Tandem vrgeo ſi Regnum tunc accepit Clodoueus Regis potius nomine, quam vice Conſulis & Cæſaris debuit appellari, cùm multò honorificentius eſſet, Rex, vti erat, dici, quàm inſtar Conſulis, & inſtar Auguſti, id eſt, *tanquam Conſul, & Auguſtus* vocitari.

Alterum oſtendo. Anaſtaſius Clodoueo titulum, & decus Conſulis proprium

proprium Cęſarum Auguſtorum ipſo etiam fatente, Chiffletio, detulit: ac
voluit, vt ipſe tanquam Conſul & Auguſtus haberetur. Igitur voluit, vt ille
in Occidente Imperatoris, & Conſulis vices ageret, nam cùm Gothi
illud imperium occupaſſent, non erat Imperator, qui adminiſtraret. Ad
id Clodoueo nemo aptior, ob res præclarè domi, foriſque geſtas, ſuſce-
pto præſertim baptiſmate, Anaſtaſio videbatur. Itaque Parem eum quo-
dammodo, & Auguſtum alterum deſtinabat. Vnde ſuperior eo Clo-
doueus, non inferior exiſtebat, cum & Rex Francorum eſſet, & Occi-
dentis Imperator diceretur. Miſiſſe verò ad eum Anaſtaſium purpuram, Aymoin. Vignet.
& Coronam, quod tamen Gregorius non memorat, & ex Hincmaro, & Spondan
aliis Gallicarum rerum ſcriptoribus Chiffletius deſumit, id ſpeciem Sammarth. Romualdus.
quandam habet concedendi ei, quam habebat Imperij, dignitatem, Foriſſard.
quam quod amittere timebat, occupabat apud Clodoueum deponere. Spondan.
Quemadmodum multa poſt ſecula cum Carolo Octauo, egiſſe An- Romuald. Vignet.
dræam Palæologum, legitimum Conſtantinopolitani Imperij hæredem Amplius.
comperimus, qui cum repetere Turcarum è manibus non poſſet, ius
ſuum in Carolum VIII. Italiam terrore, & Orbem famâ complentem vo-
luit transferre, vt ille Imperium liberaret. Exempli gratiâ, non, quòd
eadem aut ratio, aut cauſa fuerit, hoc aſſumo: ac vt Chiffletium obiter
doceam, Francis Regibus ius ad illud Imperium, & olim fuiſſe, &
nunc eſſe. At de his quidem aliàs, nam eum ſuo loco minus be-
nè de Regum Francorum dignitate ſentientem vberius refuta-
ro.

Nouum hîc, ſed non abſurdum opinor dixerim. Clodoueum diade-
mate vſum, non Coronâ, quam dono ab Anaſtaſio acceperat, ne eri-
pere ei Imperium videretur. Itaque diademate vti voluit, quòd ſatis erat
ad Conſulatus dignitatem repræſentandam. Corona abſtinuit, nequis
putaret Imperii ius, & gloriam ad ſe transferre. Eſſe autem diadema mi-
nus coronâ ornamentum patet, ex eo quòd diadema ſimplex quædam Bulenger.
faſcia erat, vno ductu ad occiput ligata, vt vel ipſe Chiffletius fatetur. Chifflet. ibid.
At Corona ſupra caput elata, & thoris diſtincta, & apicibus inſignis ar-
te mirabili eminebat. Quod cùm animaduertiſſet Chiffletius, affirma-
uit diadema, non Coronam Clodoueo ab Anaſtaſio miſſam. In quo ille
& ſe, & nos decipere voluit, cùm omniũ conſenſu Authorem conſtet, ab
Anaſtaſio Coronam, non diadema Clodoueo, eamque pretioſiſſimis
& gemmis, & margaritis ornatam dono miſſam. Adeò vt crediderint Spondan.
non pauci, nec ignobiles, non aliam fuiſſe eam, quam Clodoueus Ro- P. Romuald. Sammarth
mam ad Hormiſdam Pontificem miſit, Regnum appellatam. Quorum lib. 3 in Clo.
ſi vera eſt ſententia: & Chiffletij vera doctrina exiſtimantis eam eſſe è Philip. Mor.
tribus conflatam, ac proinde Epanocliſtum, ſanè euicero ab Anaſtaſio
non Regiam, ſed Imperatoriam Coronam Clodoueo miſſam Imperij
delati argumentum. Quam tamen modeſtiæ cauſa accipere Clodo-
ueus noluit, ac demum Pontifici deferens, Eccleſiæ conſecra-
uit.

Refutato hunc in modum Chiffletio, illud ad calcem ſtatuamus,

à Clodoueo hortatu Remigij, inſignem auro, gemmiſque coronam Hormiſdæ Pontifici dono miſſam. Quam Regnum ille ne, an Hormiſdas dixerit? appellarunt. Singulare Religionis, ac Pietatis, nec magnificentiæ minùs argumentum. Quod tamen recentiores quidam corrumpere negando maluerunt, eo prætextu quod dicant, non potuiſſe id munus Romam Hormiſdæ Pontifici mitti, quod Clodoueus cùm ille Pontificatum iniit, in viuis eſſe deſiſſet. Cauſa neſcio an alia ſit: nempè ne quid eo admiſſo dignitati, & excellentię Gallici Regni detrahi videatur. Ego nec cauſam negandi eſſe vllam, nec ſatis eſſe prætextum iudico. Itaque Author ſum: eam Coronam miſſam, & Hormiſdæ miſſam, & ſine vllo Regni Gallici detrimento, imo & ornamento, & gloria miſſam.

Vide Spond. Sammarth. Valeſius.

vide Romæ An 514.

Primum: tanto Authorum tum Gallorum, tum Italorum, tum externorum conſenſu traditur, vt conſpiraſſe videantur: atque id ego iam aliàs bis ſcriptis mandaueram, quòd omnino mihi verum eſſe perſuaſiſſem. Certè omnes ij, qui Reges nationis ſuæ, magnifica miſiſſe Pontifici Romano munera, ſcriptores referunt, exemplo Clodouei tanquam face clariſſimâ vtuntur. Cuiuſmodi eſt ex noſtris Fr. Antonius Brandam, grauis admodum, ac eruditus Author in ſua Monarchia Luſitana, cui ego fidem adhibendam reor, quòd ſciam, non ei niſi ſeria, & probata placere.

Hincm. Sigebertus. Aymoin.

Fr. Anton. Brand. in 2. p. monar. Luſit.

Alterum: ad Hormiſdam miſſam Coronam, receptum ab iiſdem penè authoribus comperio, extantque apud Hincmarum litteræ eiuſdem Pontificis ad Remigium, cuius hortatu à Clodoueo munus donatum. Nec quòd à Valeſio contra obiicitur, coget à ſententia recedere: Hormiſdam poſt mortem Clodouei Pontificatum iniſſe, cum conſtet ex ipſis Italicis monumentis Hormiſdam viuo adhuc Clodoueo Pontificatum geſſiſſe: cum anno 514. ſit inauguratus, quo anno conſtat obiiſſe Clodoueum. Quare fieri potuit, vt ad eum Coronam mitteret, imo & id veriſimile, morti cùm eſſet proximus, quaſi teſtamento legaſſe, quod obſeruari ab Baronio, & Alarbenſi Epiſcopo video: nam ad Pietatem ſpectabat, & nouum Pontificem recognoſcere, & ſedi Apoſtolicæ aliquid donare, cùm tot ac tanta Eccleſiis priuatis tribuiſſet.

Hincmar. Vales lib. 6. Flodoard.

Panuin. Romualdus.

Iam verò nihil eo munere detractum de Regia dignitate conſtat, cùm id liberum ac ex Pietate profectum donum fuerit, ad amoris & affectus ſignificationem exhibitum, vti & ipſa occaſio, tempuſque demonſtrat; nam ſi aliud vellet, non tum debuit, cum moriebatur, ſed anteà cum baptizatus, & vnctus eſt, profiteri. Itaque non anteà feciſſe, argumento eſt, cum fecit, amore ac Pietate feciſſe. Qua enim ratione dicamus obnoxium Romanæ ſedi Regnum reddere cum illo, & vità decedebat, voluiſſe? cum antea quando, & iniit, & Chriſtianus amplificauit, id egiſſe nuſquà legamus? Quare Regnum ille à ſuis maioribus accepit, acceptumque retinuit, liberumque, ac florens integrâ dignitate ſucceſſoribus reliquit. Quod egit, addere Pietati potuit, detrahere iuri, & authoritati non potuit. Vnde omni prorſus ſolicitudine Recentioris memoriæ Galli quidam, in quibus ſunt Romualdus, & Va-

Vide Spond. & Romualdn.

leſius meo iudicio liberantur: cùm nihil ex hoc munere Regibus ſuis Optimis, Maximis, Summis decedat: imò inde Religionis, ac Pietatis gloria iis ſingularis accreſcat, ad omnem poſteritatis memoriam commendanda.

Si quis tamen vlterius progredi pergat, & affirmet Clodoueum Regnum ſuum Galliarum, Eccleſiæ, ac Romano eius capiti Pontifici offerre ad defenſionem, ac Præſidium voluiſſe, quemadmodum Spondanus tradidit; quid in eiuſmodi ſententia criminandum ſit, non inuenio. Cum Reges Chriſtiani, non modo iure ad populos ſibi ſubditos regendos, ac tuendos, ſed Religione quoque ad Protegendam, imò & propagandam Eccleſiam teneantur: cùm præſertim ij membra Eccleſiæ ſint, ac eidem corpori capitique cohæreant, idque ſanè nihil eorum iuri officit, ſed multùm Pietatem commendat. Quod ſi quid obſequii & reuerentiæ intercedat, vti erga Pontificem fieri debet, nihilò eo magis commoueri debemus, quàm cum cernimus omnes Imperatores, ac Reges Chriſtianos Pontificis pedes ſuppliciter oſculari. Vnum addidero, illuſtriſſimos aliquos Reges inter quos Alphonſus Henricius Luſitaniæ, & Ramirius Aragoniæ exemplo Clodouei moros Regna ſua ex Religione, ac pietate ſummis Pontificibus, ac Romanæ Eccleſiæ deuouiſſe, ac certâ oblata pecuniæ ſumma Pium ſtudium declaraſſe: quin ob id tamen quicquam de iure Regni, dignitate ve Regia amiſiſſent. Sed quoniam celebrari maximè inter huius æui Scriptores Spondani Sententiam, & in eam publicam M. Ludouici Seruini Generalis Aduocati, ſummi vtriuſque viri, inuectiuam comperio, operæ pretium duco illam hîc, & quid circa eam actum ſit proponere, vti res tota ab eodem, qui à Seruino palàm eſt reprehenſus Spondano, accuratiſſimè enarratur.

Baron.
Suar.
Spondanus.
Bellarm.

Vide D. Fr. Anton Bran. in 3. part. Monar. Luſit.
Vide Fariam. & Ioſam & nos in Philip. Luſitana.
Spondan. Romualdus an. 514.

Cum autem innotuiſſet orbi Chriſtiano, nouum Romanæ Eccleſiæ electum eſſe Pontificem, nouus Francorum Rex Chriſtianiſſimus Clodoueus cunctorum præuenit obſequium, & ſuperauit officia; dum vt narrant Hincmarus, Anaſtaſius, & alii ſuggerente S. Remigio Epiſcopo Rhemenſi, coronam auream cum gemmis quæ Regnũ appellari ſolet Beato Petro direxit: [eoque munere viſus eſt oppigneraſſe Regnum ſuum in Eccleſiæ Romanæ præſidium, Deoque dicare, atque in perpetuum ſuprà firmam petram, Petrique confeſſionem ſtabilire.] Quâ etiam occaſione idem Remigius literis ſuis Hormiſdam ſalutans Pontificem, ſuſcepit pariter ab eo Epiſtolam, qui ob præclaram meritorum excellentium & nobiliſſimæ ſedis prærogatiuam factus eſt in regno Francorum Vicarius Romani Pontificis, ſaluis tamen priuilegiis quæ Metropolitanis decreuiſſet antiquitas.

[Siſte gradum, Lector, donec è vulſero ſcrupulum, qui nonnullos hîc male pupugit, & magnam mali molem repetitis ſcriptis ceruicibus meis intentatam depulero. Vides quæ præcedentis §. incluſa ſunt his notis []. Inclamatum in me bifariam ex iis eſt: primò quidem quòd ea de meo appoſuerim; deinde vero quod iis Regnum Francorum Eccleſiæ Rom. temporali dominio, tanquam feudum, ſubiicere pretenderim. Sed vtrumque tam verum, quàm quòd à veritate alieniſſimum. Ideóque nec volui ea verba hac poſteriori editione expungi. Quippe quæ ſint ipſiſſima Baronii in Epiſt. dedicat. Tomi

VI. Annal ad Clem. PP. VIII. (*qui eſt ille ipſe Tomus, quo hæc de Clodouei munere tractat anno præſenti* 514. *Domini.*) Cum nullus omnino, *inquit*, toto Orbe Chriſtiano Catholicus Princeps extaret, ſed cuncti Reges & Imperatores hæreſibus tenerentur impliciti, & cùm Italia, ipſa Roma, Romanáque Eccleſia ſub Gothico & Ariano gladio ingemiſcerent, ex inſperato ſuſcitat ſibi Deus ſeruum fidelem Regem Francorum, religionis Catholicæ profeſſorem, atque acerrimum defenſorem, Chriſtianiſſimum Clodoueum: qui è Gentilium ſuperſtitione conuerſus, illud ipſum quod accepit ab Eccleſiâ Catholicâ Euangelium, in Francos omnes qui aderant, & in poſteros feliciter propagauit; atque demùm proximè moriturus, inſigni pietatis exemplo ipſum quod ſciret vnicum eſſe totius Eccleſiæ viſibile caput, coronâ regiâ redimiuit, mittens ad Apoſtolorum principis Petri Confeſſionem, perſuaſione S. Remigij Francorum Apoſtoli, coronam aureum gemmis ornatam. Dona verò regum non ſolùm pretioſa, ſed myſtica quoque eſſe ſolere, teſtificatione etiam Euangelicâ admonemur: (Matth. 2.) cuiuſmodi Clodouei fuiſſe munus, euenta probarunt. Eo enim obſequio viſus eſt, dans coronam oppigneraſſe Regnum ipſum in Eccleſiæ Rom. Præſidiũ: (coronam enim, illâ Regnum nominatam fuiſſe, qui res geſtas Francorum ſunt proſecuti, teſtantur: Hincm. in Vit. S. Remig.) Eoque munere illud Deo dicare voluiſſe, atque perpetuò ſtabilire: dum enim ſuprà Petram, Petrique confeſſionem Regni coronam poſuit, Regnum ſuum ſtabili fundamento firmauit: vt rerum multiplices exitus declararunt, &c. *Hæc ibi Baronius: quæ licèt vberiora quàm pro notatiuncula, volui tamen integra ex ſcribere, quò fidem dictis meis conciliarem. Quod verò illa in hunc locum ex ea Epiſtola transduxerim, haud ab inſtituto meo alienum, qui etiam ex vno Tomo in alium nonnulla, quandoque aſportare conſueui) & hoc lectoribus offendiculo ne eſſet, id diſertè in præfatione monui, & rationem attuli. Videant igitur qui ſuſpicione me attigerunt, vtrùm ſatis ex æquo & bono aculeos ſuos in me coniecerint. Quod ſi hac ex parte iniquè, ſanè & ex altera multò magis; cum è contra his ego verbis compendioſè cogitauerim, patriam meam, Regéſque, eo laudum præconio decorare, quo vel ſummi quique Imperatores, vel quævis potentiſſima Regna Chriſtiana, ingenti ſemper habitura forent gloriæ honeſtari; nempe, vt ita firmiter ad confeſſionem Petri Apoſtoli adhærerent, vt nulla vi, arte fraude ab ea poſſent auelli; eſſentque ipſi, præſidio ac protectioni eiuſdem Petri Sedi, ipſiuſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus aduerſus quoſcumque eorum hoſtes & aduerſarios. (Nam vt & pueriliter, quando ipſi ita volunt, ad rudimenta Grammaticæ deſcendam; an neſciunt qui hæc verba in peruerſum acceperunt, præpoſitionem in iunctam acuſatiuo, ſæpiſsimè apud auctores probatiſsimos ſignificare ad ſeu pro?) Indéque eſt quod ſuis ſæpe Annalibus Baronius, & ego in eorum Epitome; ex rerum geſtarum pertractatione, tam verè quàm ſincerè inculcamus, Francis debitam eſſe Rom. Eccleſiæ defenſionem. Inde eſt quod Reges Francorum cunctis totius orbis Principibus, his ſingularis excellentiæ titulis præeminent, vt filii Eccleſiæ primogeniti, & Chriſtianiſsimi indigitentur: quippe quibus ipſemet S. Petrus Apoſtolus* Eccleſiam quam ipſi Dominus tradidit, Francorum regibus commendauit, ad liberandũ de manibus inimicorum. (*Infrà an.* 775. *num.* 1.) *Inde eſt quòd Carolus Magnus nondum Imperator renuntiatus, in præfatione ad ſua Capi-*

tularia, Regem *ſe* Francorum., & deuotum ſanctæ Eccleſiæ defenſorem, humilemque adiutorem, *inſcribit* : *& poſteà ſcribens ad Epiſcopos Hiſpaniæ contra hereſim Neſtorii illic repullulantem* , *non tantùm ſe* Regem Francorum & Longobardorum, *ac* Patricium Romanorum *ſed &* Filium ac Defenſorem ſanctæ Dei Eccleſiæ *nominat*: *(Infra an. 774. II.) & quòd Imperator factus, ſolemni iuramento ſeſe Eccleſiæ Rom.* protectioni & defenſioni *obſtrinxit*: *(An. 800. III.) & quòd Teſtamentum ſuum condens* ſuper omnia iuſſit, *vt filii ſui* curam & defenſionem ſancti Papæ ſimul ſuſciperent, *ſicut ab auo ipſius Carolo Martello, ac Patre Pipino, & ab ipſomet Carolo Magno ſuſcepta fuiſſet.(An. 806. III.) Inde eſt quòd filius eius Ludouicus Pius regna ſua filiis diſtribuens, eandem ipſam* curam & defenſionem S. Romanæ Eccleſiæ, *maiorum ſuorum exemplo accuratiſsimè commendauit. (An. 838. II.) Et ne ſingulis immorer, inde eſt quòd Eccleſia Romana, eiuſque Pontifices, quotieſcumque preſſuram paſſi ſunt à quibuſuis, ſiue internis, ſiue externis hoſtibus, ab vſque Regum Francorum Chriſtianitate, ad eos tanquam ad certiſſimum aſylum confugerunt ; à quibus ſuſcepti, ſuſtentati, ditati, reſtituti, priſtinam libertatem ac dignitatem, numquam non cum nouis acceſſionibus recuperarunt, quæ ſingula (quantum ſe Annales Baronii extendunt) videre eſt in hac Epitome locis in Indice ſub vocabulo* Franci *deſignatis. Eaque paucculis illis verbis tum voluit Baronius, virtutis ac pietatis Francorum amantiſſimus, tum ego per volui ſignificare : nihil de feudalitate cogitantes* : *Cuius tamen titulo ſcimus pleraque alia Regna fuiſſe, eſſeque hactenus eidem S. Rom. Eccleſiæ ſubiecta. quorum plurima pariter enumerata habentur eodem Indice ſub voce* Rom. Eccleſ. *Cum alioqui & ſciamus & profiteamur, omnes quotquot Chriſtiani ſunt homines, eius ſubiici ſpirituali poteſtati, nec poſſe aliquem habere Deum patrem; qui eam non agnoſcat matrem. Et quòd rurſum ad donum Clodouei pertinet; quo animo illud ipſe miſerit, ita olim interpretatus eſt, Aimonius lib. 1. cap. 24.* Vt eo facto patenter oſtenderet, ſe Deo non fore ingratum, dum ad ipſius Apoſtoli ſepulchrum inſigne mitteret Regium, ſciens ſe à Chriſto ſolio regni eſſe donatum. *Sed de his modò hactenus: quę tu licèt prolixiora, boni conſulas, Lector, veritatis cultor, & Maieſtatis Eccleſiæ Rom. ęquus ęſtimator, ac Francorum gloriæ ſtudioſus, vel certè non prauus æmulator, aut inuidus.*

Hactenus Spondanus, nec ego ei quicquam addidero. Tantùm, ne vel id maneat dubium, ſtatuo quæ a Clodoueo dicata & conſecrata Hormiſdæ Pontifici Corona eam eſſe, quam ab Anaſtaſio acceperat: quod erat elegantiſſima, & ingentis pretij margaritis ornata: ac proinde dignum quod ab Imperatore primum, deinde à Potentiſſimo Rege munus ad Pontificem mitteretur. Spondanus. Vide Sammarth. & P. Petr. Romuald. & Valeſium.

Supremum hoc, ſed Religioſiſſimum Clodouei operum mortalium fuit. Eo vltimum vitæ actum clauſit, & coronauit. At vti à Baptiſmo ſuſcepto integerrimè vixerat, ita & ſanctiſſime obijt. Si ſpatia annorum pendas, breuiter: ſi virtutum numeros, & operum magnitudinem conſideres, diu vixit: anno quadrageſimo quinto ætatis : regni trigeſimo mortuus. In Baſilica Apoſtolorum V. Kal. Decembres anno 514. exeunte ſepultus, qui dies ibi anniuerſarijs precibus celebratur. Summus Regum, Pace egregius, bello admirandus inuidia maior: Æternitatis æmulus. Quem Gregorius Magnum Præcellentiſſimum, Regionum Præſu-

lem gentium Triumphatorem appellauit. Propè erat, vt à me Epitaphium conderetur, ſed me Religio vetuit; ac Remigij vt ponerem imperauit. Eiuſmodi eſt.

Diues opum virtute potens claruſque triumpho,
Condidit hanc ædem Rex Clodoueus, & idem,
Patricius magno ſublimi fulſit honore,
Plenus amore Dei contempſit credere mille
Numina, quæ variis horrent portenta figuris.
Mox purgatus aquis, & Chriſti fonte renatus
Flagrantem geſſit infuſo Chriſmate crinem:
Exemplumque dedit, ſequitur quod plurima turba
Gentilis populi, ſpreto quæ errore ſuorum
Authorem eſt cultura Deum, verumque parentem.
His felix meritis ſuperauit geſta priorum,
Semper conſilio, caſtris belliſque tremendus,
Hortatu dux ipſe bonus, ac pectore fortis,
Inſtructas acies firmauit, in agmine primus.

Hoc Epithaphio inſcripto decedo, ad eius poſteà admirabiles prærogatiuas rediturus, vbi de maieſtate, ac excellentia Francici Regni contra Belgas, ac Hiſpanos authores ne, an obtrectatores? diſceptauero. Maneat interim ille Viua Laurus, Animatum Trophæum, Aceruus Triumphalis.,

QVÆSTIO SECVNDA.

DE LEGE SALICA, ET EX EA IN REGNVM GALLICVM iure ſuccedendi.

CAPVT PRIMVM.

Fons, & Ethymon Legis Salicæ proponitur, ac explicatur.

Qvemadmodum, qui ſiti confecti in riuulos incidunt, non è profluente ſtatim aquam hauriunt, ſed paulò altiùs progreſſi fontes inquirunt; vnde puriùs, & nitidiùs bibant: ita & qui ſciendi cupiditate ducti hiſtoriarum euentus, exemplaque reperiunt, non in ijs reſiſtunt, ſed vlteriùs animo tendentes, eorum cauſas, fonteſque ſcrutantur, vt rem ex integro, ac penitus norint. Ea propter, cùm vbique Salicæ legis exempla in Francorum Regum maſcula ex ea ſuccedentium ſerie, quaſi quidam riuuli, apud Authores occurrant: eius, vnde manant, fontis originem inueſtigare oportet: ac eò accuratiùs, quò obſcuriùs ex antiquitate temporis, & varietate opinionum redditum eſt principium. Neſcio enim, quâ ratione cum aquarum ducti à fonte riuuli, vel oculis pateant, vel ſonitu ſe auribus prodant: atque adeò facilè deprehendantur: ipſa tamen origo, & caput in occulto ſit, & à ſenſu longiùs recedat. Hinc fortaſſe fontibus Numen, non riuulis, veteres ineſſe finxerunt: quòd riuulis in medio poſitis, fontes ſecretiori loco, quaſi ſacratiùs locati, deliteſcant. Huius rei Authores ſunt.

Et verò, antequam Salicæ legis principium exploratum habeamus: quædam nobis ſunt nebularum, quæ, quòd in altiſſimo ſit poſitum, illud cingunt, ſiparia remouenda. Ac primùm conſtat, Francicum huiuſce legis fontem fuiſſe: nam Salij illius Authores Francorum populi, & quidem nobiles extiterunt. Atque vti hoc in confeſſo, ita & illud controuerſum. Vbi Salii populi habitarint? Et quidem ſunt, qui citra Rhenum in Auſtraſia cum Chifletio putent. Magni Authores trás Rhenum in Germania locant. Hoc prorſus amplectendum, nam de antiquis Saliis in propria ſede habitantibus loquimur. Sed hi quoque inter ſe magna contentione de loco Saliorum diſſentiunt. Omnium diſſidio fluuiorum analogia cauſam dedit. Qui vltra Rhenum cognominum di-

Ammian. Marcell n l. 17. Sigebert. in Chron. Herold. epiſt. prœm. in leg. Sal. Beat. Rhen lib. 1. Rer. German. Gaguin lib. 1. Andr. Alciat. lib 2. Diſpunt c. 22.

Ioan. Ferrat. lib. 2. ff. de Iur. Paul Æmil. in Philip. Longo. Carol. in conſuet. Pariſ tit. 1. §. 26. Couar. Var. lib. 7. c. 1. Proſper. Rendell. in reliq. iur. Longob. c 1 Renat. Choppin. de Dom. Fran. lib. 1. Ioan. Pyrrh. tract. de leg. Sal. Munſt. lib. 3. de Germ. Iſac. Pont. Hadrian Valeſius Ammian. l. 20 Ammian. l 16 Zozimus l. 3 Idem lib. 7. Liban. in laudat funeb Iuliani. Iulianus ep. ad Athenienſ. Claudian. de laudib. Stiliconis.

uoctia fluminum ſecuti, alibi alij poſuerunt. Opiniones ſcire exactè qui velit, Pontanum legat antiquarum, & Francicarum rerum vetuſtarum, Spondano teſte, peritiſſimum. Nam qui cis Rhenum locant, à Salia qui in Moſellam influit, dictos tradunt. Ego author ſum, Salios Trans-Rhenum primùm ſedem inter Francos in Germania habuiſſe, atque adeo, Franco-Germanos eſſe. Inde in Gallias patriâ profectos traiciſſe, & ſuum ſecum nomen detuliſſe: atque adeo & vltra Rhenum Salicos, & citra Rhenum Salicos Francos habitaſſe. Quos Gallo-Francos dixerim. Idque luce clariùs meridianâ exiſtimo. Nam Francos eos gente fuiſſe, & trans-Rhenum in Germania habitaſſe, & omnes fatentur, & nos anteà diximus. Sanè ex Druſi, & Iuliani in Germaniam expeditionibus conſtat Salios, vicinas Chamauis, & Anſiuarijs ſedes in Germano-Francia habuiſſe. Id nos Ammianus & Libanius, & Zozimus docuerunt. Ammianus cum Anſiuarijs, Zozimus cum Chamauis coniungit, Libanius primos Francorum ac præcipuos vltra Rhenum populos dicit. Placet audire Ammianum: qui Anſiuarios, & Salios omnium fortaſsè primus nominauit. De Anſiuarijs ſcribit licentiùs, in Galliam excurriſſe, & à Iuliano victos, & repulſos eſſe. De Salijs ita cõmemorat. *Petit primos omnium Francos, eos videlicet quos conſuetudo Salios appellauit, auſos olim in Romano ſolo, apud Toxandriam locum, habitacula ſibi figere prælicenter.* Conſentit Zozimus tradens, *Saliorum nationem à parte Francorum profectam, è ſuis ſedibus Saxonum vi expulſam.* Idem lib. decimo ſeptimo refert *Francos, qui Salii dicuntur Toxandiorum ſedes occupaſſe. Vnde à Iuliano emoti, & poſteà in deditionem accepti.* Mox Chamauos inducit ab eodem Iuliano belli turbine correptos. Huiuſce expeditionis meminit Libanius, ac ipſemet Iulianus in epiſt. ad Athenienſes, & conceptam à nobis de Salijs ſententiam confirmat. Non leue momentum adijcit Claudianus.

Rhenumque minacem
Cornibus infractis, adeo miteſcere cogis,
Vt Salius iam rura colat, flexoſque Sicambri
In falcem current gladios.

Gorop. Becan. Poldus. Sidon. Apol. Paul. Æmil. Munſter. Pontan. l. 1. c. 9 & l. & 2. c. 8.

Quo loco citato, ibi Pontanus *Iis enim in verbis quid eſſe manifeſtius poteſt, quã Rhenum accoluiſſe hos Salios? nec id ſimpliciter, ſed illam contra Rheni partem, quæ eiuſdem ſunt* cornua, *id eſt, vt loquitur Tacitus, vbi in duos velut amnes diuiditur.*

Cur autem Salij appellati? ambiguum diuerſæ authorum ſententiæ fecere. Non deſunt, qui ab ephippio-ſala Germanis, & Belgis, cum Goropio Becano. Nec qui à Saluſſis in Gallia Narbonenſi, cum Poldo: Nec qui à Saliendo cum Sidonio Apollinari, dictos exiſtiment. Quorum poſtremi non admodum, primi multùm, medii plurimùm errant. Probabilis & cõſtans Authorum ſententia eſt, à Sala flumine appellatos, ſiue hic in Albim, ſiue in Mænum influat, nam & hoc diſſident; ſiue ab Iſala vetere fluuio nomine deducto. Quod docet Iſacius Pontanus, & ego

ego ſequot ipſius argumentis perſuaſus. At ne rem dubiam relinquam, eius, quam & meam eſſe volo ſententiam, vti ipſe exprimit, repræſento.

Eſto Sala, *ſeu, vt nunc dicere vſus obtinuit*, Iſala, *qui è iugis Veſtphaliæ, haud longè ab ipſius Lippiæ alueo ortus leni hodieque fluento, per Iſelburgum Anholtumque atque inde Doetecomium aduſque Dusburgum, ſub Iſalæ veteris nomine, procurrens, ibidemque Iſalam nouum, ſeu foſsilem Rhenum, vel, vt veteres appellarunt,* DRVSIANAM *excipiens* FOSSAM, *Zutphaniam Dauentriamque verſus, dextrorſum deflectit, ſeque in Auſtrinum exinde mare*, lacus *Tacito dictos, exonerans, Oceano tandem Noruagico, prope Fleuum, commiſcetur. Verum obiici vnum poſſe ... naduerto; Si enim* Sala *ſit* Iſala *cur adiectâ nunc ſyllabâ* Iſalam *potius quam* Salam *dicimus? Hic quod reſpondeatur pręter coniecturam non inuenio*, Iſalæ *videlicet adiectitiam illam* i *literam vel omiſſam, vt fit ſæpenumero, à Græcis Romaniſque, vel progreſſu longi æui adſcitam videri ex Auſtrini illius, in quod procurrere tandem dixi, maris ſinu. Nam quidquid iſtius ab Amſtelodamo Idamum tenus vltraque Enchuſam puta Staueramque verſus, patet,* Y *ſiue* Ia (*nunc* Tia, *corruptè efferunt) antiquitus appellatum ex ſuperſtite adhuc ibidem nomenclatura colligere eſt. Vnde & halecem, que ſtato anni tempore circa Enchuſam & illa loca capitur,* Ybucking *hodieque appellari omnibus notum eſt. Et præter hæc*, Iſalæ *priſcum primumque vocabulum, abſque vocalis tertię copula*, Salam, *videri fuiſſe, etiam ſi nec Strabo nobis fauere probaretur, extra propemodum controuerſiam collocet primò ſolum, ſeu territorium quod eſt vltra eundem Iſalam* Sallandia, *hodieque nominatum, quaſi* Salæ *ſeu* Saliorum regionem *dicas; tum & vicus in Iſalæ eiuſdem crepidine* Salicum *appellatum: Quorum* Sallandia *illud omne intelligitur, quod Iſalæ hodieque vlteriorem marginem prętexit;* Salicum verò *vicus intra Svollam Campoſque eſt, Iſalę citeriorem ripam pene contingens. Quibus accedit &* Oldenzalia *oppidum in iiſdem tranſiſalanis haud vltimum.*

Quapropter ſtatuimus omnium vero ſimillimum videri, à Salæ *flumine (quod veterem Iſalam hodie nuncupamus, quodque in ipſis Francorum veterum finibus fluxiſſe, & proxime accoluiſſe, hunc ipſum populum ſatis iam ante demonſtratum eſt)* Saliorum *appellationem promanaſſe antiquitus.* Vnde & illud cum eo iudiamus *Saliorum tum regionem, haud intra anguſtos illos, vt hodie, terminos Sallandię nimirum coarctatam, ſed veterem quoque Iſalam verſus portenſam, haud exiguam, vt nunc appellamus Vveſtphaliæ item partem occupaſſe.* Hi quidem Franci Salij adhuc in ſuo fonte. Pontanus ib.

Poſteà quemadmodum Franci cis & trans Rhenum, ita & Salij vltrà citraque Rhenum habitarunt. Quique è Germania Transterrana in Cis Rhenanas Prouincias tranſierunt, Saliorum ſuum à Sala fluuio ductum nomen importarunt. Eſt quippe à Salia flumine deſumptum, multò quam vetus & florens in Germania Saliorum Imperium, necentius. Vnde propter vetuſtatem & gloriam Salicæ gentis Salij nobiliſſimi Francorum ab authore Fris-ingenſi Epiſcopo appellantur. Minor de Authore legis Salicæ controuerſia. Omnes enim penè ſcriptores in Pharamundum, qui primus è Francis Galliam occupauit, digitum intendunt. Valeſio aliter viſum; & Clodoueum authorem tradit, quem nos proximè re-

Chronicon Francorum Anno 422. Gaguin. l. 1. Munſter l. 2. Ioan. Ferrar. l. 1. ff. de iure iur. Couar. Var. l. 7 c 1. Rondella in reliq. Longobard. c 1.

futauimus. Eſt qui Pipinum malit. Aluarotus. c.1. §. Receptatoribus. in fin. de Pace iuram. firman. Extrà chorum ſaltantem in choream reducam, ſi velit, Pipinum latam à Pharamundo confirmaſſe: atque vti alterum Pharamundum, quòd nouæ conditor eſſet lineæ, nouam ei Authoris more vim indidiſſe.

Rationem ferendæ legis grauiſſimi ſcriptores huiuſmodi fuiſſe prodiderunt. Pharamundum quatuor ex Sicambris ſpectatiſſimos Proceres prudentiâ caniſque venerabiles elegiſſe, qui populo legem ferrent. Vſogaſthum, Boſogaſtum, Vidigaſthum, Salagaſthum: De quo præſtat Authorem ſtyli Curiæ Parlamenti 4. p. Priuileg. 20. audire. *Lex Salica quæ eſt vera lex Francorum, cõdita tempore Pharamundi primi Regis Francorum, ſedente in Cathedra Bonifacio primo, & Imperium tenente Honorio anno pietatis Dominicæ 420. Nam cùm Franci ad Rhenum vſque perueniſſent, ferisque moribus viuerent: quatuor ex Sicambris ſpectatos Proceres ſelegit, qui populis legem ferrent, Vſocaſtum, Lozocaſtum, Sologaſtum, & Viſogaſtum, qui communi gentis, & Procerum authoritate freti, legem conſcripſere quam Pharamundus promulgauit.* Hanc Rex ipſe alienis conceptam verbis ſui ſenſus impleuit, & authoritatis animâ infuſâ eduxit. Nec ſanè refert: condiderit ne, an ediderit? quominus Author Pharamundus dicatur: cum multæ, quæ in Pandectis leges continentur, non ab Imperatoribus, quibus adſcribuntur, ſed ab eorum iureconſultis ſint dictatæ. Nihil enim intereſt, an Papinianus, & Vlpianus, & Tribonianus miniſtri dixerint, ſi aut Iulianus, aut Seuerus, aut Iuſtinianus confirmarunt.

Exploratoſonte, Ethymon inquiramus. Variant ſententiæ. A Sale quidam apud Pyrrhum: nec ineptè quòd ſalem rectam rationem interpretentur: nec deſunt qui à Salia fluuio deriuent, teſte Papyrio Maſſono. Alij à Sala Franco-Germaniæ amne deducunt, cùm Paulo Æmilio. Alii à Salica terra: teſte Gaguino. Alii à Salicis Principibus: Authore Ioanne Ferrar. Omnes ſi primam excipias ſententiam eòdem recidunt, vt vel à loco, vbi condita, vel vnde oriunda, vel ab Authoribus, quibus idem nomen modicè deflexum tribuitur, tandem appelletur. Illud non ô miſerim: Caſſanæum ad conſuetud. Burgund. Rubr. 3. §. 3. n. 40. Non Saliam, ſed Gallicam dici oportere, contendere; quaſi corrupto è Gallica in Salicam vocabulo cõmuni omniũ errore vocetur. A quo non omnino diſſentit Choppinus. de Dom. Franc. l. 3. tit. 1. n. 2. Sed eorum pace dixetim, ineptè egiſſe, dum tot ante ſe doctiſſimorum hominum iudicia condemnant, quibus ſatius fuerit acquieſcere: cũ præſertim tàm putida nec admodũ probabilis ethymologia ſit cum pro *Salica Gallica* obrepere haud facilè queat: nam duplicata in dictione *Gallia* littera fugere vel obſtantem Typographum non potuit. Nemo ſanè ante Franciam infuſam Galliæ eius legis meminit: nec eius nomen niſi ab authoribus debuit mutuari.

Mihi ne in communem de fluuio Sala ſententiam irem obſtitit Iſacius Pontanus, obiecta pulcherrima Ethymologia, quam omnino amplector, & oraculum Sybillinum exiſtimo. Editum. è cortina lib. 6. c. 17. ſic

Paul. Æmil. l. 1 Caſſan ad Conſuetud. Burgund. Rubr. 3. c. 6. Ioan. Filius in 1. Chron. Reg. Franc. Carol. de Graſſad. de Reg. Franc. Sur. 17. lib 1. Petr. Gregor. Tolosan in Syntag. iuris p. 3 l. 43. c. 4. Ioſeph Carneual. lib. 1. Hiſtor Regni Sicul. in fin. D. Regens. Moleſ in reſponſ. de ſucceſ. ducat. Britan. n. 2. Aluar. Ribera in ſucceſ. eiuſdem Ducatus. & Tapia in addit. ad eundem. Sigebert an. 422. Cuſpinian. Ado Vien. Iuo. Hadrian. Sun Iſac. Pont. In conſuetud. Aurelian. de leg. Sal.

Vnde autem lex iſta nomen Salicæ *acceperit, inter eruditos quæri ſolet. Sunt qui ab ipſis Francis Saliis Ammiano Marcellino nominatis vocabuli originem arceſſunt; aliià* Sal *&* Sala, *id eſt, aula deriuant, quaſi* Salicus *denominatiuum eſſet &* aulicum *denotant. Auentinus:* Lex Salica, terra Salica, Salica prædia, Salici clientes, *apud iuris peritos Galliæ & Germaniæ dicti, quod ad* aulam *ſpectent. Adhuc nobis in vſu eſt, oreque frequenti* Salbuch, *hoc eſt* Salicus codex, *vbi prædia regia aut* Eccleſiaſtica vectigalia, redituſque prædiorum deſcribuntur. *In Legibus quoque Alemanorum earumque gentium ſæpe occurrit* Sala *pro domo vt Aleman. Tit.* 81. Domum eius incendat; ſeu Salam. *Longobard.* 1. *Titul.* 11. *l.* 4. Hubulcus de Sala, *& iterum ibidem. l.* 7. de Sala propria exire. *Quibus locis liquet non tantum domus partem, id eſt, cœnaculum vt nunc ſignificaſſe. Nam & in Decret. Taſſil.* §. 14. *occurrit* Saliſuchen *quod eſt*, domi ſcrutinium facere, *& rem furtiuam inquirere. Vt ita* terra Salica *proprie ſit terra, aut ſolum quod hoſte deuicto,* Salæ *aut* Salicis, *id eſt*, regiæ aulæ *atque* aulicis *aſſignatum fuit: Huius portionem hereditariam ſexus femineus, vt pote qui eam armis tutari nequiret, nullam adibat. Gloſſarium vetus Latino Theodiſ. citatur Lindebrogio, in quo*, Terra Salica, Selilant *explicatur: quod nihil ſit forte aliud, quam ſolum, ad domum regiam ſpectans. Nam* Selilant *ſiue* Salilant, *vt ſupra in Decreto Taſſilionis* Saliſuchen *formatum videtur. Hæc Lex* LXXI. *Capitulis abſoluitur.*

Eadem eſt Caroli Molinæi ſententia hiſce verbis expreſſa. *Salica lege fœminæ, & deſcendentes ex iis, omnino à terra Salica, id eſt fiſcali propria, & Regia, quod patrimonium ſeu domanium ipſius coronæ & Maieſtatis regiæ appellatur, exhæredes, & incapaces perpetuò eſſe iubentur. Eam primam, & antiquiſſimam Francorum Regum legem, non à Sale, vel à Saliis ſacerdotibus, ſed ab ipſius authoris Varamundi Salici nomine, maiores enim Salicum cognominarunt Salicam eſſe nuncupatam autumat Ioannes* Ferrarius *Montanus vir doctus & excuſſi iudicii in l.* 2. *in p. colum.* 4. *D. de reg. iuris. addi poteſt Ioh. Pyrrh. in tract. de Lege Salica & reg. ſucceſſ.* Molinæus.

Etſi enim videatur à Salico Pharamundi cognomine vocitatam non à Sala id eſt Regij iuris Patrimonio, cum tamen aliàs Ethymologias rejiciat, conſtat hanc, quæ reliqua erat, amplexum, imò & quod à Regio nomine deducit, Regium quiddam innuere ſignificat. Certè in donatione Caroli Magni Eccleſiæ Tigurinæ, Regij Patrimonij portio, Salica terra dicitur, quo etiam nomine Decimæ Regiæ in deſcriptione Hubarum ad Curiam Furde pertinentium Salicæ appellantur. Vnde deducitur, quod erat Regium, Salicum nuncupatum. Pithœus.

CAPVT SECVNDVM.

Fuerit ne olim, hodieque ſit lex Salica, & cuiuſmodi ea fuerit?

REM prorſus indubitatam, & publicæ omnino, & tot ſeculis celebratæ fidei ſuperciliosæ ne, an ſuperſtitioſæ Recentiorum quo-

rumdam Authorum non ambiguam, ſed controuerſioſam ſanè reddiderunt. At ego qui in Luſitania natus, & in Hiſpania diu verſatus, cum Hiſpanos huic legi aduerſantes vidiſſem, ac nuſquam Scriptam inueniri obſtinatè affirmantes, vehementer optabam ſcire, an eius aliquod exemplum extaret? Non quòd de illius ego veritati dubitarem, quæ inueterata conſuetudine, traditione receptа, authoritate confirmata nullum dubitationi locum relinquebat: ſed vt animo meo ſatisfacerem, & eruditos in ea oculos haberem, aduerſarioſque vel ipſa oculorum fide refutarem. Cumque poſteà in Ioannis Chiffletij vindicias incidiſſem, vbi eiuſmodi legem conuellere conatur, exarſi ſtudio eius hominis impugnandi: ac de lege Salica tractatum inchoaui. Quem cum in ſumma librorum inopia cócinnaſſem, & ſi multa collegiſſem, quæ Salicam legem ſtabilirent, cum eius capita contenta libello citari ab authoribus animaduerterem, maiori ſum deſiderio accenſus eam, vti ſcripta, erat inſpiciendi. Cumque veniſſem Pariſios, nihil antiquius habui, quàm libellum huiuſmodi de lege Salica omni ſtudio inquirere. Nec difficile fuit in hoc emperio litterarum gemmã pretioſiſſimam, & quidem in ea domo quæ oraculum Francicum vocari debet, inuenire. Hunc igitur mihi theſaurum Fratres Doctiſſimi Sammarthani aperuerunt. Fateor me cùm vidi omnibus inceſſiſſe lætitiis, nec potuiſſe, mihi temperare, quin in maxima intemperantis propè lætitiæ ſigna prorupiſſem. Vidi (Hiſpanos alloquor) hiſcemet oculis Salicam legem typis mandatam, ex Biblioteca Franciſci Pithoei I. C. depromptam. Cuius, vt oculi Hiſpanis quibuſdam doleár, & Prologum primùm, & partem deinde, quæ maſcula eſt, ac fœminas à Regno excludit, repræſento. Nec nunc diſputo, an ea conſuetudo, & ex conſuetudine traditio? An lex ſcripta, & mandata tabulis fuerit, nec vbi inuenta, vt typis excuderetur? cùm altgiùs iſta ſunt loci: nec Gallis, doctiſſimis ve aliarum gentium viris, quaſi ignotam propono, ſed obſtinatis quibuſdam Hiſpani & ſanguinis, & ingenij hominibus obiicio, vt eius aſpectu coerceantur. Ac illud è re mea fuerit, legem eam principio exhibere, de qua late ſum acturus, vt quid mihi vindicauerim lex ipſa commonſtret: ac facem mihi reliquæ ratiocinationi præferre quodammodo videatur. Præterea quòd in Prologo idonea doctrina de initio, de loco, de iuriſconſultis, de authore, de amplificatoribus legis continetur, operæ pretium duxi ab eo initium ſumere.

INCIPIT TRACTATVS LEGIS SALICÆ.

Gens Francorum inclyta, authore Deo condita, fortis in armis, profundáque in conſilio, firma in pacis fœdere, corpore nobilis, in columna candore & forma egregia, audax, velox, & aſpera, ad Catholicam fidem nuper conuerſa, immunis quidem ab omni hæreſi, dum adhuc ritu teneretur barbarico, inſpirante Deo inquirens ſcientiæ clauim, iuxta morum ſuorum qualitatem deſiderans iuſtitiam, & cuſtodiens pietatem, dictauit Salicam legem per proceres illius gentis, qui tunc temporis eiuſdem aderant rectores. Electi de pluribus viris quatuor, his nominibus, VViſogaſtus, Bodogaſtus, Sologaſtus, & VVidogaſtus, in locis cognominatis Solehim, Bodohaim,

VVidohaim, qui per tres mallos conuenientes, omnes cauſarum origines ſollicitè tractantes, diſcutiendo de ſingulis, ſicut ipſa lex declarat, iudicium decreuerunt hoc modo. At vbi Deo fauente Rex Francorum Clodoueus, florens, & pulcher & inclytus primus recepit Catholicum baptiſmum: & deinde Childebertus, & Clotarius in culmen regale Deo protegente peruenere, quicquid in pacto habebatur minus idoneum per illos fuit lucidiùs emendatum, & ſanctiùs decretum. Viuat qui Francos diligit, Chriſtus eorum regnum cuſtodiat, Rectores eorumdem lumine ſuæ gratiæ repleat, exercitum protegat, fidei munimina tribuat, pacis gaudia, & felicitâtis tempora dominantium Domino Ieſu Chriſto propitiante concedat. Hæc eſt enim gens, quæ parua dum eſſet numero, fortis robore, & valida duriſsimum Romanorum iugum de ſuis ceruicibus excuſsit pugnando. Atque poſt agnitionem baptiſmi ſanctorum martyrum corpora, quæ Romani vel igni concremarunt, vel ferro truncauerunt, vel beſtiis laceranda proiecerunt, Franci reperta, auro, & lapidibus pretioſis ornauerunt.

Prologus legis Salicæ.

Placuit, atque conuenit inter Francos, & eorum proceres, vt propter ſeruandum inter ſe pacis ſtudium, omnia incrementa veterum rixarum reſecare deberent, & quia cæteris gentibus iuxta ſe poſitis fortitudinis brachio præminebant, ita etiam legum auctoritate præcellerent, vt iuxta qualitatem cauſarum, ſumeret criminalis actio terminum. Extiterunt igitur inter eos electi de pluribus quatuor viri, his nominibus, VViſogaſtus, Bodogaſtus, Salogaſtus, & VVidogaſtus, in villis quæ vltrà Rhenum ſunt Salehvim & Bedohaim & VVidohaim, qui per tres mallos conuenientes omnem cauſarum originem ſollicitè diſcutiendo tractantes, de ſingulis iudicium decreuerunt hoc modo.

Ex Chronico manuſcripto.

Marchomoris quoque dedit Francis id conſilium, & elegerunt Pharamundum ipſius filium, & leuauerunt in Regem ſuper ſe crinitum. Tunc habere & leges ceperunt, quas eorum priores gentiles tractauerunt, his nominibus VViſogaſtus, Arogaſtus, Salegaſtus, in villis, quæ vltra Rhenum ſunt, in Botagin, Salecagin, & VVidecagin.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, DCCXCVIII. Indictione ſexta, Dominus Carolus Rex Francorum inclytus, hunc Libellum tractatus Legis Salicæ ſcribere iuſsit.

Tria ex Prologo conſtare video. Pharamundum condidiſſe, Clodoueum confirmaſſe, Carolum Magnum publici iuris feciſſe. Nunc legem ipſam loquentem audiamus. Igitur titulum lxii. integrum exhibeo.

De Alode.

1 *Si quis homo mortuus fuerit, & mortuos non dimiſerit, ſi pater, aut mater ſuperfuerint, ipſi in hæreditatem ſuccedant.*

2. *Si pater aut mater non ſuperfuerint, & fratres vel ſorores reliquerit, ipſi hæreditatem obtineant.*

3. Quòd ſi nec iſti fuerint, ſorores patris in hæreditatem eius ſuccedant.
4. Si verò ſorores patris non extiterint, ſorores matris eius hæreditatem ſibi vendicent.
5. Si autem nulli horum fuerint, quicunque proximiores fuerint de paterna generatione, ipſi in hæreditatem ſuccedant.
6. De terra vero Salica nulla portio hæreditatis mulieri veniat: ſed ad virilem ſexum tota terræ hęreditas perueniat.

Hoc ſextum caput rem continet, cum in eo Lex maſcula habeatur. Iiſdemmet verbis conceptam exprimit Guillielmus Benedictus qui Carolo Octauo Rege floruit in c. Raynutius §. duas habens filias. n. 73. ac ſic illuſtrat.

Guilliel. Bened.

Quę verba interpretantur de Regali Dominio, quod à nullo dependet, nec alicui ſubiicitur, ad differentiam allodiorum, ſeu terrarum, quę in allodium ſubditis conceduntur à Rege: Terra enim Salica dicitur, quę Coronæ adhæret, quia Authores legis Salicæ, cum loquebantur de Allodio ſemper intelligebant de terra, ſiue hæreditate ſubditorum, quę in allodium datur, & recipitur, ſola Regi ſuperioritate reſeruata, & ad differentiam Feudorum, *pro quibus vltra ſuperioritatem Regi debetur ſeruitium. Vnde ad differentiam terræ allodialis, & feudalis, terram Regiam vocabant Salicam.*

Iacob. Bona.

Conſentit Iacobus Bonaudus Apoſtillator ad Ioannem de Terra Rubra Tract. 1. contra Rebelles a. 1. concl. 8. in verbo ex ſola vi conſuetudinis.

Textus autem legis Salicę eſt in tit. de allode, *62.* cap. primi libri, in fine ſub hoc verborum contextu: *Nulla portio hæreditatis de terra Salica mulieri veniat, ſed ad virilem ſexum tota hæreditas perueniat. Terra autem Salica dicitur, quæ adhæret Coronæ, ſapientes ſic interpretati ſunt, quia Auctores dum loquebantur de Allode ſemper intelligebant de terra, ſiue hæreditate ſubditorum, quæ datur, & recipitur, quandoque in* Francum, *quandoque in falſum Allodium,* iuxta tit. de Allode, collat. 10. *& ideò ad differentiam terræ Allodialis, terram Regiam, terram Salicam appellabant: quia lex Salica à Principibus conſtituta primitus ſuccedendi, & modum agendi in terra Regia docuit. Demum & tertio, vt dicitur in Auctore hic, ex longa obſeruatione, & conſuetudine legis Salicæ interprete, cum ſit optima etiam legis, cuiuslibet alterius approbata interpres.* c. cum dilectus, de conſuetudine.

Auth. ſtyli Cur. Parlam.

Confitmat author Styli Curiæ Parlamenti in 4. p. vbi de iuribus & priuilegiis Regni Franciæ, & de ſucceſſione loquitur in 20. & vltimo Priuilegio.

Textus autem legis eſt in tit. de Allode, *62.* cap. primi libri, in fine, *ſub hac verborum ſerie, Nulla portio hæreditatis de terra Salica mulieri veniat, ſed ad virilem ſexum tota hæreditas perueniat. Terra autem Salica dicitur, quæ adhæret Coronæ, ſapientes ſic interpretati ſunt, quia auctores dum loquebantur de Allode, ſemper intelligebant de terra, ſiue hæreditate ſubditorum, quæ datur, & recipitur in Allodium, iuxta* tit. de Allode, 10. collat. *& ideò ad differentiam terræ Allodialis, terram Regiam Salicam appellant, quia lex Salica, à Principibus conſtituta, primo formam ſuccedendi, & modum regendi in terra Regia docuit.* Ne verbis quidem à Bonaudo diſcrepare voluit

Illuſtrat Seyſſellus,qui Ludouico Vndecimo Rege ſcripſit, quem vti ſcripſit Gallicè do: quò maior ſententiæ ſit authoritas, & quòd Gallica lingua communis hodie habeatur, ac cùm Gallico maximè Imperio floreat. Is ergo de lege Salica part. 1. proponens iudicium pro Franciæ Corona latum actâ cauſa inter Philippum Valeſium, & Eduardum Anglum, ſic ait.

Et pour ce que ladite loy Salique eſtoit la vraye loy des François, chacune des parties, & auſsi les aſsiſtans, ſe fondoient principalement ſur la loy Salique, & auſsi les parties s'areſterrent fort ſur l'vſage notoirement gardé quand tels cas eſtoient auſsi aduenuz. Car cela eſtoit vne moult grande euidence du droict deſdites parties, & ſur ces deux poincts diſoit le Roy Philippe de Valois, entant que touchoit ladite loy Salique, Quòd in tit. de Allodio, 62. cap. primi libri, in fine, *Elle diſoit tels mots en ſubſtance*: Nulla portio hæreditatis de terra Salica mulieri veniat: quod interpretandum de Regali Dominio, quòd à nullo dependet, nec Alicui ſubiicitur, ad differentiam aliarum terrarum, quæ in Allodio diuiduntur; Sed ad virilem ſexum tota hæreditas perueniat. *Leſquelles paroles donnoient clairement à entendre, qu'en matiere de Couronne doiuent venir au plus prochain deſcendant en ligne maſculine de Charles le Bel, qui auoit eſté le dernier des trois Roys, & par ce moyen le Royaume luy deuoit appartenir: Et à fin de mieux entendre ceſte matiere, & que c'eſt* Lex Salica, *pourquoy elle eſt appellee* Salica, *& auſsi que c'eſt* terra Salica. *Il eſt bien vray que* Lex Salica eſt conſtitutio Regia reſponſis ſapientis initiata, & inde à Regibus ſubſequentibus diuulgata, & demum ſecundum diuerſitatem temporum per varios Reges emendata, & augmentata.

Et ferè ſtatim.

Terra autem Salica dicitur, quæ adhæret Coronæ, quia latores dum loquebantur de Allodio, ſemper intelligebant de terra ſiue hæreditate ſubditorum, quæ datur, & recipitur Allodium. Sic ideò ad differentiam terræ Alodialis, nuncupabatur terra Regia Salica, quia lex Salica à principio conſtituta, à principio formam ſuccedendi, & modum regendi, in terra Regia docuit.

Et inferius, cum recitaſſet adducta per Eduardum ſubdit.

Et outre plus diſoit le Roy Philippes, que les mots de ladite loy Salique eſtoient bien clairs, & ſuffiſans pour luy, en ladite matiere. Car elle dict en ceſte maniere. Nulla portio hæreditatis de terra Salica mulieri veniat; ſed ad virilem ſexum tota hæreditas perueniat, hæc ille.

Eandem legem firmat ſuo teſtimonio grauiſſimus Author Tiraquellus in tract. primogen. quæſt. 10. n. 13. his verbis. *In eam rem habemus legem Salicam in titulo de Allode, ne videlicet feminæ Francorum Regnum hæreditarium nanciſcantur.*

Hanc Matthæus Zampinus, eiuſque Antagoniſta Iureconſultus Pariſienſis *legem Regiam* dicunt. quòd ad Regnum conſtituendum ſpectet. Terram enim Salicam propriè Regij iuris eſſe, iam ſuperiori cum Pontano Iſacio, quæſtione oſtendimus: addimuſque verba donationis Caroli Magni Eccleſiæ Tigurinæ: quibus id magnopere confirmatur. *In ſuper in Honica duos manſos & dimidium præter Salicam terram de noſtra propria manu in ſuam manum, vt iuſtum eſt percepit.* Idoneo interprete ita expli-

cante. *Ideſt terra quæ hoſtibus deuictis Regi aſsignata.* Addit calculum Bonaudus. *Terram*, inquit, *Salicam, terram Regiam appellabant. Quia lex Salica à Principibus conſtituta, primitùs ſuccedendi, & agendi modum in terra Regia docuit* Maſcula item, & Salica, atque adeo Martia. *Quæ*, vt ait Munſterus, *vetat ne ſeptrum in colum transferatur.* Mollem horret manum Salica lex: amas duram, & ferro armatam. A iure conſultis ſtatuitur. Principe Authore Iuriſconſultiſſimo Baldo in l. 2. ff. de Senat. & tit. de Feud. March. nec minùs à Theologis, alijſque diuerſis litteraturæ hominibus celebratur. Id operæ pretium adnotare: mentionem hac de lege fieri in ipſo iuris ciuilis corpore, tum lib. de Feudis, tum poſt caput 1. de Filijs natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto.

Et quidem non ſolas feminas excludi, ſed maſculos etiam omnes in feminarum lineis conſtitutos compertum eſt, quemadmodum obſeruat Baldus, & alij cum eo iureconſulti, ac Theolog. authoreſque ad marginem citati. Et adductis infrà ex Annalium monumentis compluribus, & clariſſimis exemplis patebit. Nec enim fieri poterat, vt quo matre iure carebat, illud ad filium tranſmitteret. Itaque hîc quoque ventrem Patrus ſequebatur. Hac de re tamen poſteà fuſiùs ac explicatiùs diſſeremus.

CAPVT TERTIVM.

Salicam legem à Gallis acceptam, ratam ſemper ſanctamque habitam! atque adeò Gallicam eſſe: authoritate probatur.

QVæ comitari leges, & armare imperium ſolent, eas in Galliam quoque cum Françorum Imperio tranſiſſe ambigi certè non poteſt. Adeò qui regnat, iura dicit. Nec enim alia fortiùs vincula, quam leges animos ligant: iiſque populi in fide maximè continentur. Itaque *Pharamundum conſtat*, inquit Proſper Rendella, *Salicam legem aſcitis Proceribus prius tuliſſe: vt ab optimis legibus ſanctiſsima Regni auſpicia captaret.* Quod & Gualterius Nauclerusque, nobiles hiſtorici, tradunt. Vbi verò, & apud quos ea primùm lex lata fuerit, non admodum conſtare puto: nec id multum quæſtionis intereſt, ſcire. Crediderim: mox cùm trans Rhenum arma protulit, & Prouinciam quæ ſatis ad Regnum eſſet, occupauit, Pharamundum legem iuſſiſſe. Nec enim antè, aut poterat, aut decebat cum inſolentia legis, prę ferocis populi, vixdum edomiti, animos poſſet offendere: atque adeo diuturna conſuetudine capi, vel longiore imperio frænari eum, & ad nouæ legis iugum componi oportebat. Præterea qui arma inter iuri locus eſſet, aut qua ratione tubis clangentibus, canentibus lituis, militari ſtrepitu circumſonante lex audiretur? Vacuis auribus, pacatis animis opus, ad legem accipiendam, quam ſolet amor molliore ductu blandientis calami cordibus inſcribere. Ea in Germania nata, educta à Francis, illata in Gallias arma comitabatur, & ad bellum erudita militiam amabat, mollitiem oderat, aſſueta gladiis & telis, colos

Bald. Albet. in Salica lex. Guillel. Ben. c. Raynut. Ioan. de rer. rub. tr. cont. reb. Corſer de poteſt. Reg. Couarr. Pract. quæſt. Ioan. Pyrih tract. de leg. Sal. Caſſan. ad conſuetud. Burg. Rendel. in Reliq. Longob. Chopin. de Dom Fran. Moles de Diuat. Britan. Petr. Greg. Toloſ. ſynt. iur. Cuiac. l. 4. de Feud. Ferrar. l. 2. ff. de iur. iur. Alciat l. 2. diſp. Carol de conſuet. Pariſ. Tapia in addition. ad Ribur. Tiraquel. de iur. Primog. Aluar. Riber. de Ducat. Pontan. Suarez de legib.. Azor. 2. p. inſt.

Omnes penè Francic. rer. ſcript. Garibay l. 27. Mariana var. in loc.

colos & penſa detrectabat. Ac mihi quidem perſuaſum eſt, eam breui totam Galliam peragraſſe; cum ſit compertum, Merouco Rege Pharamundi nepote, totam ferè Galliam in Francorũ Regum poteſtate fuiſſe: quemadmodum grauiſſimi Galliarum ſcriptores tradunt: nec deſunt, qui apud Fratres Sammarthanos affirment: ab eodem Merouco Pariſios poſt longam obſidionem armis occupatos: quibus externi conſentiunt ac imprimis, Munſterus, & Turſellinus. Quare ſentio, eam in illa maxima Galliæ parte, vbi Lutetia Pariſiorum eſt, & propriè Francia dicitur, dominatam. Hîc errantem anteà, & circumlatis armis vagam, conſtitiſſe; & Regio cum ſolio digniùs, & honeſtiùs quieuiſſe arbitror. Nec inani ducor coniecturâ, nam qui primam Regum, & maſculam lineam ſuo de nomine Merouingiam inſtituit: is eam voluit legis Salicæ virtute firmare. Patri enim Clodioni, & Auo Pharamundo per bella, tumultuſque non licuit vltrà priuatam Regiam Domum, ſceptrum ſtabiliendo, contendere: Meroueus, Franciâ in ditionem redactâ, & Principe occupatâ vrbe, potuit nepotum quoque ſtirpi conſulere, & poſterorum lineam animo tendere, & legis Salicæ præſidio confirmare. Aliter ſi res haberet, non ſane Merouingij, ſed Pharamundici Reges ad Pipinum vſque Galli dicerentur. Sed ij, quòd viderunt à Merouco firmam lege Salicâ è ſolio, Regia in vrbe, promulgatâ, ſucceſſionem maſculam perpetuo lineæ Franciçæ ductu, accepiſſe, à nepote Merouingij, non ab Auo Pharamũdi dici appellari maluerunt. Nec ſanè, ab huiuſmodi ſunt Vignerius, & Fauchetus ſententia alieni. Eamque Sammarthani Fratres, egregiè ratiocinando, probabilem reddiderunt.

Sammarthan

Munſter. Turſelin.

Vigner. Fauchetus.

Quid? quod huic coniecturæ momentum addo, eoque rationem inuenio: qua, id quod proximè alienum dixeram, huius loci proprium reddo. Si quando lex Salica, Gallica illis Francici Regni initijs dicta, non errore, certè vti Caſſanæus putat, accidit, ſed conſilio effectum eſt; nam occupata opinor, Pariſienſi Prouinciâ, & promulgatâ ibi Salicâ lege, tanto omnium excepta fortaſſe plauſu, vt Gallicam eam & eſſe, & dici voluerint, ſeque Francos, & Prouinciam Franciam appellari amauerint; more gentis, quæ in Reges ſuos prona, eorum leges lætâ, & hilari fronte ſolet excipere, & obſequio gaudere: illa enim alacritatis ſignificatio fuit, qua nouo Regi parebant: nec enim illuſtrior eſſe potuit, quàm ſi externam, & alienam à patriis inſtitutis legem propriam efficerent, ſeque ſuo nomine ſpoliarent, vt peregrinum & inſolens induerent, quòd Regi gratificari vellent: atque adeo mutatis nominibus hinc de cedente Salica lege, hinc Gallica gente, mutuò relata gratia videretur. Illud quoque aſſumo, à Clodoueo eandem legem cum Chriſtiano Imperio ſancitam, & vt hoc amplificatum, ita & illam illuſtratam; quemadmodum Valeſius obſeruauit, etſi malit Clodoueum condidiſſe.

Caſſanæus.

Valeſ. lib. 5.

Igitur receptam, ſeruatamque, & conſuetudine roboratam, iam inde à primis Regni Gallici temporibus notius eſſe reor, quàm vt oporteat demonſtrare. At ne cui ſciolo, cuiuſmodi non paucos hæc profert ætas, in mentem veniat oppugnãdi, quod aut ignorare ſe fingit, aut fateri negat; operæ pretium erit, authoritate id modò: poſteà exemplis munire. Re-

gnum Gallicum intelligo, illud, quod Francicam vulgo dicunt, & in quo Reges hodieque Franci dominantur. Initium à Baldo
Baldus. eſto, is lib. 1. ff. de Senat tradit. *Ex inſtituto Salicæ legis feminis in Gallia regnandi ius prorſus adimi*: idque, *ex rationabili conſuetudine, fieri docet*. Ac eo nomine Anglorum Regem accuſat, quòd femineo ex materna linea titulo, ius ſibi ad Regnum eiuſmodi arrogaret. Principi iuriſconſulto Theologum addamus ex primaria familia Principem: Ioannem Azorium. Qui 2. tomo inſtit. lib. 2. c. 27. *Apud Gallos*, inquit, *lege Salica feminæ à*
Azor. *Regni ſucceſsione excluduntur*. Quam ſtrenuè aſſerit, & à calũnijs vendicat, iuſtamque eſſe multis argumentis cõtendit. In hanc mentem ſcribunt:
Molin. quotquot de lege Salica ſcribunt Iureconſulti, quorum nos ſupra cathalogum texuimus. Nunc & Molinam de Primog. l. 2. c. 18. & l. 2. c. 2. &
Sotus. Dominic. Sotum. de Iuſt. & Iur. l. 2. q. 6. & Sylu. nup. q. 1. n. 1608. & Carnaual. lib. 1. cenſemus. Ac omnium loco Chopinum laudamus. Hic enim
Chopin. de Dom. Franc. l. 3. c. 1. *Morem hunc*, ait, *inueteratum profitentur omnes, Francicam que conſuetudinem, vt feminæ ſimul Gallico Imperio, iuribus, officio, munere in*
Riber. *æternum excludantur*. Momentum adjicit Ribera Tract. de Ducatu Britanniæ.

Legem Salicam, inquit, *ſeu manus Gallicam, feminas penitus à Regnorum Franciæ ſucceſsione, maſculis etiam non exiſtentibus excludere, eſt indubitati iuris, ex prudentum interpretatione, & antiquiſsima Francorum conſuetudine*. Vt iam duplici lege Galli ſeruare inſtitutum teneantur. Cum inueterata conſuetudo vim legis habeat. De qua. lib. 1. §. de neque. & ibi Bartol. de aqua pluuia arcenda, l. 2. § Ductus aquæ: De aqua quotid. & æſtiua 6. ſuper qui-
Bald. bus de verb. ſignif. & Doctores in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Bald. in cap. 1. colum. 2. de Feud. March. qui locus cauſæ huic noſtræ hæ-
Gregor. ret. In quam item appoſitè. Perr. Gregor. Toloſan. Syntag. iur. lib. 4. n. 7. *Hæc lex & conſuetudo Gallica in contradictorio iudicio firmata eſt, & ferro, & rationibus approbata: ſic enim iudicatum eſt contra filiam Ludouici Huttini vxorem Caroli Comitis Ebruicenſis, quæ poſt mortem patris ſola ſuperſtes (eo ſine maſculis mortuo) petebat Regnum, Galliarum, & Nauarræ*. Nec minùs aptè Carolus
Tapia. Tapia addit ad Tract. Ducat. Britan. Riberæ. *Legis Salicæ inſtitutum antiquiſsima conſuetudine, fuit introductum: quia ad conſeruandas familias dirigitur*. Hinc illa Procerum Gallorum vox, Odoni Burgundico apud Æmylium in Philippo Longo refragantium. *Ius Regni Franciæ virorum tantum, non*
Fratr. Sammarth. Foiſſard. Aemyl. Maſſon. Villani. Aemilius. Bald. ad l. 1 ff. de Senat. & tit. de Feud. Monarch. Du Tillet. Aemilius. *etiam mulierũ eſſe. Legem quippe Salicam identidem recitabant. In terram Salicam mulieres ne ſuccedant; Terram Salicam, Regnum, Franciamque eſſe interpretabantur*: & illa Philippi Valeſij Eduardo Anglo eodem Authore Æmilio obſtrepentis. *Ius nullum feminis in Regnum eſſe. Iure materno niti Eduardum, quod nullum ſit: quod dari per leges patrias, per inſtituta gentis non poſsit*. Iam verò alia Comitis Attrebatenſis in cauſa eiuſdem Philippi Valeſij quàm eſt illuſtris! *Defendo nihil in Regno hoc iuris penes mulieres eſſe. Feminarum Regna non agnoſcimus, nos legem Salicam ante Iuſtinianum Auguſtum ſanxeramus, ne feminis Regnum mandaretur: vt gentilitium foret Regni ius*. Illa verò eſt alia Franci Oratoris apud Carolum Auguſtum, & Venceſlaum Cæſarem memoranda. *Feminis Regiæ ſtirpis, nec ipſis nec maieſtate earum filijs Regnum noſtrum valere palàm factum eſt. Regni quoque noſtri pars à ſceptro noſtro*

auelli, lege Salica incolumi, non poteſt. Calculum addat celebris Pariſienſium Patrum ſupremi Senatus in cauſa Henrici IV. Borbonij, cognomento Magni in turbulentis illis temporibus ſententia. *Nemo in externum Principem, obtentu Feminæ, Coronam Francicam transferre audeat: neque legis Salicæ neruos incidat: cui non licet, ne Religionis quidem pretextu, derogare.* Cui & iudicium totius apud Surenam Concilij, ea ſuper re habiti, conſenſit. *Sanctam itaque, & inuiolatam ſeruari illam oportet legem, qua Regni Gallici iam inde à principio fundamentum, & cardo fuit. Qua cautum: ne qua ad Coronam femina, vel per eam, quis maſculus obrepat: ei que demum aditus pateat, qui propiore maſculini ſanguinis gradu defunctum Regem contingat.* Quare præclara, & iuris Plena Regia illa Henrici Borbonij, in Senatu vox, cauſam ſuam contra aduerſarios tuentis. *Ea demum certa & ſtabilis ſuccedendi in Gallicum Regnum lex eſt, quæ feminas, & ſtirpem totam femineam excludit: quam Salicam maiores noſtri dixerunt: ſartamque ac tectam in Galliis eſſe voluerunt. Huic nos Æterni Numinis beneficio, inuiolatum hactenus Regni ius, & illibatam ab externi ſanguinis labe Coronam debemus: quæ pura ſemper, & nitida Virgineum quaſi florem ſeruauit, nec paſſa eſt ſibi, aut ſiniſtræ interpretationis, aut ſuſpicioſæ exceptionis vitium afferri.*

Anton. Herrera. lib 5. Rer. in Fran. geſtar.

Authores illor. temp.

Iam vero in hanc ſententiam pulchrè, Fulco Archiepiſcopus Rhemenſis ſanctiſſimus, & antiquiſſimus Author adnotauit, *Morem Franciçe gentis ſemper fuiſſe, vt Rege decedente alium de eadem ſtirpe, vel ſucceſſione, ſine reſpectu, vel interrogatione maioris, aut potentioris Regis eligerent.* Quemadmodum ſcribit Flodoardus, lib. 4. Hiſtor. Rhemenſ. c. 1. & 5. Nec enim perſona, aut opibus, aut magnitudine, aut potentiâ, aut dignitate, aut alijs naturæ, artiſve dotibus æſtimanda, ſed ſanguine: vt ea ſit in ſolium collocanda, quæ iure ſanguinis præſtet. Præſtabit autem is qui virilis lineæ gradu cçteros antecellat. Qua vna re vincitur: quamuis cætera deſiderentur. Ac ea ſanè Fulconis mens eſt, qui ſtirpem intueri, reliqua deſpici vult: atque adeo iubet ne reſpectus aliorum fiat, cum ſolius ſtirpis ratio habenda ſit. Rectè igitur Caſſanus lib. 2. c. 3. *Salica,* inquit, *lex, quæ feminas à Coronę ſucceſſione remouet, inuiolabiliter à Francis, iam inde ab ipſius Monarchiæ conſtitutione ſeruata eſt. Ornamentum, & magnitudo eſt Regni, cuius virtus duodecim omnino ſeculorum ſuperauit curſum. Debet huic ſtatus incolumitatem ſuam: antiqua, & cum imperio nata eſt, & ab initio huius Coronæ circulo inſcripta: numquam occaſum, numquam tenebras paſſa. Demum ſemper in Regno citra vllam virium ſuarum imminutionem obſeruata.*

Fulco Archiepiſcopus Rhemenſ.

Flodoard. Annal de Franc. Sammarth. Caſſanus.

CAPVT QVARTVM.

Appoſitis idem exemplis confirmatur.

Rectè quidem ius monuit l. 37. ff. de legibus. *Si quæratur de interpretatione legis, in primis inſpiciendum eſſe, quo iure ciuitas in hiuſmodi caſibus vſa ſit.* Cui nos edicto obtemperamus. Et quòd in ciuitate

fieri præſcribit, in Regno, eoque ampliſſimo præſtamus. Quantum igitur memoriâ vetera repetendo aſſequi poſſumus, ſepties de Regni Gallici ſucceſſione iure diſceptatum comperimus. Ac ijs interim exemplis abſtinemus, quæ aut impotentiâ, aut vi, aut Religione velificantis in iuris portum Salicæ legis curſum retardare, ac auertere potuerunt. De quibus ſuo loco dicemus. Prima inter Philippum Longum, & Ioannem, Patruum, & nepotem, illum Ludouici Hutini fratrem, hunc filium, diſceptatio fuit. Secũda inter Carolum Pulchrum, & Ioannam Philippi Longi filiam, neptem, item Patruumque. 3. inter Philippum Valeſium, & Eduardum III. Angliæ Regem, ob Iſabellam matrem Caroli Pulchri ſororem. 4. Inter Carolum Regem, Nauarræ Ioannâ Ludouici Hutini filiâ genito, & Ioannem, in Anglia captiuum. 5. inter Henricum V. Angliæ Regem, & Carolum VII. 6. inter eundem Carolum VII. & Henricum VI. Anglum. 7. Superiore ſeculo inter Henricum IV. Magnum Borbonium, & Iſabellam, Iſabellæ Henrici III. Galliæ & Poloniæ Regis ſororis filiam. Nullo non horum omnium certaminum, Salica pro maſculis lata lex, victrix extitit. Palmas ſigillatim numeremus.

Annal. de Franc. Froiſſard Æmyl. Authores Rex Franc.

Theſor. de Franc. Maſſon. Villani. Froiſſar. Meier. Sammarth. Romuald. Authot. hiſt. Fran. Herrera. Turſellin. Mariana.

Ludouico primùm Hutino, altero Regni ſui anno mortuo, ac Ioanne poſthumo ex Clementia vxore, pauló pôſt extincto, Philippus Longus Hutini frater Salica lege in Regnum vocabatur. Ei tamen ſtrenuè oppoſuit Ioanna neptis Hutini, ex Margarita Roberti Burgundici Ducis filia procreata: cui Odo Patruus fauebat. Non diu ea diſceptatio tenuit: vicit lex Salica. Ceſſit femina. Dux Odo conticuit: Oraculum illud procerum ore iactatum reuicitus. *In terram Salicam mulieres ne ſuccedant.* Ac ne quis putet, metu, cupiditatéve abſtinuiſſe: Æmilium audiamus. *Cõſenſu Francicæ nobilitatis permotus Burgundio in eorum authoritate Longique poteſtate futurum ſe profeſſus, gener etiam ab eo adſcitus eſt, ac opibus auctus*: & adſcribit: *Longus nemine vltrà contra tendente ſalutatus, ſacratuſque.* Addit pondus graui iudicio Ioánes Mariana lib. 15. c. 15. *Philippus Longus conſenſu omnium ordinum ſceptrũm capeſſiuit. Ioanna vi legis Salicæ excluſa. Cuius hæc eſt formula: in terram Salicam mulieres ne ſuccedant.* En eum, qui in Gallos male animatus eſſe ſolet Author, partes noſtras agere videmus.

Vide ſuprà cit. Authores

Paul. Aemil. lib. 8.

Mariana.

Alterius litis ſemen Longus in Ioanna filia, Odoni Burgundiæ Duci nupta, reliquit. Qui enim Odo neptis aduerſus Philippum cauſam ſuſceperat, ardentiùs vxoris egit: ſeque Carolo Pulchro Longi fratri, Ioannæ patruo oppoſuit. Sed nihil profuit, iterumque Salicæ legis vires expertus, ſuccubuit. Rem Cheſnei nobilis Hiſtorici verbis narro. *Philippo Procero, Socero, ſine liberis extincto, ad Coronam Franciæ aſpirauit Odo, ex parte Duciſſæ vxoris ſuæ: de qua litem mouit Carolo IV. cognomento Pulchro, defuncti fratri; ſed celebri decreto anni MCCCXXII. Carolo attributa fuit vi fundamentalis Regni legis.*

Annal. de Franc. Tillet. Maſſon.

Chron. lib. 14. Hiſt. Burgund.

Præiudiciũ his duobus ad futuras, ſi quæ emergerent, lites exẽplis fieri poſſet: ſed ecce nouũ, acriuſq; certamen Rex Angliæ aduerſus Salicã legẽ excitauit. Deceſſerat ſine liberis Carolus Pulcher *Pulchri Philippi filius*:

Theſ. & Annal. Franc.

quæ vterum coniux ferebat diſtorquebat anxios expectatione animos. Quid futurum Regno, ſi quid ventri accideret? deliberatum. De iure quæſtio erat. Hinc Philippus Valeſij Comes, Caroli filius, Pulchri Patruelis: inde Eduardus III. Angliæ Rex Iſabellâ Caroli Pulchri ſorore natus, ille maſculo iure, ſed remoto, hic femineo, ſed proximo pugnabat. Res ad Conſilium deducta. Auditi vtrinque Oratores. Lis Valeſio adiudicata. Cauſâ ille, quòd iure ſuperior, extitit. Non aliàs celebriore pompa, lætiore populo, ſplendiore apparatu, Rex inauguratus. Præſtat audire Æmilium. *Hunc Regem præcipua charitate, obſeruantiaque proſecuti, prædicabant, eum Vindicem Francicæ Maieſtatis legis Salicæ aſſertorem: quâ vnâ dignitas libertaſque Francici nominis conſtaret: ne alienigenarum imperio: ne exterorum ditione teneri poſſent Franci, cæteris gentibus Reges, legeſque dare ſoliti.* Viciſſe Valleſium iure: illud argumento eſt; quod Anglus ſpretis legibus, vim cogitauit, & vt neruos Salicæ legis incideret, gladium arripuit: ſed eo cauſæ ſuæ iugulum amputauit, quòd iuri armis obſtrepere voluit. Valeſio Mariana ſuffragatur, incorrupti Author iudicij. Hic lib. 16. c. 19. hac de Controuerſia ſcribit hunc in modum: *Regni Ordinibus viſum, è Republica eſſe: Coronam Philippo Valleſio tradere, quòd lege illi Salica Regnum debebatur. Hinc tamen ſeditiones, & bella extiterunt. Amiſſum ius titulo, & ſtemmate Regio vſurpator Anglus ſarcire voluit.* Ita Mariana, quem qui norit, eius iudicio acquieſcet.

Sammarth. Meie. Froiſſard. Paul. Æmil. Vualſing. Villani. Chartres. Mariana.

Caroli Regis Nauarræ Ioanne Ludouici Hutini filiâ geniti, non tam diſceptatio, quàm conatus fuit. Et ſi enim in Pariſienſi vrbe ius illud intermortuum matris Ioannæ ſuſcitare voluerit; remiſit tamen ſtatim, & elanguit. Nec illæ minæ Ioanni Gallico Regi, tum in Anglia captiuo, nec Carolo Delphino intentatæ, ſed Eduardo Anglo, qui materno ſe iure commendabat; Cum Caroli Nauarri fortius eſſet. Vterque autem defecit, quòd maſculi iuris virtute deſtituererur. Vti in Froiſſardo, & Æmilio videre eſt.

Sanmatthan. Annal. Fran. Froiſſard. 1. vol c. 1. 81. & 183.

Carolo VI. Galliæ Rege impulſa lex Salica nutaſſe viſa eſt; cùm ab eo Henricus V. Anglorum Rex datâ in vxorem filiâ Catharina, & excluſo hæreditate Regia Carolo filio, Regni ſucceſſor inſtitutus. Sed tunc maximè in tuto collocata, Delphino ius aſſerente; tandemque legem Salicam ſtatuente, ac eius beneficio impetrante. Ac ne quis tenebras ex facto illo Caroli parentis Regis, Delphini iuſtitiæ quærar, lucem affero teſtimonio Turſellini, Clariſſimi è Societatè Ieſu ſcriptoris, quem adhibeo. Sic igitur. *Eadem tempeſtate inſania Caroli Regis Franci regnum conceſſit Anglis Ioannes Burgundiæ Dux aduerſus Comitis Armeniaci dominatum à Regina imploratus, Pariſiis captis, Regem ipſum in ſuam redegerat poteſtatem. Iamque Regnum omne ad Burgundionem inclinabat, cum is per ſpeciem alloquii, fide data, fictaque à Delphino Regis filio interficitur. Igitur Philippus Dux hæreſque rei indignitate motus vrbem regiam, Regem, Reginamque cum Catharina filia Henrica Angliæ Regi tradit. Protinus Catharina patre annuente, qui nec Regni, nec mentis potens erat, Anglo Regi nubit, his legibus, vt ad Regis Franci generum, liberos ve ex Catharina genitos Regnum Franciæ, Rege mortuo, perueniret. Ita Caroli inſani morte Franciæ Regnum ab Anglis occupatum, anno eius ſeculi ferme XX.* Regni tamen ius, ac

Recherch. de France. Monſtrel. Hor. Turſel. Tillet. Sanmarth. Des Vrſins. Threſor. de Franc.

titulus penes Carolum Delphinum manſit.

Sanmarth. Paul. Æmil. Chro. Franc. Raphael Volaterran. l. 3. Geograp. Mariana. Hiſt. manuſ. de Charl. VI.

Non potuit rem aptius narrare Turſellinus: quem ego cuilibet aliter ſentienti fortiter oppoſuerim. Quod tradit: Regem Carolum, non ſatis ſui compotē, alienæ ſe, Regnumque poteſtatis feciſſe: id planè compertum eſt. Nam de eo ita Æmilius: *Patre*, inquit, hoc ipſo Carolo VI. *Qui nec ſui, nec Regni, nec mentis potens erat, nihil detrectante.* Nec mirum cum ſui captiuus iuris non eſſet. Cauſam, Francorum Chronicon affert. Additque: *In delirium animi, & inſaniam lapſus eſt. Ex eo tempore nemo ei fidere audebat. Deinde Delphinus exhæredatus, & proſcriptus.* Nec omiſerim Volaterranum, qui in hanc ſententiam ſic ſcribit: *Dicitur Carolus* VI. *in mentis valetudinem incidiſſe: cuius rei ſigna oſtendit. Qua propter iura Regni neceſſariis tradita; ipſe tantum cerebrum purgare, melancholiamque iocis, rebuſque aliis curare nitebatur.* Concinit Mariana, ſui maximè arbitrij ſcriptor. *Carolus ait VI. cum ſui non omnino compos eſſet, & ſi interdum ſibi redderetur tantis domeſticis malis par eſſe non poterat.* lib. 20. c. 1. *Atque adeo coactus eſt opem ab Rege Hugonia poſtulare: exponens, ſibi, ſuiſque impotentię compedes iniectos eſſe. Neciis per vim licere expediri.* Igitur quid iuris poterat Gallo Principi decedere, Anglo accidere, Rege mentis inope, furoris pleno, alienis imperiis coacto, vt ſola vis à Burgundico Duce illata ſatis fuerit ad acta omnia reſcindenda? Quid enim integrum eſſet, vbi mens iubentis non conſtabat? Imo ne mentis quidem compos erat, qui alieno ſenſu agebatur. Næ, ſi Angli alio titulo, non gaudent, vti conſtat: ventoſo ſanè, ac inani gloriantur.

Hiſt. Angl. Chartrier. Paſquier. Monſtrelet. P. Maſſon. Vigner. Tillet. Sammartha. Monſtrelet. Guido Papa. I. Gerſon. Vigner. Hiſt. du ſiege d'Orleans.

Inter Henricum VI. Anglum, & Carolum Septimū, minùs iuris, quàm Armorum certamen fuit. Eadem quæ viuo Carolo Sexto orta, ad filios ducta contentio. Soror Catharina, Fratri Carolo femineo ſe iure, paterni aura fauoris ſecundante, obiecerat; eâque Henricus Catharinæ filius velificatus, Regnum Galliæ inuaſerat. Pronum ac procliue inuenit: magna ex parte occupauit Burgundicis opibus fretus, Rei Gallicæ iam pridem infeſtus. Adeptus id, vt Lutetiæ Pariſiorum ritè conſecraretur. Rexque Salutatus ius in vrbe Regia diceret. Verùm non ideò legibus ſuffragantibus iit ad ſolium. Gemuit illud Anglo inſidente, & diſtracto iuri querulo ſtridore reſpondit. Siluit inter Arma lex Salica, vocem repreſſit. Terror animum non ademit. Ceſſit loco pulſa, & vi arcente in Galliæ angulos conceſſit. Sed Aſtræam ſecum detulit Sociam, & Caroli Septimi veſtigiis deduxit. Cui patrocinata ſuperis litauit, & pronos in ius reddidit. Heroici Spiritus plena virguncula viraginem induit, mox Amazonem egit, & Aſtræam ſexu, & virtute referens, iuſtitiam aſſeruit, armaque iuri addidit; rem Gallicam militarem erexit. Anglum externum vim legibus inferentem expulit; Carolum Septimum reſtituit, & in auito ſolio confirmauit. Vicit hic Cælo iudice, Authore Heroinâ, victrice virgine Laureatâ; Integri iuris Gallici argumento, virginitate incorruptâ. Imo quòd illa poſteâ innocens, ſontis more in rogum coniecta, ſignificauit, eâdem quâ illa calumniâ oppreſſa, & iuſtitiam, quam defenderat violatam. Ita virginem integræ cauſæ adfuiſſe; hoſtem: & cauſam in Carolo, & virtutem in Ioanna damnaſſe. Æmylium audiamus. *Iam mortales, immortaleſque rem Francicam reſpiciebant. Ioanna Lotharinga Puella duo*

deuiginti circiter annos nata, ad Regem Carolum ducitur, prædicans ſe mente diuinitus admonitam venire: profiteri ſe Anglos Francia exacturam. Concilio Diuum Sanctorumque non aſpernanda res viſa. Militari ergo habitu, accepto à Rege exercitu, ducibuſque obſidionē ſoluit. Interea Francus Rex authore, ac Duce Puella Rhemos ad ſacrum Chriſma, Regnique inſignia ſuſcipienda profectus: & infrà. *In poteſtatem hoſtium venit; Rhotomagum ducta, ab Anglis ſuperſtitionis inſimulata, igni cremata eſt, hoſte iudice, nemine eo loco pro captiua contra hiſcere auſo. Aurelianenſes puellæ ſtatuam poſuere. Eam ſummis efferunt laudibus. Pius Pontifex Maximus, ac Antoninus Pontifex Florentinus eam admirantur.*

Æmilij ore locutus videtur Ioannes Mariana lib. 20, c. 16. Cuius ego hic ſententiam non inſero, cum ille ab Æmilio vix verbis diſſentiat. Eiuſdem ſenſus Volaterranus eſt lib. 3. Geograph. Chronicon Francorum eam Galliæ à ſuperis dono datam, ope diuina victricem iniutia damnatam ſcribit. Quam id circo *Æternum Galliæ decus, omnium ſeculorum memoria victuram* Mariana compellat. Turſellinus hiſce illam ſtyli ſui floribus aſpergit. *Ioanna erat virgo Lotharinga viriles animos gerens; hæc diuinitus inſtincta impetratis à Carolo Rege copiis Aureliani obſidionem ſoluit. Victricia inde arma circumferens, circumiecta oppida, & Rhemos capit. Cæterum in oppugnatione Pariſiorum, cum vulnus accepiſſet à Burgundione circumuenta, & ab Anglo Rege cremata eſt, maiore inferentis, quam ſubeuntis ſupplicium probro. Quippe illa & vixerat ſecundâ integritatis, & innocentiæ famâ, & moriens facile, & procliue Regi Bellum, ac victoriam tradidit.* Et verò vix eſt domeſticus, vix externus ſcriptor; qui Ioannam calumniâ non liberet, laudibus non efferat, hoſti non ſuccenſeat, cauſam, cuius illa Patrona, non probet. Sanè qui Cælum in partibus habuit, iure gaudebat. Armata Virginis integritas, non niſi inuiolato Salicæ legis iuri militaret. Eius integritati, ac Innocentiæ Calliſtus III. Pontifex inſigni ad gloriam monumento ſuffragatur. Occupatum ab Henrico Anglo Francici Regni ſolium, nihil ad iuſtitiam cauſæ facit, nec enim vi vſurpaſſe, ſed iure inſediſſe: Legitimi Regis argumentum eſt. Alioquin & Abimelech, & Athalia, qui cruento paſſu per ſtrues cognatorum cadauerum ad ſolium ierunt, iuſtè omnino Regnarunt.

Mariana. Volaterran. Chron. Fran. Mariana. Turſellin.

Iud. 9. 4. Reg. 2.

Proximo tandem ſæculo Valleſiâ, Henrico Rege Tertio ſublato, extinctâ familiâ: noua & perplexa de ſucceſſione in Regnum quæſtio exorta. *De ſucceſſione*, non *de Iure*, induſtriâ dixi: nec enim tam inter ſe perſona: quàm ius, & Fides diſceptarunt. Et quidem Chriſtianiſſimæ Galliæ gratulandum, quòd tum primum à Regno condito legem Salicam in controuerſiam vocatit, cùm ex eius obſeruantia creari Religioni Catholicæ periculum timebat: nec vero quicquam eâ quæſtione legi detractum, imò additum prudentiſſimus quiſque exiſtimet: cum in eo etiā euentu tantus in eam Catholicorum reſpectus fuerit; vt non de abolenda, ſed in concordiam cum Fide reuocanda tractarint. Itaque componi inter ſe eas magnopere curatunt. Nec dubium, quin ſi periculum Fidei abeſſet, legis Salicæ authoritas periculum non ſubiret. Idque poſteà docuit euentus. Nam vbi ſe Catholicum Henricus eſt profeſſus: omni prorſus ſublatâ controuerſiâ Rex eſt ſalutatus. Quod ſi aliquandiu à quibuſdā

Henr. Catha. Aula hiſt. de Bel. is ciuil. Franc.

Herrera. Turſellin. tandiu certè dubitatum, donec conſtitit, veram illam, non ſimulatam profeſſionem fuiſſe. Ita illo in certamine cauſa fidei, non feminæ agebatur. Nec legi Salicæ iniuria fieri, ſed Religioni honor haberi videbatur: eoque legis authoritas magis eminebat; quòd ne ipſi quidem Fidei in Regnum, niſi cum quodam ad illam reſpectu, aditus patebat. Nec alio niſi Fidei oſtio feminæ mentio fieri permittebatur. Vt non tam feminæ, quàm Fidei ratio haberetur. Quare illud magnoperè animaduerti oportet, eo tantùm euentu regiam Iſabellam Gallicam feminam in conſultationem admiſſam, quo legitimo Henrici Magni Iuri Religionis ſe Catholicæ dignitas opponebat. Chron. Phil. II. Hiſp. Reg Babrera.

Atque in hâc rerum difficultate Diuinitùs factum eſt, vt quæ Gallia Fidei ſtudio ducta, non omnino, quod in factiones diuiſa, legi Salicæ fauebat, ea Principem obtineret, cui neque ius, neque fides deeſſet. Æquum ſanè videbatur, vt in quem Principem, tot animi & corporis dotes prolixâ aſtrorum indulgentiâ confluxerant, in eo de primatu cum magna nimietate virtus, cum ingenio prudentia, cum grauitate humanitas, cum fortitudine vigilantia, cum temperantia amplitudo, cum majeſtate gratiaque cõtenderent, cum Fidei puritas & integritas ad ſuperos eleuaretur; ac Catholicus ille Rex eſſet, à quo Borbonij Sanguinis Principes Reges, æternùm opinor hæredes futuri, quos ſibi Catholica Eccleſia, & Lumina, & præſidia eſſet habitura. Itaque ſupremum illud Numen Henrici cor tetigit, vt eiurata hæreſi, quam à puero hauſerat, Catholicam fidem amplecteretur. Eoque nos argumento docuit, quàm ſibi cordi eſſet Salica Lex, cui ne detraheretur, efficiebat; vt qua parte in gratiam Fidei ea laborabat, illo ad Fidem traducto, non rueret. Nec permiſit Religionis, vel prætextu, vel titulo alienum Principem Galliarum rerum potiri; quò ius illud ſacratius haberetur: à quo diſiungi Fides non poterat. Cedentem modeſtè de iure ſuo, & Religioni locum dantem, Salicam legem ſuſtinuit; & auerſum à Religione Principem, iniecto pietatis fræno reduxit: eiuſque Regni, à quo non erat diſſocianda fides, compotem Religioſâ profeſſione Henricum reddidit. Quem fluctuante adhuc ob ciuiles motus populo, Clemens Octauus Diuino haud dubiè inſtinctus Spiritu, Catholica edentem indicia excepit; & ſummo Cardinalium conſenſu, & plauſu (pauciſſimis Hiſpanicę factionis exceptis) Regem Galliarum iuſtum ac legitimum renunciauit. Cardinali imprimis Toleto, incomparabilis iudicij, raræ eruditionis, & miræ integritatis viro ſuadente, ac id ipſum ſtudioſiſſimè procurante. Placet delicias Turſellini teretibus auribus dare. *Rex Nauarrus Henricus ſe Catholicum profeſſus, adeò permouit Francicam nobilitatem, vt Rex Francię ſalutaretur. Ex eo Lugdunum, aliæque præcipuæ Regni Ciuitates, in noui Regis fidem venere. Et Henricus Pariſius proditione captis, à Pariſienſibus Rex conſalutatus ad maximũ vrbis templum ijt Catholici eden. Regis indicia. Itaque Pontifice per legatum ſuum exorato, abolitâ anathematis notâ in integrum reſtituitur, & Rex Franciæ à Pontifice appellatur.* Eandem ſuo, id eſt, duriore ſtylo, Mariana ſententiam lib. ſummarij teptæ ſenrat. Auila.l.13&14. Turſellinus. Ioan. Mariana in ſumma.

Quantum in lege Salica momenti ad Imperium fuerit, in his contentionum

tionum exemplis liquidò apparet, quæ illam toties victricem oſtendunt, quoties de iure diſceptatum: adeo vt cum propius periculo fuit, tum maximè, quòd vni tantùm Fidei ceſſerit, triumpharit.

CAPVT QVINTVM.

Aliis id ipſum exemplis ſuaderi.

ERit qui recentioris iſta memoriæ monumenta objiciat; antiquiora deſideret: Fidem veluti aurũ vetuſtate probet, quòque altiùs ductâ exempla, eo puriora, quaſi propiora fontibus exiſtimet. Placet morem ei gerere, & euentuum varietate contentioſum dicendi genus condire. Hactenus in acie Achilles obiecimus, nunc in vmbram & Parthenopæos, & Euryalos, & Clorindas, & Bradamantas producamus; qui cum armorum terrore percellant, tum decore formæ blandiantur.

Primum igitur, & antiquiſſimũ exemplum eſto, paucis à Clodouei morte annis in neptibus eius exhibitum. Childebertus Rex Pariſienſis Filiorũ Clodouei natu maior, nullo maſculo Filio relicto deceſſerat. Filiæ ſupererant. Illæ quòd feminæ Regni hæreditate excluſæ virginitatem Deo in Monaſterio vouerunt. Clothario Patruo Rege inſtituto. Ac ne quis exiſtimet vi non iure ſolium occupaſſe. Sequens exemplum facit. Guntrano Regi Franco Burgundionum vnica Filia Clotildis ſupererat: hâc præteritâ Bonus Patriæ Pater Guntranus, nepotem ſuum Childebertum Auſtraſiæ Regem ad ſceptrum vocauit. Atque vt ius Gallicum Salicæ legis firmaret, Filiæ Clothildi multa extra Corônam donauit. Regem ſe iuſtum excludendo à Regno, Patrem beneuolum admittendo ad reliquam hæreditatem filiam exhibuit. Itaque primas iuri, ſecundas amori detulit. Legem Salicam integram conſeruauit. Greg. Turon. Notger. Epiſ. in vit. S. Clodoaldi. Turonens. Sammartha.

Alterum & illuſtre anno Chriſti 570. à Francorum Regno condito 140. Chilperico Sueſſionum, & Pariſiorum Rege, Aurelianenſium Guntrano, Clotharij Primi Filiis, Medio matrium Childeberto, Sigeberti filio, priorum nepote; in gratiam Salicæ legis exemplum reperio. Nam cùm Chilperico Patruo nulli, quòd alij alio extincti facto, filij ſupereſſent, ſpes Childeberto nepoti fuit, in Regna eius hæreditario iure veniendi. Et quidem obtineret, niſi paulò ante mortem Rex Chilpericus Patruus, ex Fredegunda vxore Filium Clotharium ſuſtuliſſet. Conſtat Chilperico, tum, cùm Regni hæreditatem creueret Childebertus, Clotharij Filius, Ringundem filiam fuiſſe, ex eadem Fredegunde vxore ſuſceptam. Quæ Recaredo Leouigildi Hiſpaniarum Regis filio deſponſata, cùm ad thalamos iret, morte patris cruentâ, ne ſanguine pacta paterno videretur, domum eſt reuocatâ. Rem ex Paulo Æmilio & Mariana deſúpſi. Quæ ſatis ſint ad fidem faciendam delibo, mox in argumentum conuerto. Sic *Æmilius*: *Childebertus ſpe Patruorum Regni Auſtraſianis opibus adiungendi, incepto*, (id eſt armis vindicâdo,) *deſtitit. Chilpericus enim Rex filios, partim bello, partim fato amiſerat. Vnicam filiam Rigundam Rechàredo Leouigildi Viſigotthorũ Regis filio minori per legatos deſponderat.* Cõſentit Maria l. 5. c. 12. Facile eſt argumentũ Annal. Franc. Auth. Hiſp. Paul. Æmil. Mariana.

concinnare. Childebertus cũ vim meditaretur abſtinuit, quòd iure Salicæ legis vidit ſe in hæreditatem Regni vocari, cum Chilpericus maſculâ prole careret, & ſi feminea ſupereſſet. Quæ nullum ſibi negotium ad ſoliũ eunti faceſſeret, cum aditu excluderetur. Quare, niſi poſteà filio auctus eſſet Patruus, ſpe non decideret, & voti compos fieret. Eo itaque ſuſcepto, nec ſpes ei, nec ius adipiſcendi Regni fuit. Huc facit, quòd idem Æmilius cum de morte Chereberti natu maximi fratris, Pariſiorum Regis, maſculâ nullâ relictâ prole ageret, ſcripſit. *Ipſi Reges*, (ideſt Reliqui tres fratres) *domi maiore mole virium, irarumque inter ſe gerebant belum à morte Chereberti, cuius Regnum nullâ virili Sobole ſuperſtite defuncti, diuidundum erat.* Haud temerè dixit, *virili Sobole*, quòd femineæ ratio haberi per legem Salicam non poterat.

Æmylius.

Aliud in ſecundâ lineâ ſuppeditant extrema tempora, in quæ Carolo Simplicè regnante, Carolingorum familia deuenit. Balbo igitur Calui Regis, Imperatoriſque filio, breui extincto, domeſticis ſeditionibus fluctuauit Gallia. Grauidam quippe Balbus vxorem reliquerat, & ſpem Regni ambiguam venter reddebat. Cuſtos ei, & procuratot datus Odo Andegauenſis, nobilitate, opibus, fama ingens. Expectatio ex impatientia Reges fecit. Intruſi Ludouicus, & Carolomanus Balbi ex pellice filij. Iuſtius regnauit Craſſus. Balbi Patruus. Atque vti dulce eſt imperare, ne tum quidẽ cum maſculum Regiæ vxoris virili partu venter ſe prodidit, Carolo Simplici edito, ambirio ſtetit. Arnulphus tranſlato ad ſe è Caroli magni Sobole ſeneſcente Imperio ferox, Regnum quoque Galliæ occupauit. Ei honeſtiore titulo Tutoris Simplicis pupilli Odo ſe Andegauenſis oppoſuit, Procerum magnâ eum parte regnare ſuadente. Sed non tam illud imperium, quàm adminiſtratio Regni fuit. Biennio poſt, ab iiſdem proceribus abſtinere iuſſus, retentâ ſolum Aquitaniâ; cætera Gallia Simplici germano Regi tradita. Hæſerat manibus ſceptrũ: non vis, non ius potuit eripere. Sed breui mors ademit. Admonuit hæc iuris Simplicis pupilli; eâ quaſi dictante ſuprema hæc verba, penè cum anima, Odo moribundus edidit. *Patriæ à qua omnia recepimus, omnia redonemus. Carolus Balbi filius, id quod ius, æquumque poſtulat Rex vocitetur, à quo amouere ius Regni, vniuerſus terrarum orbis, ſi conſpiret, non valeat; etiam ſi ſceptra manu extorqueat.* Non tam Carolo, quàm Salicæ legi teſtimonium redditum. Præſagiit eo in articulo immortalitatis afflatu Odonis animus, quid poſteà Simplici futurum, eumque aduerſus impotentiam lege muniebat. Hanc tamen ſua Simplex inſania exarmauit, Germanorum ſe arbitrio tradens, eiſque penè obnoxio Galliarum Regno, alieni Imperii inſolente, per ſocordiam facto. Itaque nouæ turbæ exortæ: at in iis legis Salicæ lumen enituit. Nam cum multi in Gallia, & extra Galliam cognati per feminas Caroli Simplicis Principes eſſent: ac inter eos Rhollo & Gotofridus, alter Ægidiam Lotharii filiam; alter ſororem Simplicis, Ægidiam item nuncupatam, vxorem haberet, nullus tamen eorum auſus fuit Regnum femineo ad ſe iure trahere. Imo & Balduinus Flandriæ Comes, qui Iuditham Calui Regis, ac Cæſaris duxerat, cum Robertum Odonis Frarrem Regem creatum ferre non poſſet, eique armis reſiſteret, vxoris iure vti noluit. Tantùm Caroli Simplicis,

Annal. Franc.

Paul. Aemil.

Miraus.

Flodoard.

Annal. Franc.

partes fouit; cumque quòd agnatus eſſet magni Caroli, iuſtum fore Galliæ Regem ſuſtinuit. *Illi enim*, ait Æmilius, *Patre ac tot maioribus Augu-ſtis orto, quòd vna eſſet Caroli magni agnata ſoboles, ſancta maieſtas erat.* Momentum in agnatione: perinde ac nullum cognatio haberet. Æmylius.

Fortius argumentum ſumitur ex Odonis, Roberti, Rodulphi apud Gallos imperio: nam cum hi omnes, alius poſt alium è tranſuerſo ſe in Regnum, viuo adhuc Chilperico, iniecιſſent, neminem eorũ Regem eſſe legitimum duxerunt Galli, cum tamen omnes in Magni Caroli familia feminẽo ſanguine cenſerentur. Imo alienos, & interdum intruſos appellarunt. Nec auſi ſunt ij materno ſe nomine commendare. Virtute regnum, Pipini exemplo, ocupaſſe: ſocordiam Carolo Simplici, & Germanorũ impotentiam obieciſſe, nuſquam iuris meminiſſe, comperimus. Sigebert. Annal. Fran. Regino.

Primùm maternâ omnes lineâ de Caroli Magni ſtirpe deſcendere ex ipſa genealogia apparet. Nam Robertus Fortis Odonis & Roberti Pater vxorem duxit Adelaydem Ludouici Pij filiam, quæ priùs Conrado nupta fuerat, ex qua qui à Roberto ſuſcepti ſunt filij, Odo, & Robertus, Pronepotes Caroli Magni fuerunt Rodulphus vero ab eodem mer Carolo per Adalaydem ex eadem Adelayde Conrado nupta originẽ ducebar. Arqui nemo illorum iuſta ſoboles Caroli dictus: nec legitimi ad Regnum iuris compos: imo externi omnes, & alieni habiti, quòd non maſculę ſtirpis eſſẽt. Perinde ac ſi à virili excluſi, iure ſanguinis carerent. Hoc tamen diſcrimine quod Rodulphus multo eſt habitus alienior, quòd non ex Childebrandi atque adeo Maiorum domus lineâ erât, etſi Emmam ſororẽm Hugonis Magni in matrimonio haberet. De Odone Fulconem Rhemenſem Archiepiſcopum, id temporis Regnum adminiſtrantem in Epiſt. ad Imperatorem Arnulphum audiamus. *Coactus ſum*, inquit, *eius hominis dominatũ ſuſcipere, qui ab ſtirpe Regia exiſtens alienus, Regali abuſus eſt poteſtate.* Alienũ vocat eum, qui ſuam ad Carolum Magnum originem per auiam referebat. *Abuſum regiâ poteſtate* dicit, quod viuo Principe maſculæ ſtirpis Regnum occupauit. Illum, ait Æmylius, moderatè geſſiſſe Rempublicam, tantùm ſpecie tutelæ Regnum inuaſiſſe. Hinc illa iuſta Balduini Comitis indignatio, *qui*, vt ait Meyerus: *moleſtiſſime ferebat ſuperſtite Caroli Magni progenie, ius Regni alieno deferri.* Nimirum credebat alienum, qui femineo ſanguine cognatum ſe Caroli profitebatur. Itaque eam ſolam dicebat progeniem, quæ virili ſtirpe niteretur. Sammarth. l. 11. & 12. Aſſert. Gallic. c. 5. Fulco. Rhem Archiepiſc. Romuald. Æmyl. l. 3. Meyerus.

Suo Robertum fratrem argumento premamus. Eodem cum Magnum Carolum gradu ſanguinis contingeret, ad ſolium Gallicæ Regiæ occupandum, nullam prorſus eius rationem habuit, quòd nullum iuris momentum ad imperandum afferret. Patet ex ea, quam apud Proceres Gallos dixit oratione, in qua cũ multis rationibus perſuadere vellet, Regnũ ſibi non iniuria vendicare: ne verbum quidem de materni iure ſanguinis fecit. *Dictitabat*, inquit Æmilius, *conſenſione, conſilioque vniuerſæ Franciæ ius Regni vltrò Odoni delatum, eodem exemplo, quo ad Pipinum delatum fuerat. Si iure Pipinus regnaſſet, iure Odonem regnaſſe, nec potuiſſe vllâ in morte voce, ſuprema ve obteſtatione tranſlatum in domum ſuam regnandi ius ſtirpi Balbi reſtituere.* Si quid illle præſidij feminea in ſobole eſſe putaret, eo ſe profecto muniret. Sed Romuald. Annal. Fran. Flodoard.

Bertin. Odoran. Paol. Æmil. Cheſneus. quod nullũ inde peti poſſe vidit, illud accerſere noluit. Quid? quòd cum deſcenſũ vtrinque, & ab Carolo Simplice, & ab Roberto eſſet in aciem, vt ferro iudice de Regno decernerent, Caroli ius ob omniũ oculos cum verſaretur: nulli in mentem venit iuſtitiæ Roberti gentilitiæ. *Robertum*, ait Æmilius, *commendabat recens ſacrum, ſua virtus, Odonis fratris memoria, Aut mors pro Francorum rebus obita, ac cauſa belli ſuſcepti in vulgus iactata, libertas nomenque Francorum hactenus gentibus nobiliſſimum, ne Germanis Regibus, ne Auguſtis exteris ſeruiret.* Si quid in materno ſanguine iuris eſſet, non illud, opinor, Æmilius prætermitteret. Omiſit ramen, quòd vidit ſtellulã iſtam à ſole ſtirpis maſculæ obſcurari. Quare meritò Guido apud Albericum:

Guido. Annal. Fran. *Robertus*, inquit, *Odonis Regis frater, magnæ potentiæ Dux, amicorum ſuorum ſcilicet Rodulphi, tum Burgundiæ Ducis, & Viromandenſium ſimul, & Campaniæ Comitis Heriberti fultus auxilio, Regni que fere totius conſilio, Carolum Simplicem Regem Francorum deturbauit auito ſolio, quod ipſe Rex factus aſcendit.* Annon hic violenter irrupit, cùm per ſtratum iuris extincti cadauer Regnum capeſſiuit, & legitimo hærede impulſo thronum occupauit? Sanè Authoris iudicio. Cùm nihil ad abolendam infamiæ notam feminini ius ſanguinis profuiſſet.

Venio ad Rodulphum. Hic ſiue ab ipſo Carolo Simplice bellis feſſo, & inuidiâ ſuorum onerato, Regno cedente, ſiue ab Hugone magno Regni, ciuiumque potente, ſiue à Proceribus Regni à Simplici alienatis, Rex fuerit inſtitutus, (varia ſunt enim Authorum iudicia:) nulla profectò in eo

Annal. Fran. eligendo feminini ſanguinis ratio habita ſcribitur. Et quanquã per Adelaydem matrem Carolum Magnum cognatione cõtingeret, ac Emmam

Sammarth. Aſſert. Gallic. c. 6. l. 7. c. 6. vl. 11. c. 10. Hugonis magni Francorum Ducis ſororem duxiſſet, quæ Roberti Regis & Ducis Filia eodem ſanguine prognata erat, nullum omnino ius ſanguinis ad Regnum acquiſiuit. Itaque aliunde titulus cõparatus. De illo

Auth. lib. de Deru. Cæno. quippe Author libri de Caſibus Deruenſis Cænobij ſic: *Rodulphus nequaquam tyrannicè, ſed diuinæ pietatis prædeſtinatione ob meritum ſ... probitatis electus à Pontificibus, & Proceribus totius Gallici Regni.* Videſis pietare diuinã, & probitate propriã, non iure regnum conceſſum Rodulpho grauiſſimum Authorẽ docuiſſe: vt illud beneficium Dei, & quidem maximè ob Prędeſtinationem, quæ ex miſericordia fuit, gratuitum, non iuſtitiæ vinculũ eſſe videretur. Secundùm Deum Caroli Simplicis liberalitari Rodulphum ſceptrum debuiſſe, locuples eſt teſtis Paulus Æmilius lib. tertio in Rodulpho. Igitur *Simplex dum anceps fertur, in poteſtatem Viromandui, Peronam profectus præſidio, cuſtodibuſque circumfuſis adductus eſt anno ſalutis nongenteſi-*

Æmil. *mo vigeſimo quarto, vt Regni iure cedere ſe in Procerum Concilio profiteretur: illudque donare Rodulpho Burgundiæ Regi magnis opibus viro, ſuoque per Baptiſma filio.* Vbi quæſo titulus ſanguinis? ſanè nullus, quòd femininus. Siquid in eo iuris eſſet, aliquid femineo ductu in Rodulphum author nobilis corriuaret. Id certè mouet, quòd dono datum Regnum dicitur, & quod maiorem ſcriptor infuſæ luſtralis è ſacro fonte aquæ, quàm accepti à matre

Romuald. ſanguinis, rationem haberè voluit. *Is mortuus*, inquit Romualdus, *multa ambitionis & iniuſtitiæ monumenta reliquit.*

Acvt omnem dubitandi anſam idem Æmilius tolleret; ne quis tergi-

uerſationi locus foret, addidit elegantet. *Inter tot rerum fluctus, qui poſt mortem Balbi vſque ad Simplicis obitum rerum apud Francos potiti ſunt, nulli eorum iuſti Reges apud Francos numerantur, quòd is vnus ad Regnum iure, inſtitutiſque Francorum vocaretur.* Et quidem Galli, quaſi eos violati iuris pœniteret, Ludouicum Simplicis filium ex Anglia reuocatum, Paternum, & auitum in Regnum reſtituerunt. Quem idcitco Tranſmarinum appellarunt; nec antè Hugonem Capetum admiſerunt, quàm Ludouico Quinto extincto Regiam Caroli Magni agnationem deficere ſenſerunt. Quæ paulatim morte Caroli & Othonis Lotharingiæ Ducum, quos à ſceptro iuſtæ cauſæ remouerāt, extincta eſt. Quid? quod cùm Ludouico V. Rege defūcto Principes multi Carolouingi à feminis ſupereſſent, ſolus Carolus Patruus Ludouici Dux Lotharingiæ, inter omnes Hugoni ſe Capeto, omnium penè Franciæ ordinum conſenſu Regi creato, armis oppoſuit, & iuſtum ſe æmulum putans vires in eum Imperij concitauit. Non aliâ certè cauſâ, niſi quòd Carolus maſculo ſe ſtemmate iactabat, alii Principes feminino gaudebant. Quod vti alienum à ſolio, ita anguſtos ſpiritus creabat.

Æmylius.
Annal. Fran.
Flodoard.
Odoran.
Sammarth. lib. 22. c. 1.
Chrón. Gallic
Glab. Rodul. l. 2. c. 1.

Verum etſi à iure regnandi feminæ remotæ, non ideo tamen ab adminiſtratione Regni alienæ. Atque vt Adelam Philippi Auguſti matrem omittam, quæ & antea Regnūm, Philippo Auguſto Infante filio, adminiſtrarat, & ab eo eſt Rege poſteâ Hieroſolyma profecturo, eidem Regno præpoſita: Illud eſt operæ pretium animaduertere: bis Hiſpanici Regij ſanguinis & domus Reginas, clauum Imperij Gallici feliciter tenuiſſe. Ac eas quidem & magnanimitate, & virtute, & Religione pares, eo etiam ſimiles extitiſſe, quòd ambæ Ludouicos coniuges, & Ludouicos filios habuerint. Nam Blanca olim Ludouici VIII. vxor, illuſtriſſimum Hiſpaniæ & Galliæ Sydus, Ludouici IX. Sanctiſſimi Regis mater, Regnum adminiſtrandum ſuſcepit. Et modò Anna Auſtriaca clariſſimum Hiſpaniarum Lumen, & ſingulare Galliarum columen incredibilis virtutis Heroïna Ludouici Decimi Quarti mater Ludouico XIII. coniugi Soli è rebus humanis ſublato, Luna in adminiſtrando Regno ſucceſſit. Sed vti Blancam Anna Regina tempore conſecuta; ita illam felicitate ſuperauit. Nam Blancâ imperante, diuiſi in factiones Proceres Regnum turbarunt, domique & foris Rempublicam magnopere deformarunt, etſi tamen poſtea eiuſdem Blancæ ſapientiâ, & virtute Regnum quietem, Reſpublica formam receperit. At nunc Anna Chriſtianiſſima Regina, ſummo conſenſu Procerum, miro plauſu ciuium, Regnum ita adminiſtrat, vt nunquam domi pacatius, nunquam foris glorioſius fuiſſe memoretur. Nam ita Rem togatam apud ſuos, bellicam apud hoſtes gerit, vt pace Aſtræa, bello Victoria videatur. Nulla domi Politica inſtitutio nulla foris expeditio ſuſcepta, quam non vel appoſitè ad ſalutem abſoluerit, vel feliciter ad gloriam confecerit. Itaque Regium Ludouico Filio, iam in Heroa euadenti, ſolium è Lauris, Palmiſque compingit, in quod per victoriarum gradus aſcendat, vt in eius faſtigio tanquam trophæorum aceruo Triumphantis more collocetur. Cui, quòd aſſidet Eminentiſſimus Cardinalis Iulius Mazarini, Iu-

M. le Baron de Au teil Hiſt. des Min. d'Eſtat.
Nangius. de geſt. S. Lud.
Theſo. de France
Layette.
Hiſt. de Blan.
Sammarth.
Ioinuille.
Æmylius in Ludouic. IX.
Matth. Paris.
Mallonus.
Vigner.

liæ & virtutis, & felicitatis Pater purpuratus nouus, dignitatis ſplendor, nouus firmitatis cardo accedit, cùm & illius Purpurâ Sacratius, & vigilantiâ tutius Regnum reddatur. Cuius Politicis motibus, inſtar Cæleſtis Intelligentiæ, præeſt, vt cum ſuaui Reipublicæ ad pacem harmoniâ componatur, tum rapido bellorum impetu ad militarem gloriam concitetur. Quare cum tam huiuſmodi felix adminiſtratio ſit, non debuit Diuina Prouidentia aditum ad eam obiectu legis Salicæ impedire. Itaque quòd in arcanis fatorum præuidit, non fore è re Gallica, vt feminæ iure hæreditario Regnum acciperent, iure cauit, ne regnarent; at cum præſciſſet, futurum Gallicis rationibus vtile, vt interdum feminę adminiſtrarent, iuri obſtitit, ne quæ hæreditate excluſæ, illæ ab adminiſtratione remouerentur.

CAPVT SEXTVM.

In ſacram Francorum Regum genealogiam nullum ſe Pipino, & Capeto exceptis, externum Principem inieciſſe, ex ipſo linearum ductu oſtenditur.

SAcram, ex adducenda à me poſteà in vltimis quæſtionibus cauſa Francorum Regum genealogiam voco. Cùm in tres diuiſa lineas ſanctiſſimam Chriſti Seruatoris à Matthæo Euangeliſta intextam è filo triplici genealogiam repræſentet. Pipini & Capeti in ipſo titulo nomina excepi, ne quis in aditu offenderet, & ne quid me fugere putaret: lectoremque ego nouæ futuræ quæſtionis expectatione implerem.

Aunal. Fran. A Pharamundo, qui Primus Francorum Regum Gallias obtinuit, & legem Salicam inſtituit, quaſi à capite ordiamur. Mirum ſanè ſit ab eo quandam quaſi Salicam virtutem in Regium ſuũ ſanguinem deriuaſſe, vt ſicut illa femineam ſobolem excluſerat, ita hic feminei conſortium ſanguinis deuiraret. Viginti ab eo ad primum vſque lineæ flexum Reges cenſentur, Illibatâ prorſus ſtirpe, quæ pura & nitida alueo ſe Francico continuit. Iuuat repræſentare. Pharamundo Clodio Comatus Filius ſucceſſit. Hunc Meroueus filiuſne? an nepos? excepit. A quo Merouingia prima linea appellata. Ob id, opinor, quod hic primus Galliam interiorem occupauit, & Pariſiis ſedem poſuit. Merouei Childericus filius hæres fuit. Hic Clodoueum filium reliquit, à quo Regnum Sacratius, Chriſtiana, quàm primus profeſſus eſt, Religione, redditum: & felicius quòd ſacram hanc notam ſanguini in poſteros deducto impreſſit: nec enim quiſquam deinceps Regum à Catholica fide defecit. Clodoueum Childebertus filius ſecutus. Huic frater Clotarius proximus adhæſit: deflexâ iam in latus ſtirpe. Clotario Cherebertus filius ſucceſſit. Cherebertoiterũ ſe à latere Chilpericus frater iniecit. Hic Clotarium II. filium Regem procreauit. Clotharius Dagobertum. Qui Clodoueum II. Regem genuit. Quem tres filij Reges vnus poſt alium exceperunt, nam Clodoueum Clotarius Tertius; Clotarium frater Childericus, Childericum alius frater Theodoricus ſecuti. Huic ſe filius Clodoueus Ter-

Turon. Aimoin. Sigebert. Vigner. Paul. Æmil. Fauches. Petau. Baron. Sdondan.

Sammarth. Petrus à S. Romuald.

tius, breuis Rex, proximè ſucceſſorem addidit. Quem Childebertus Secundus ſubſecutus. Hic ad Filium Dagobertum Secundum, Regnum detulit. Ab hoc ad Chilpericum, item Secundum, ſceptrum tranſijt. A quo illud frater Theodoricus Secundus accepit. Cui cùm frater Clotarius Tertius ſucceſſiſſet, cum maſcula virtute, linea quoque virilis Francica defuit: & Heroïcam Pipini indolem à Martello Martiali Principe inſitam reſpexit. Pipinus Secundæ lineæ caput fuit. Ac illi, perinde hac lege iniſſet Regnum, nulla ſe in poſteritatem alieni ſanguinis peregrinitas infudit.

Mariana. Scotus. Otedegar. Mariana. Tutellin. Adelmus. Regino.

Igitur à Pipino, ad Carolum Magnum: ab hoc ad Ludouicum Pium: à Ludouico Pio ad Carolum Caluum: à Caluo ad Balbum: à Balbo ad Ludouicum perpetua filiorum ſucceſſio fuit. Ludouico Carolomanus frater adhæſit. Hic retro ductâ lineâ Carolum Craſſum Calui ex fratre nepotem recepit. A quo ruſſus ad Carolum Simplicem Balbi filium ſe reduxit. Hic ad Ludouicum Tranſmarinum filium deduxit A quo traxit filius Clotharius. Qui è manu tradidit Ludouico V. in quo finijt. E tranſuerſo ſe inferente Hugone Capeto. Qui Tertiæ familiæ origo fuit: quæ per longiſſimam Heroum ſeriem tracta, ad Borbonios Principes deuenit, quæ ductu Regij ſanguinis perpetuo virens, hodieque perſeuerat. Stemma proponamus.

Eginhart. Tillet. krantz. Anaſtaſ Bibliotb. Sigon. Maſſon. Illeſcas. Mexia. Æmyl. Munſterus.

Hugonis Capeti Robertus Rex filius ſceptrum capeſſiuit. Hic Henricum Primum Regem inſtituit. Cui Ludouicus Craſſus filius ſucceſſit. Hunc Ludouicus alter Lenis excepit. Ac ne ſigillatim ſuo quemque verbo numeremus. Philippum Ludouicus Craſſus: Craſſum Ludouicus Iunior: Iuniorem Philippus Auguſtus: Auguſtum Ludouicus VIII. Octauum Diuus Ludouicus IX. Nonum Philippus III. Tertium Philippus IV. Pulcher, Patres filij continenti filio excepere. Pulchrum tres fratres eiuſdem filij conſecuti. Ludouicus Hutinus, Philippus Longus, & Carolus Pulcher. Hîc hæſit linea, & mox retro ducta ad Philippum Valeſium Caroli Valeſij filium, horum trium patruelem.

Cheſnæus. Paſquier. Sigebert. Nang. Guagin. Odoran. Sammarth. Paul. Aemil. Munſter. Thelog de Franc. Tillet.

Ea Ioannem, Carolum V. Carolum VI. Carolum VII. Ludouicum XI. Carolum VIII. non intermiſſo filiorum ordine in Regnum induxit. Nuſquam longiùs anteà retrorſum acta Regalis linea; quàm hoc in flexu familiarum: nam ea Ludouicum XII. Aurelianenſem, Pronepotem Caroli V. cuius erat abnepos Carolus VIII. in ſolium euocauit. A qua iterum ductu longiore, Franciſcus Primus, Engoliſmenſium Dux, abnepos Caroli V. in ſceptrum accerſitus. Huic Henricus Secundus filius: cui Franciſcus Secundus, Carolus IX. & Henricus III. fratres eiuſdem Henrici Secundi filij, hoc ordine ſucceſſerunt: Donec tandem ad Borboniam familiam, quæ modò feliciſſimè regnat, ac impoſterum, opinor, regnabit, Regum tranſlatum, iure ſanguinis & legis virtute Salicæ, videmus. Itaque primum ex ea Henricum IV. magnum, eiuſque filium Ludouicum Iuſtum Reges habuimus, & nunc Ludouicum XIV. filium Adeodatum Regem habemus.

Ioinuille. Maſſon. Guaguin. Bellay. Guicciard. Paul. Iouius. Ferroni. Thuan. Aula. Herrera. Sammarth. Petau Spondan.

Et verò huius Capetini ſtemmatis, ſed intra Valeſios adhuc margines contenti, præclarum iconem Munſterus repræſentat: in quo obſeruat

Munſterus. Baldus.

Pipino Magiſtro Aulæ: Herſtalio nuncupato. Proauum habuit Anchi-
ſum, ſiue Anſigiſum: Atauum, Arnulphum Ducem, Archiepiſcopum po- Lib. Geneal.
ſteà Metenſem: Abauum Arnoldum: Tritauum Ansbertum. Quem S. Arnulphu.
Orientalis Franciæ Senatorem vocat Æmilius: & Barlandus. Addit Mũ-
ſterus alios ante Ansbertum, quem Anſelbertum appellat, Principes à
Marcomiro Magno numero deductos. Quâ tamen fide mihi non con-
ſtat. In Ansberto ſiſtitur aptiùs, hîc fons originis ſtatuendus. Planè à Ferreolus ſti-
Merouео paterna linea alienus. Sunt qui Latinum, imo & Romanum pes apud
putent. Diuinatio potiùs eſt, quàm iudicium. Manet itaque ſtirpem Sanmarthan.
Carolinam aliis Auis, ac Merouingam cenſeri, vti ex ducta ſuperiore li-
nea patet.

Secundum: Materno genere Pipinum Merouingij ſanguinis eſſe li-
quet. Nã Ansbertus eius Tritauus vxorem duxit Blitildem Clotarij I. (& vid. Sanmar.
ſi aliqui Secundi malint, de quo infra in Capeto accuratiùs agemus) Regis & Tilletium.
filiam: ex qua procreatus Arnoldus, Arnulphi Pater, abauus Pipini, vti
tradunt Barlandus, & Munſterus cum Æmilio, aliiſque compluribus.
In quibus Author vitæ Sancti Genulphi: *Pipinus*, ait, *prius Dux ex Ducibus* Author. vit.
Atauis, Proauis & Auis, & Patre Duce genitus ex Blitilde Regium genus duxit. S. Genulphi. Chelnæus.
Subſcribit Volateranus lib. Geographiæ 2. Ita compertum eſt eum in Volaterran.
Merouingia familia beneficio feminæ numerari. Proindeque Authores, Fauchet.
qui Regio illum ſanguine ortum ſcribunt, de materno eſſe intelligen-
dos; cum paterno à Ducibus deſcenderet.

Tertium: nunc aſſero & probo. Nihil eo Rege Salicæ legi detractum.
Nec enim Pipino Regnum iure ſanguinis delatum, quo ille prorſus ca-
rebat: ſed tanquam alieno datum, & vti externus electus. Vnde no-
uum Salico inſtituto robur accedit, quod qui Merouingij ſanguinis
princeps erat, hoc tantum quod illum per feminam traheret, hæres Re-
gni eſſe non potuit, ſed aliunde acerſiri oportuit, quaſi peregrinus in-
traret in alienam hæreditatem. Tam à mollitie deſidiaque aliena, tam Vignet. Moſtrel.
virtutis, & roboris amans Gallia fuit, vt qui Reges per luxum & ſocor- Cheſn.
diam effeminati viderentur, hos ipſi perinde ac feminino genere orti eſ- Sanmarth.
ſent, à Regni gubernaculis remouerent: indignoſque qui vitis impe-
rarent, quod à maſcula Regum progenie deficerent, exiſtimarent. Cum
præſertim eorum vel negligentià, vel impotentiâ, Fidei hoſtes animos
ſumerent, & rem Catholicam euerterent. Tunc enim vt fidem aſſererẽt
Reges exhibebant. Initiò potentiam minui, deinde vires & opes demi,
mox dignitati detrahi, tandem in ordinem redigi patiebantur. Hinc Ma-
giſtri Equitum poſt Dagobertum. Hinc Magiſtri Aulæ, hinc Principes Fauchet.
reipublicæ, qui armis tuerentur, conſilio regerent, virtute ſuſtenta- Nang. Maſſon.
rent. *Regum inter mortuâ gloriâ*, inquit Æmilius, *Procerum audaciâ ſuccreſ-* Aemilius.
cente, vt Regum nomen clatura tantum eſſet, omni vi dominandi in Proceribus ſitâ.
Ita ad ſumma enitebantur paulatim. Horum Princeps Pipinus Craſſus, ſiue
Herſtalius, Pacis domi, belli foris arbiter, Religionis aſſertor, victo Berta- Genea. B. Ar. Fredeg.
rio, Rabodo, fuſo, fide Catholicâ in Friſiâ inuectâ Regnum amplificauit. Cheſn.
Major Parẽte Pipino Carolus Martellus filius extitit, hic rem Gallicam, Annal Fulde.
quâ ſuperſtitione, quâ vaſtitate hoſtiũ laborantem ſtrenue iuuit: & gemi- Otto Friſing.

Regino. Per. Diacon. Iſidon. Anaſt. Biblio. Ademar. Hincm. Beda. Bacon. Tillet. Adelm. Annal. Fran. Aymoin. Il.e.c. Ciacon. Panuin. Marian Vigner. Spond. Turſellin. Platina. Romuald.

nata de Abderama, Athino, & Amoreo Saracenis Regibus victoria, lueque Saracenorum, quæ in Galliam inuaſerat, Piis armis extincta, & Romano Pontifice à Longobardicis, manu liberato, & in tutum accepto. Quare prope Regium faſtigium fuit, & Princeps Galliæ appellatus. His artibus belli, Paciſque, aliiſque clarioribus Pietatis operibus Pipinus ſolium, qui vnus ſupererat gradus, nepos alterius Pipini aſcendit, non vi quod non licuit, non iure quod defuit: ſed omnium totius Galliæ conſenſu ordinum: Romanæ Eccleſiæ authoritate, ſtupore Regis Childerici, inane tantum Regis nomen gerentis. Ac ne qua obeſſet Religio, quòd ei ob ſacram ſtirpem ſacramentum Gallia dixerat, eo annuente Pontifici exoluta. Ita ſacro in Regno Sacratius à Pipino Imperatum, iuris potius Diuini adminiculo, quam humani. Sed nobiles huius rei, & idoneos Authores demus. *Initia* Turſellini aureus nitor exornet. *Ea tempeſtate*, inquit, *Franciæ Regibus luxui, deditis Pipinus Dux Auſtraſiæ* Regio *ſanguine ortus, idemque Magiſter aulæ regiis virtutibus* Regnum *adminiſtrabat, qui maiores in dies parando opes, poſteris ſuis ad* Regni *faſtigium viam fecit.* Martelli filij curſum aureo eodem ſtilo perfundat. *Carolus*, ait, *Martellus paterno titulo non contentus, Franciæ* Princeps *eſt appellatus, & nouum titulum noua ſubinde victoria decorauit.* Pipini tandem Regis faſtigium deiecto Childerico inauret: *Zacharias Pontifex Childerici Franciæ Regis damnatâ ignauiâ, Pipinum Martelli filium*, Francis P*roceribus approbantibus*, Regem *appellat. Chilpericus Regno exutus, quietam in cœnobio vitam egit.*

Adr. Barläd.

Adrianum Barlandum iuuat audire, de Pipino Rege aptè in rem noſtrá ſcribentem. *Pipinus ab obitu patris Martelli pium Bellum ſuſcepit: hoſtes Saracenos trans Pyrenæum ſummouit. Iam hominibus ea tempeſtate* Chilperici *Regis mente* Stupidi, *vita ignaui* P*rincipatus contemptui eſſe cœperat. Burchardus Viſiburgenſium Antiſtes* Romam *miſſus orator, ad Pontificem Maximum Zachariam de Regno tráſferendo à magni* C*lodouei ſtirpe, hoc argumento orationem habuit, vt multa de Chilperici* Regis *ſtupore, multa de* Pipini *virtute, induſtria, religione, & fortibus geſtis prudenter, fæcundeque narrarit.* O*ratione Epiſcopi motus* Z*acharias initio negauit ſe tanti momenti cogitationem ſuſcepturum. Deinde videns Franciæ* Primores *miro animorum conſenſu* Pipino *adeſſe, &* Chilpericum *ſine prole, ſine ingenio eſſe, nec viuere, qui eius vicem dolerent,* Chilperico Regis *appellationem ademit. Regni* P*roceres conuentu habito Pipinum* Regem *ſalutauerunt.* Nullam hic Authores iuris materni mentionem facere voluerunt, quòd eius ratio ad obtinendum Regnum haberi non poterat. In Martij Regni vacuam poſſeſſionem ſtupore Chilperici masculæ virtutis, ac pietatis beneficio Pipinus intrauit. Electus potius alieno arbitrio, quàm proprio ſanguine aptus: non Dominus, ſed alienus: non natus, ſed inſtitutus.

Volaterran.

Conſentit Raphaël Volaterranus lib. 3. Geograph. *Chilpericus cum eſſet naturâ ſegnis populiſque male per eum conſuleretur, abdicatus Regno in cœnobio monachum egit, & Pipinus tunc hortante ac probante Zacharia Summo Pontifice Rex ſubrogatur, primus ex ea familia poſtquam Merouingorum proſapia defuit Pipinus ſecundam inter Francos incepit progeniem.* Multus

Munſterus.

hac in re eſt Munſterus: ſententias delibo: *Pipinus animaduertens Regum Franciæ inertiam, ignauiamque, conſentiente populo, mittit ad Zacha-*

riam Romanæ Eccleſiæ præſulem legatos. Zacharias memor Paterni beneficij, quo Roma liberata fuit à Longobardorum Rege, Pipinum Regia poteſtate Chilperico digniorem eſſe pronuntiat. Pontificis ſententia ferocior factus Pipinus, ſimulque eandem approbantibus Epiſcopis, & quibuſdam aulicis viris in Sueſsionum vrbe coronatus Regnum ſibi vendicat: Chilpericum verò Regem poteſtate & dignitate deiicit, & Monaſterio includit. Et paulo poſt: *Pipinus rem tantam ad Romanum Pontificem deferendam eſſe cenſuit.* Priſcus ille Author, & grauis qui ſancti Genulphi vitam memoriæ prodidit, idem multò antè docuerat. *Pipinus Pius Dux ex Blitilde genus Regium ducens, multis militiæ virtutibus inſignis, poſt depoſitionem Childerici, totius militiæ voto, vnâ cum authoritate Zachariæ Papæ, primus ex ſua linea in Regno Francorum Rex ſublimatus eſt.* Ne quis hæreat, quòd genus illius eſſet Regium ex Blitilde, quaſi ab eo titulum mutuetur: id obiter & in tranſcurſu dictum. Nemo enim eſt Author, qui neget Regij illum maternâ lineâ ſanguinis eſſe: non idcirco tamen affirmat, eo nomine Regem inſtitutum. Aliter ſecum Author ipſe pugnaſſet, qui mox ſubiunxit. *Primus ex ſua linea Rex.* Igitur à Merouingia alienus, quòd à maſcula ſtirpe remotus.

Claudat agmen Paulus Æmilius, cuius magna Gallicis in rebus authoritas eſt. Floſculos ex eo ſaltuatim libemus. De Superiore Pipino ſic. *Pipinus vniuerſam Galliam victor moderabatur. Ita tacita Francia conſulebat, vt ſibi, poſteriſque proſpiceret: iiſque tantum opum circumdedit, vt viam ſibi ad Regnum facturi ſint.* De natalium iure, ne verbum quidem apud Æmilium. Pergit de Carolo Martello ſcribere. *Carolus Martellus Francorum Princeps noua nominis nobilitate.* Nempe non Regiâ Carolinâ, ſed factis parta, à Francis indita. Addit: *Martellus acerrimus Religionis defenſor. Sex & viginti annis rebus Francicis præfuit.* Vbi quæſo ſanguinis iuriſve mentio? Tranſeo ad Pipinum. *Vt animi mortalium proni in ſpem maximarum rerum ſunt: Regium nomen non diſsimulanter Pipinus affectabat. Childericus enim Rex mente ſtupens, vita ignauus, eius cupiditati aſſentiri videbatur, ac Regio nomine indignus, ſoluque dehoneſtamentum. Vna ea res Pipinum deterrebat, quòd Regium nomen, in quocumque ac qualicumque foret, ſanctum auguſtumque fuerat. Quemnam tantæ ceruicis, tamque ſublimi vertice inueniri poſſe, qui de Regno transferendo à Magni Clodouei ſtirpe verba facere audeat; nimirum hanc tantam, tamque noui exempli rem alibi tentandam eſſe, quam iu* Francia, *quæ ſacramento Regi dicto deuincta, Religione teneretur: vbi autem melius, quam in vrbe Roma, tunc virtutis ſanctitatiſque ſeminario, rationem virtutis haberi poſſe. Quam vnam vmbræ Regis, imaginarioque ſceptro, ac ſtupido Childerico ſtatuebat opponendam: & beneficia Patris erga Pontificem Romanum, ſedemque Petri Longobardorum Rege ſocio, amicoque defenſam, non paruni ponderis habitura confidebat; ſimul ſua recentia in Chriſtianum nomen merita, ac Magiſterium Equitum, quod* Regium *faſtigium exceſſiſſe videri poterat, hæc omnia motura. Ergo Burchardum Viſiburgenſium Epiſcopum, ad Zachariam Pontificem maximum oratorem miſit, vt Franci ſoluerentur iuris iurandi religione, qua ſe Childerico deuinxerant.* Nihil hic ego addiderim: tam me Æmilius occupauit. Paul Æmil.

*** Qq ij

Quem qui legat eiuſdem mecum eſſe ſenſus cognoſcet. Quid tum? *Oratione Epiſcopi motus Zacharias initio minime audebat tanti momenti cogitationem ſuſcipere. Deinde cum Francos proceres mira conſenſione animorum Philippo adeſſe, cupereque, compertum, exploratumque habuiſſet, vnumque Childericum eſſe magni Clodouei ſobolem ſine liberis* (Hic Achilles eſt) *ſine ingenio, Francos Sacramento Regi Childerico dicto ſoluit. Hique conuentu habito Pipinum Regem ſalutauere.* Sicubi materni ſanguinis meminiſſe debuit, hic maxime certè debuit. Sed conſultò prætermiſit, quòd nullum ab eo momentum peti potuit. Cauſæ illæ fuerunt, vno & altero verbo comprehenſæ. *Tanta*, inquit, *opes Pipini, tanta Childerici contemptio.* Ius non niſi ab inertia Chilperici, à virtute ac pietate Pipini. Huic non ſanguis, ſed Religio Regnum peperit. Ab electione, non à Cunis titulus. *Pipinus*, ait iterum author, *Rex ſalutatus, vt à Pontifice*, Stephanus is fuit, *in Francia coronaretur, conſecraretúrque oratoribus miſſis egit.* Ac obtinuit. Nam *Stephanus Pipinum ad Dioniſij Pariſienſis coronauit; ſacraque vnctione imbuit, Childericumque Regem detonſum cœnobio ſacrauit, nulla cuiuſquam querela, ſed non ſine admiratione.* Coronidem imponit aptà, & quæ rem prorſus continet, ſententia. *Ita*, inquit, *acceptum prius ius regnandi, tum quaſi Diuinitus confirmatum, & immortale factum in ea familia videbatur, vt in Pipino non magis inuictas vires, quam religionem reuererentur.* Non igitur Merouingia, ſed cœleſtis Carolinorum Regum origo fuit. Non in cunis fons, ſed in ſacris. Nam ſi materno ſanguini Regnum deferretur, fortè alius Pipino propius hauriret; iſque & gradu, & iure anteiret. Vnus eſt Petrus Bibliothecarius apud Cheſneū tomo 5. ſcrip. Franc. qui ius hoc feminei generis aſtruat. Non tamen ille tanti eſt ponderis, vt tam grauium authoritatem ſcriptorum eleuet. Maneat itaque Pipinum nihil momenti ad ſceptrum Galliæ ex materno ſanguine attuliſſe; nec per illum quicquam legi Salicæ detractum fuiſſe; cum non ſtirpis iure, ſed conſenſu Franciæ, & beneficio inſuper pontificis Regnum obtinuerit.

Annal. vit. Franc. Anaſtas.

Petr. Biblioth. Cheſ.

Venio ad Hugonem Capetum. Genus aſtruamus: non dubium quin Paterno clariſſimus, à Pipino Herſtalio per Childebrandum Martelli Fratrem, tranſuerſa à Carolo Magno lineâ ductâ, non procul ab eius ſtirpe maſcula excluſus, imò proximus, Eius pater Hugo magnus, Roberti filius, eius, qui Regnum Franciæ occupauit. Qui Roberto Duce Patre genitus per auos & atauos ſanguinem traxerat ab Herſtalij Pipini fonte deductum. Mater eius eſt Auida Othonis Primi Imperatoris ſoror, non filia, quòd Turſellinum fugit. At hæc nihil ad Magni cognationem facit: & ſi eius nobilitatem maximè extollat; cum præſertim altera Othonis ſoror Gerberga Ludouici Tranſmarini vxor, & Lotharij Regis Mater fuerit, atque adeò Sobrini inter ſe Lotharius, Capetuſque extiterint. Imò & Capetus, nepos, paterque Regum, gener ac leuir Duorum Imperatorum, Trium Regum Franciæ, ac Duorum Angliæ Regum affinis, vti Sammarthani Fratres demonſtrant. Maternum inſpiciamus. Eius Proauia Adelais Ludouici Pij filia, Roberti aui mater, neptis Caroli Magni: Auia Beatrix Heriberti Viromandui filia, Caroli

Sigebert. Geneal. S. Arnulph. Turſellin.

Magni abnepotis. Itaque ab Adelayde quintus, à Beatrice ſeptimu Caroli Magni nepos erat. Imo & ſingulari felicitate ſtirpis, tertio riuo Carolinum ſanguinem in Capetinam ſobolem induxit, ductâ Adelaide Aquitanicâ pronepte illius Adelaidis quæ Ludouici Balbi filia Carolo Magno proauo gaudebat. Quę ex vnico fonte diuortia ſanguinis in Robertum Capeti Reges filium confluxerunt.

Expoſito Capeti genere, ius Regnandi examinemus. Nullum ei ex lege Salicâ fuiſſe conſtat, cum hæc maſculos poſtularit Igitur non ſucceſſionis, ſed electionis ius habuit: ſimile Pipiniano. Quemadmodum enim ſuperſtite adhuc Childerico iuſta Clodouei magni ſobole, at iam ſeneſcente, Rex, beneficio Pontificis, Procerum ac Populi conſenſu creatus, ita Capetus, recens extincto, viuo tamen Carolo eius Patruo, virili Carolinæ ſtirpis, ſed à maſculo robore degeneratis ramo Reipſa publicâ flagitante Rex inſtitutus. Ac vti Martellus Pipini pater, ob Galliam Saracena Peſte liberatã, Pipino filio, viam ad ſolium muniit: quod ipſe mox virtutis ac pietatis gradibus aſcendit; ita Hugo Magnus Pater, Normaniâ ſuaſu Othonis Auguſti in officio contentâ, Regnoque domeſticis ſeditionibus liberato, aditum filio Capeto in Regnum aperuit, in quod ille ſpoliis hoſtium Germanorum onuſtus intrauit. Eò Pipino clarior quod matre Auida Auguſti filiâ, & ſorore genitus, quòd Auo, & Propatruo, & Leuiris, Regibus commendatus. Eo item felicior, quòd fortaſſè non modo à Regni conuentibus in ſceptrum, ſed ab ipſo Ludouico V. Rege, datâ in matrimoniũ Blanchiâ Reginâ vxore vocatus. Vnde & dono Regnum accepit. Ita enim Geruaſius Tilleberienſis, *Ludouicus Rex*, inquit, *teſtamentum conditurus Reginam ſibi vnice dilectam, & Hugonem Capetum adiuranda mandata, quæ daret coëgit. Iuramento hinc inde præſtito donat Regnum vxori ſuæ, ſub præſtiti iuramenti fide Hugonem obteſtans, vt poſt datam legibus diem ducat in vxorem Blanchiam, Regno ſuo potiturus, & dominio. Sepulto Rege Hugo Blanchiam duxit.* Nec tam Blanchiæ Regnum, quam Hugoni donatum, Odoranno teſte. *Obiit Ludouicus*, ait, *Rex iuuenis, qui nihil fuit, donato Regno Hugoni Duci, qui eo anno Rex factus eſt à Francis.* Hæc eò dico, non quòd id omnino probem, aut quòd cenſeam illam donationem validam fuiſſe, ſed vt inde appareat, quàm exigua ſpes eſſet, Caroli Magni attenuatæ iam ſtirpi Regni retinendi: & quantos inde ſibi ſpiritus Hugo Capetus ſumere potuerit. Vna in re Pipino paulò inferior, Religionis, ac pietatis patrocinio, qui præcipuus Pipino titulus fuit, non quod Hugoni Pietatis ac Religionis ſtudium, ſed quòd eius vindicandæ, occaſio defuerit: certè Pipino par animo, cùm & Defenſor Eccleſiæ, & Regni Gallici inſtaurator appelletur.

Et verò vnde Capeto Regni origo, non inquiro. Illud aſſumo non ei materno ex ſanguine obtigiſſe: neque hoc titulo nixum Regnaſſe. Nam ſi huius ratio haberetur, æmuli eſſe poſſet, vti Arnulphus Flãdrię Comes, qui Iuditha Calui Imperatoris filiâ Proauiâ gaudebat. Eaque à Carolo Magno iuſtâ lineâ ex legitimo thoro deducta. Qua de re Paulus Æmilius lib. 3. *Comes Flandriæ per proauiam Magno iuſta cognatione iunctus, coronationi Hugonis intereſſe noluit.* Et Meyerus li. 2. Annal. Flandr. *Capeti Coronationi*

Supra.

Aimoin. Iodoard. Nang. Odoran.

Vide Sammarth.

Geruaſ. Tilleber.

Odoran.

Vide Sammarth.

Æmilius.

Meyerus.

Arnulphus Comes intereſſe noluit propter tantam iniuriam. Nec tam iuris Hugo adminiculo. quàm authoritate & potentia Regnum obtinuit. Quare Munſterus: *Capetus*, inquit, *potenter ſe ingeſſit Regno Franciæ.* Non tam ſine aut titulo, aut prætextu. Nam mortuo Ludouico Lotharij filio, Carolus eius Patruus, Dux Lotharingiæ legitimus ex Salica lege ſucceſſor, quòd Germanis eſſet obnoxius, tanquam ſuſpectus à poſſeſſione Regni deiectus eſt, & in eius locum Hugo Capetus ſubrogatus, tanquam Gallicæ libertatis propugnator, & aſſertor. Ita Æmilius. *Carolus Ludouici Patruus Lotharingiæ Dux, non ſatis Francis probatus quòd Germanorum Imperii totus fuiſſet*: & infrà, *Carolus comprehenſus in cuſtodiam mittitur Aurelianum. Ita Tertium Stemma in ſolio locatur, haud quaquam Francis pœnitendum.* Igitur libertas, cuius Amor Romæ Reges, & Decemviros, & Tribunos militum exegit, & Iulium ſuſtulit: ea Hugonem in ſolium euexit. Salica lege libertati ancillante. Itaque ob illius iura ad capitia quaſi Pilea, vnde Capeto, iudice Munſtero, nomen, prouocatum. In Pipino Religioni ius, in Capeto libertati litauit. Nuſquam Francia iugum ferre potuit. Nec Saracenorum ſub Childerico, nec Germanorum ſub Carolo Patruo Ludouici. Vtrique imperium abrogatum, vindicibus traditum: Salica lege interim conniuente, imo & tacitè annuente. Quod iuri ſanguinis libertatis ius, quòd multò eſt potentius, præponendum eſſe iudicauit.

Munſterus. Hugo Floriac. Tillet. Sammarth. Æmil. Tit. Liu. D. I. Plutarch. Munſterus. Annal. Fran.

Quod ſi quis Hiſpano ingenio, & affectu Author Hugonem iniuriâ Regnum occupaſſe affirmet, & id ſucceſſoribus vitium affingat: atque adeo nullum ex illius poſteris iure regnaſſe pertinaciter contendat, cuiuſmodi eſt Chiffletius, cuius fumeæ vindiciæ, fumeas adulationis concepto flatu venditationes continent, norit is primùm, quem Reſpublica ad iugum ſeruitutis excutiendum, ſiue declinandum publico omnium ordinum conſenſu Regem creat, ab eo regnum minimè vſurpari: cum præſertim qui iure ſanguinis ſuccedere deberet, aut minùs ad id potens, aut planè impotentiæ alienæ adminiſter eſt; deinde & ſi demus iniuriam in occupando interueniſſe, non idcirco eos qui deinceps imperarunt, iniuſtè poſſediſſe regnum credendum: nam quæ initio vſurpatio fuit, decurſu temporis vſucapio eſſe potuit: ac proinde exiſtere ex vſucapione præſcriptio: qui ſanè titulus Capetinis regibus non defuit. Cum Othone Lotharingiæ Duce Caroli filio extincto Magni Caroli agnatio defecerit: etſi enim filiæ ſuperfuerint: earum ad regnum ratio haberi non potuit, lege Salica excludente: quare tunc cæpit ius Capetinum inualeſcere: nec illud deinceps, aut intutum, aut dubiũ fuit. Quòd ſi adhuc, vti ſunt proterui Hiſpani, Chiffletius reſiſtat, par ei referam, quod eum mordeat: imò multa regeram, quorum pœniteat. Henrico I. mortuo duæ filiæ ſupererãt: Blanca, & Berengaria. Illa natu maior Ludouico VIII. Chriſtianiſſimo Regi nupta. Hæc minor, locata Alphonſo Regi Legionenſi. Iure Blanca eiuſque filius Ludouicus Nonus valebat: nec Hiſpania feminas arcebat: imo vocabat ad coronam. Placuit tamen Hiſpanis Berengariam ſtatu minorem præferre, rurſum prætextu, quæ ex peregrini Regis Imperio orirentur. Ita Blanca excluſa cum Filio ſuperſtite: cuius hodieque poſteri maſculâ lineâ Chri-

Mariana. Garibay. Chron. Hiſp. Annal. Franc. Nos infrà.

ſtianiſſimi Regis ſuperſunt. Et tamen Regnatur tutâ in Hiſpania conſcientiâ,ac Hugo Francis objicitur? Pudor coëgit Hiſpanos,vti tum impudentiâ Regno, ita modo prærogatiuâ ætatis Blancam priuare, non contenti,iuri naturæ detraxerunt. Sed eos grauiſſima Hiſpanorum iudicia damnarunt, qui iniuriæ mendacium addere noluerunt. De quo nos poſteà vberius dicturi. Mariana. Garibay Vide Ribetium tract. de iniuſt. ſucceſ. & de anatom.

Perſpicuum alioquin exemplum inductis opinionum nebulis, Recentioris memoriæ authores obſeruarunt. Aliud injicio: cui manus dare cogantur. A Sancio Alphonſi Filio Pater Regno exutus, & nepos Alphonſus Cerda legitimus hæres excluſus:ius,& Pietas cum legum, & naturæ gemitu violata. At non idcirco ſpem Medinæ Cæli clariſſimis Ducibus amiſſum Regnum recuperandi illæ iniuriæ præciderunt. Quantò & innocentiùs, & iuſtiùs Regnum Capetus Franciæ obtinuit! Retinentque poſteri Capetini Reges ſucceſſores / quare ne ſe ijs quiſquam opponat, & obloquatur. Mariana. Vaſconcel. Faria. Riberius.

Refragari adhuc Hiſpani poterunt,nixi iuri Patris contra nepotem: & tergiuerſari,ac ſubterfugere. Nunc illos eo nodo conſtringo,quo ne Protheus quidem poſſit exolui, nam quanto magis excutiant, tanto magis tenacia vincula contendam. Ille Henricus Rex nothus, qui occiſo Petro legitimo Rege Fratre,cum ſe vi introduxiſſet, nullo iure poſſidere Regnum potuit. Conſtat: cum mortuo Patre Petro duæ filiæ Conſtantia, & Iſabella, ambæ recognitæ, & Sacramento dicto Principes Hiſpaniæ ſalutatæ ſuperfuerint. Quarum tam præſens ius erat, vt & Dux Ioannes Lancaſtrius Conſtantiæ vir, ex Anglia in Hiſpaniam ad repetendum Regnum cum copijs venerit,& Rex Ioannes Luſitaniæ,Catharinæ filiæ Conſtantiæ thalamos repudiarit, ne ſe ea lite inuolueret, & hæc tandem in thorum Regium Caſtellæ recepta, ius in ſolium ſecum induxerit; & controuerſiâ ſublatâ turbidum illud tempus ſerenarit. Chron. Hiſpania. Luſitaniæ. Angliæ. Mariana. Garibay.

Neſcio,an maius habeat pondus aliud quod atrocius quiddã,& horribilius repræſentet. Hērico IV. Hiſpaniæ Regi Filia erat Ioanna ex legitima vxore Luſitanâ Fideipublicæ dicto Sacramento Princeps habita, recognitaque ab Iſabella amita. Hanc vbi libido Regnandi tenuit ſparſus rumor,ex adulterio ſuſceptam,thori Regij temerati Reginæ,fama inquinata, ſuppoſitum nomen adulteri,Princeps innocens abiecta, iure, honore,titulo ſpoliata,Regno prorſus excluſa.Iſabella Ferdinando Catholico ſui & ſenſus, & faſtus viro copulata,ſolium,quod vacuum iniuria fecerat,occupauit.Deo poſteà pænas ambitionis repetente,coronâ in Auſtriacæ domus ſanguinem tranſlatâ. Zurara. Pina. Vaſconcel. Riber. Chron. Luſit. Zurita. Mariana. Chron. Hiſpan.

Ex his apparet Capetinos Principes in Gallia multò iuſtius; quàm aut Sancianos, aut Fernandianos, aut Henricianos in Hiſpania regnare, quòd & Regno ipſo vocante, & libertate cogente, nec contra ius, neque facta cuiquam iniuria Regnum obtinuerint; nemine de Magni Caroli virili ſobole poſt illum Othonem ſuperſtite legitimè poſſederint. Eoque huiuſmodi ratiocinationem concludo. Salicâ lege cautum, vt ne qua in Regnum femina ſuccederet, non vetitum ne quis maſculus, aliunde intraret, modò id rerum ſtatus publicarum exigeret. Atque adeo permiſerit

viro ad arma nato aliquando, ex electione ſceptrum capeſſere, vetueritque ne femina iure illud ſucceſſionis vendicaret. Cuius nos rei poſteà rationem reddemus.

CAPVT OCTAVVM.

Collatione inter Franciæ Regnum, aliaque Imperia, & Principatus facta, ab alijs feminas admiſſas, à ſola penè Francia excluſas apparere.

QVi regulam exceptione firmare voluit, is demum rem acu tangere viſus eſt. Nam ſicut à partium enumeratione, & excluſione Rhetorici, & Dialectici quod proprium eſt colligunt, ita & iuriſprudentes propoſitâ regulâ excipiendo, & arcendo aliena, ius ſuum muniunt, & confirmant. Igitur hac nos ratione Salicam legem propriam Regni Francici eſſe oſtendemus, ſi eundo per alia eaque conferendo in omnibus penè aditum ad ſceptrum fœminis fuiſſe palam faciamus. Nam ſi enumerando, & excipiendo appareat ſolam propè Galliam, fœmineum genus à ſolio arcuiſſe, tum maximè conſtabit propriam illius Salicam legem fuiſſe. Atque adeo non quolibet modo propriam, ſed dialectico, quod quarto modo vocant fuiſſe, & vni tantùm penè Galliæ ex Ariſtotelis doctrina conuenire.

Antequam id præſtem, duo animaduerto: alterum non mei eſſe aut inſtituti, aut operis, minores ſtatus hic afferre, nec de ijs velle intelligi; vt qui ſciam aliquot ex ijs legis Salicæ obſeruantia teneri: quare data opera initio dictum Imperia à me, & principatus cùm Galliæ Regno cóferri. Itaque recipio, eos tantùm minutos principatus collaturum, qui vel Galliæ partes ſunt, nec tamen Regnum propriè conſtituunt, vel ei ita adhæreſcunt, vt eodem Franciæ nomine cenſeantur. Alterum non me omnia, quæcumque in ſingulis regnis fœminarum ſuccedentium exempla contingerunt adducturum: quod cum oſtentationis ſpeciem habet, tum lectorem intentionem franget, ſed quædam notiora, à me allatum, neque tamen ad ea eruẽda quæſitum iri authores, cum ſi exẽpla ob oculos proponantur omnino ſit fides adhibenda.

Atque vt de Imperio obiter dicere non omittam, Illud ad quæſtionem non pertinet: cũ ius Imperij electione magis, quàm ſanguine nitatur: atque adeo legum vinculis liberum ſit: quòd ſi aliquandiu certo ſanguini hæſit, hodieque Auſtriaco hæret, id ſanè præterquam quòd contra Imperij liberam dignitatem ſit, non efficit, vt cùm adhuc electionis vmbram retineat, aditus fœminis detur. Itaque viri à viris eliguntur, quod ſi in Orientis, quod aliquantò effeminatius fuit Imperium, oculos conuertamus: minùs illud quàm Gallicum regnum virile reperiemus, vt priùs Imperij exceptio ſit: Cui Gallia omnino præferẽda. Certe Michaël Calæphatus primum, deinde Conſtantinus Monomachus Zoës Auguſtæ coniugis beneficio Imperarunt. Imo & Zoe ipſa, & Theodora ſoror geſſit

Sciptores græci. Turcelinus lib. 8.

geſſit Imperium. Idemque paulò pòſt adminiſtrauit Eudoxia, quæ Romanum Diogenem ſuo Imperatorem connubio fecit. Quid? quòd tanta in ſceptrum illud poteſtas muliebris fuit, vt in Michaëlem Stratonicum, quem in filium adoptauit, Theodora Auguſta Imperium tranſtulerit. Zonar. Cedre.

Regnorum primum eſto Hiſpania. Hæc feminas ſemper ad ſceptrum vocauit: nec vlla vnquam temporum memoria excluſit: ac vt Hormiſindam, Odiſindam, & vetuſtiora alia exempla omittam: illud eſt tum per ſe, tum ob factam iniuriam illuſtre: cum Berengaria natu minor, contemptâ Blancâ maximâ natu, Caſtellæ Regnum obtinuit, & Ferdinando filio, ac poſteris poſſidendum tradidit. Quo alio quæſo titulo Ferdinandus Catholicus, niſi Iſabellæ Catholicæ? Quo Philippus Auſtriacus, niſi Ioannæ Catholicorum Regum filiæ coniugio, reges Hiſpaniæ extiterũt? Quo iure Dux Lancaſtriæ Regnum Hiſpaniæ ab Ioanne primo Henrici nothi filio repetebat, niſi nomine vxoris Conſtantiæ Petri Regis ante Henricum filiæ? Quâ ratione compoſitæ lites, ſedata bella, turbæ ſubmotæ, niſi pactâ Catharinâ Conſtantiæ filiâ, Petri nepte, Henrico Ioannis filio, qui ea ductâ iure femineo fortiùs regnauit? Cum Rex Emmanuel Luſitanus, eiuſque filiolus Michaël, Sacramento iis palam in Comitiis dicto, Regni Hiſpanici ſucceſſores appellati, non eorum, ſed Iſabellæ Catholicorum Regum filiæ ratio habita: quippe quâ mortuâ, Ioanna ſoror Regina, ac per eam Philippus Belga Auſtriacus inſtitutus. Mariana. Garibay. Author Lusit. Galli ſcriptor Hiſtor. Hiſp. Hiſt. Agnl. Pina.

Rariora in Aragonia exempla, ſed illuſtria. Rex Petrus cum ſine filiis eſſet, Infanteſque fratres ſupereſſent, teſtamento hæredem inſtituit filiam Conſtantiam, & ſi poſteà ad turbas euitandas aliam duxerit vxorem: ex qua Ioannem futurum haud dubiè Regem procreauit; atque hoc exemplo vſus eſt Martinus Rex, qui Ferdinandum ex Eleonora ſorore nepotem prætermiſſo Ioanne Secundo Caſtellæ Rege, & Comite Vrgelenſi, aliiſque è virili ſtirpe competitoribus Regem inſtituit: iſque materno iure regnauit. Goes. Mariana.

Luſitania Hiſpaniam ſecuta, ius feminis regnandi permiſit: vnum & alterum, ſed nobile ſuppeditat; nimirum maſcula gens & Francigena mares tulit: naturâ, vel prouidâ vitante euentus, in quibus feminæ imperarent. Henrico mortuo, cumque eo Regno ſeneſcente, ius ad Catharinam Duciſſam Bragantiæ ſpectare cœpit: quod tamen Philippus Prudens Iſabellæ matris beneficio interuertit, donec his temporibus Sereniſſimus Rex Ioannes Quartus, Promiſſus, Catharinæ nepos, auiæ ſuæ iure poſtliminiò vindicauit. Itaque ſiue prętextus Philippi, ſiue ius Ioannis Quarti ſpectetur, vtrique femineus ſanguis adſtipulatus: hęc de Hiſpania. Zurita. Hiſtor. Aragon. Mariana. Hiſtor. Luſit. Cabrera. Herrera.

Iam velut appendix Neapolis conſequatur. Celebris eſt in hoc Regno duplex Ioanna, altera Roberti Caroli Secundi Regis filij vnica filia: altera Caroli Tertij Hungari filia, quę non modo regnum adminiſtrarunt, verùm & alios hęredes inſtituerunt: nec aliò ſanè iure Andegauenſes, & Aragonij, quàm femineo decertarunt. Annal. Neapolit. Illeſc. Ciacon.

Duas alias Ioannas, non minùs memorabiles Nauarra exhibet. Vnam Annal. Fran.

Hiſtor. Nauar. quæ Ludouicum Huttinum: altera quæ Ioannem Eburouicum Comitem Regem fecit. Addo antiquiorem Blancam, quæ morte Sancij Octaui Theobaldo filio Regnum peperit: & Recentiorem Catharinam Phœbum, quæ ad Alabreti Dominos Regnum traxit.

Annal. Angl. Non pauca ſubminiſtrat Anglia exempla. Satis ſit illud, quo Henrico Primo nepos Henricus Secundus, matris Mathildis beneficio ſucceſſit: ne de Catharina, & Maria Eſtuarda, Iſabellaque commemorem, quæ vulgo notiſſima nemo ignorat: de Scotia non opus eſt dicere.

Hiſtor. illius Regni. Villareal in Antiearam. Hungaria id præter alia ſuppeditat: Stephano eo, qui diuinos honores meruit, mortuo, Regnum ſuſcepit Petrus nepos ex ſorore, patruis qui tres ſupererant, prælatus.

Chron. Regni. Polonia Iſabellam producit, quæ iure ſuo Ludouicum donauit, Regem ob ib à Caſimiro Vladiſlai filio auunculo inſtitutum.

Hiſtor. illius Regni. Nec Dania exemplis caret. Canuto Tertio fatis concedente, Sueno ſororis filius, fruſtrà ſe opponente patruo, ſceptrum capeſſiuit: eodem iure Chriſtophorus Dux Bauariæ Erico ſucceſſit.

De Regno Suediæ nihil attinet commemorare, cum hodie Sereniſſima Regina, digna Guſtauo parente filia, nos doceat, Regni illius hæreditatem poſſe ad feminas pertinere.

Paul. Iouius. Suum eſt in Mediolano Sfortiis per Blancam, ſuum Chriſtianiſſimis Galliæ regibus; & quidem iuſtius, per Valentinam exemplum.

Vide Villar. Anti. Caram. Partiti quidem ſtatus Cleuenſis, & Iulierienſis Imperij fœminarum lites, ſed minuere iura non potuerunt, cum, quid Elector Brandamburgenſis, & Comes Neoburgenſis vendicarunt, vxoribus debuerint.

Sammarth. Argentrè. Sammarth. Paul. Iouius. Galliam propiùs accedamus. Britannia feminas admiſit: nam Conſtantia Comitis Conani filia paterni ſtatus hæres fuit: hæc Aleidem filiam habuit, quæ Ducatu accepto Petro Dreuxio dicto Maucler nupſit, qui vxoris beneficio Ducatum obtinuit, quem tamen viuus Ioanni Filio, ius matris teſtatus, ceſsit. Deinde mortuo Ioanne III. ad Ioannam eius ex fratre Guidone neptem, Carolo Comiti Bleſenſi nuptam, licet Ioanne Monfortio repugnante, Ducatus venit: etſi poſtea conuerſa fortunæ alea ad Monfortios tranſierit. Tandem Anna Ducis Franciſci filia, vt Ducatū cuius legitima hæres, ad Francos dotali ſecum iure traheret, primùm Carolo Octauo nupta, eoque ſine liberis mortuo, Ludouico Duodecimo locata: quòque firmius redderetur ſucceſsionis vinculum, Claudiam eius filiam Franciſcus Valeſius Primus huiuſce nominis Vxorem duxit, ne ſi alteri daretur nuptui, is Ducatu dotali potiretur.

Annal Fland. De Flandriæ Comitatu conſtat: eum ad feminam quoque ſpectare: exempla duo è multis ſeligam. Philippi Audacis vnum, Maximiliani alterum: quos vxorum beneficio Comitatum adeptos nemo ignorat, modò eruditos in annalium monumentis oculos habeat.

Sammarth. Munſter. Burgundiæ Ducatus femineo iuri obnoxius fuiſſe comperitur. Iam inde à Conrado Comite Pariſienſi Iudithæ Reginæ fratre, qui Adelayde Vgonis Burgundiæ Ducis filiâ vxore ductâ, eum ſtatum obtinuit: quam altera Alaidis Conradi alterius Iunioris filia, ad Richardum

Comitem Auguſtodunenſem detulit; deinde Giſleberto Manaſſis Filio Diuinionenſi Comiti, Coniugis Sororis Vgonis Nigri beneficio, idem ducatus obuenit: cumque iterum ad Othonem fœmineo iure Leudegardis reuolutum patet, donec Ioannæ matris ratione, quæ Philippi Roboretani amita magna fuerat, ad Ioannem Franciæ regem deuenit. Lotharingia maiorem excitat animorum intentionem, quod ea Francica maxime & Salica eſſe videatur: at non illa plane virilis ceſſit fœmineo iuri, & colum, & penſa in Gynaceo admiſit, Hercule tamen euirato, & Achille ſe mentito tuebitur. Ac primum Godofridus ille Arduenenſis qui Othoni Caroli Filio, qui vltimus ex ſtirpe maſcula Caroli Magni fuit, ſucceſſit, eius materna linea conſanguineus à Munſtero dicitur. Quod ſi quis neget, fateatur oportet Gotholanum Gotifredi filium, hæredem inſtituiſſe illum Gottifredum Bullionium, qui captis Hieroſolymis primus in iis regnauit: quem conſtat Gotthelonis ex ſorore nepotem fuiſſe: atque adeo fœminini Iuris adminiculo Lotharingiæ Dux effectus: Iam vero Renatus Andegauenſis titulo vxoris Caroli Lotharingiæ Ducis Filiæ, Ducatũ adeptus eſt quem ipſa poſſedit; ac ne poſteà lites oriretur Iolandam Filiam Frederico Vademontio competitori ignauo & forti vxorem dedit, quo Controuerſia tota penitus ſublata. Ita ducatus Lotaringicus quem quidam maximè Francicum & Salicum exiſtimant, Fœmineo iuri obnoxius reperitur. Munſter. Æmilius. Chiffles.

Age vero ſimile aliquid in regno Franciæ adducat quiſquam. Certè iam inde à Pharamundo, tot per ſecula, nuſquam ad noſtra vſque tempora, fœminis aditus ſe ad regnum aperuit: igitur in eo tantum viguit Salicæ legis inſtitutum, quæ lex propria Franco-Gallorum, cuſtoſque Regni, & murus Imperij obice oppoſito, ne qua ſe fœminei ſanguinis ſtirps injiceret. Cui qui principatus paruerũt, ij profectò Salicæ legis præſidia non curarunt. Dubitent de illius ortu & origine quidam. Contendant apud Germano-Francos natam. De patria pugnent. Id conſtat à Gallis acceptã, in Galliã adultam, & confirmatam: vt inſtar Aſtreæ magna orbis parte peragrata alias Regiones, quaſi excedẽs inuiſerit, in Gallis quieuerit, alibique hoſpitium habuerit, apud Gallos domiciliũ collocarit. Si qua fœmina auſa eſt aliquando cum viro de regni Gallici iure diſſeptare, ea non diu reſtitit: *Edocta*, verba ſunt Æmilij, *viros, non fœminas in Gallia regnare, nam omne ius viris, fœminis nullum eſſe agnouerunt: fœminæ*, licet aliis in regnis dicere, *materno interdum licuiſſe iure regnare*: In Gallia nefas eſt dicere *licuiſſe*. Paul. Æmil.

Vt vero maius addam huic quaſi inductioni exemplorum momentum, authoritatem magni Theologi Azoris adhibeam: qui. 2. p. isn l. 11. cap. 2. exitata quęſtione. An fœminę in regnũ, vel principatũ ſuccedãt? affirmat exceptâ Galliâ apud alias fermè nationes ſuccedere: & quanquã vti prudens varia eſſe hac in re inſtituta fateatur, nullius niſi Gallicæ gentis legis, & conſuetudinis meminit: eamque agnoſcit & confirmat. De aliis ſi qua ſunt, non audet affirmare, vnam excipit Galliam, & quod ſtemmati Galliæ Triliiiato lemma ex Euangelio inſcribitur, appoſitè Ioan. Azor.

adducit. Loquatur ille. *In Francia,* inquit, *lex Salica celebratur, qualis eſt. In terram Salicam feminæ non ſuccedant, pro qua lege id facere dicunt, quod dicit Chriſtus Dominus apud Lucam. Conſiderate lilia quomodo creſcunt: non laborant neque nent: quibus Verbis Philippus Valeſius Regnum adeptus eſt. Ferunt enim contra legis Salicæ oppugnatores tunc fuiſſe concluſum, lilia Francorum non deberi niſi nobilibus qui non laborant, nec deberi niſi maſculis qui non nent:* At ne quis de illius iudicio dubitet, facit poſtquam multa more ſuo in vtramque partem diſputauit, tradita in fine Capitis pro Salica lege feminas regno arcente ſententia, quam adiecto inſignis Iuriſconſulti Baldi calculo confirmat.

Aliud & quidem nouum, & ſimile exceptionis ſupereſt argumentum. In tot ſe facies aperit ius Gallicum legis Salicæ, tam Germana hæc eſt regni Gallici nota, vt ea à cæteris regnis diſcernatur. Itaque Reges Galliæ cum ſuccedendum in alios Principatus fuit, alio ſe iure, id eſt femineo munierunt: quòd ſcirent, virili id eſt, Gallico ad eos obtinendos vti non poſſe, quo ſanè profeſſi ſolum Regnum Gallicum Salicæ legi obnoxium eſſe. Quare ad Galliam vindicandam ſuo, id eſt maſculo, & virili ſtipite ducto, licet longo circuitu vtebantur, ad alios Principatus poſſidendos coniugia captabant, vt à feminis ius nanciſcerentur. Imò & interdum ortâ ſuper regno Galliæ quæſtione feminis, & viris feminino iure gaudentibus, illos ſtatus offerebant, qui nexu feminei ſanguinis coniuncti à trunco poterant Galliæ ſeparari, retento ſemper Gallico maſculis addicto Imperio, ne ad femineum genus tranſiret.

Hiſt. Bretan. D'Argentr. Philipp. Commin. Chartr. Treſ. Sammarth. Tillet. Argentr. Ferron. Tillet. Guicciard. Iouius. Sammarth. Thiel. de Franc. Iayette. Sammarth. Iouius. Aemylius. Cheſneus in Antiq. Saniuſtian. Tillet. Catel. Sammarth.

Fidem faciamus exemplis. A Britanniæ minoris Ducatu initium eſto. Is mortuo Franciſco Duce, ad Annam filiam vnicam deuenerat: hanc quo & illum traheret Ludouicus Vndecimus Rex, in primis callidus, & ſagax Carolo filio vxorem procurauit, & nobiliſſimum procum Maximilianum Imperatorem abegit: quem illas ambire nuptias nouerat, vt dotalem principatum acquireret. Igitur illius conatus aſtu deluſit, & ſponſam cum dote occupauit. Eâ Carolo per immaturam mortem diu frui non licuit, quique ex ea liberi ſuſcepti, omnes acerba morte præuenti. Itaque Ludouicus Duodecimus Aurelianenſis, Regni, & Coniugis Hæres fuit, ne Britannia ad alienum deflecteret, quæ ſemel Franciſco hæſerat: ac vt firmius vinculum eſſet Claudia filia Franciſco Valeſio Regi, poſthabito Carolo Auſtriaco nuptui data, vt femineum ius natura ſua imbecille, duplici connubio ſtatueretur: ac in virile, & Salicum tranſiret. Recentiori exemplo quòd nobilius primas dedi. Addo antiquiora. Ludouicus Nonus Rex ſanctiſſimus Matiſconenſem Comitatum ab Alley de Viannenſi, Ioannis Droſcenſis vidua, prętio emptū obtinuit: qua item ratione Ludouicus Duodecimus à Maximiliano Cęſare, ſi quod in Ducatum Medolanenſem ius habebat, repręſentata pecunia, in ſe vertit, ac Valentinianum titulum confirmauit. Iam vero Ducatus Alanconius Philippo Auguſto ab Helia Roberti Alanconij ſorore dono datus, argumento eſt in ditiones femineas Salico oſtio non intrari. Quid quòd Toloſatium nobilem Comitatum Alphonſus Diui Ludouici Re-

gis frater ducta Ioanna Raymundi V. Comitis, & Sanciæ Aragoniæ filia Gallicum fecit? Sanè non aliò quam fœmineo titulo Rex Ioannes Burgundiæ Ducatum, & accepità Philippo Roborerano, & tranſtulit: teſte Froiſſardo, Hallieno, Paradino, & Chronicis Francorum: licet cum poſteà Ludouicus Vndecimus Salico iure reuocarit & poſtliminiò adductum receperit. Qua de re infrà latiùs agemus, quod primum propoſuimus, hiſce: quod deinde aſſumpſimus, aliis nunc exemplis probamus.

Primum à Philippo Longo accipimus, à quo Burgundiæ Comitatus, cum Virgine è tribus maxima natu filia, Orthoni Burgundionum Duci in dotem datus. Itaque mortuo auo materno Othone, ac Roberto Auunculo ea ſucceſſerat, ne quid noui in Regno Burgundiæ moliretur. Alterum Carolus Pulcher exhibet, qui ducatum Aquitanicum & Comitatum Ponticuenſem Eduardo Angliæ Regi donauit. Tertium in Ioanna Ludouici Hutini Filia, & quidem idoneum habemus, quam Reginam Nauarræ inſtitutam, quòd Franciæ Regno lege Salica excludebatur, planè accepimus, eo vt contenta, quòd feminei iuris eſſet, auguſti mulier animi viueret. Tieſor. Layet. Aemylius. Layet. Paul. Aemil.

Sed nullum fortaſſe illuſtrius, quam id quod adducit Æmilius, & maxime ab Anglis celebratur: cum inter Eduardum Patrem, & Filium Reges Angliæ, & Carolum Sapientem Pax eo eſt fœdere conſtituta, quod olim à Diuo Ludouico percuſſum fuerat. Nam remiſſum eſt ab Anglis quicquid ad Regni Francici hæreditatem pertinebat, quod lege Salica Anglorum eſſe non poterat, retento Pontiuenſi Comitatu, quod feminei iuris eſſet, & parte Aquitaniæ, quam Eleonora Henrici Secundi vxor in dotem attulerat. Quæ Pax Britinniaca appellatur. Et ſanè huiuſmodi fœdere icto Anglus Rex ſacramentum Regi Franco dixit. Eumque Galliarum Regem legitimum beneficiarius recognouit. Nec enim ei Ducatus, Comitatus vt illi liberi, ac citra penſionem, ſed obnoxij grauatique attributi: atque adeo vſu fructu legato, ſummo Imperij iure apud Francos relicto. Quare id omnino iam conſtat. Franciæ Regnum virilis, & maſculi iuris eſſe, nec huius neruos vnquam inciſos; integrumque perſtitiſſe, ſi quid aut eſt auulſum, aut imminutum, aut additum, id nihil de Trunco Regio, dignitate ue maſcula detraxiſſe. Vnũ ſubeſt, quod objicere quis contra poſſit: hinc ſequi non modicam Regni Francici partem fluxam, caducamque videri, quòd quædam illius membra aliunde adiuncta, & femineo iure adſcita fuerint; ac proinde male coagmentata ruinam minitentur: imo aliena, quod ad feminas ſpectare videantur. De hac tamen controuerſia ſuo eſt loco integra quæſtio proponenda. Spondan.

CAPVT NONVM.

Scrupuli duo; Alter circa Genealogiam: alter circa ius tum Pipinianum, tum Capetinum eximuntur.

AFRICA ſemper aliquid noui, ob monſtra: Gallia ſemper aliquid noui, propter doctrinam. Cum quæ hactenus de lege Salica tradidi, in Luſitania ſcripſiſſem, noluiſſemque in lucem edere, niſi adhibitâ face recentioris doctrinæ, cui, quòd Gallica eſt, multùm tribuo: ſtudioſè recens edita ſcripta inueſtigaui; vt ſi quid noui inuenirem, (nec dubitabam placere) id ad ſenſus meos ita accommodarem, vt in quo rectè ſentirem confirmarem, in quo minus rectè, corrigerem. Tam ſum ingenuus, tam amans Gallorum, vt neque pudeat mutare, nec ad eorum ſenſum formare ſententiam. Ac in eas ſanè turbas authorum incidi, quæ graues animo meo extiterunt, iiſque non potui non commoueri, quippe quæ à Gallis contra Gallos authores excitatæ, mentem in partes diſtrahebant. Illud maximè ventilari vidi, quod ad genealogiam tum Pipini, tum Capeti, quæ duo linearum poſt Merouingiam capita, pertinebat. Quorum præcipui, ac nobiles Antagoniſtæ erant clariſſimi viri Domini Buſchetius & Chantereaulius; nam primus libellum inſcriptum *La veritable Origine*, ediderat: alter ei Antilogiam obtulerat. Vterque vero Gallicè ac eruditiſſimè ſcripſerat. Nec parua quæſtio propoſita, nec ignobilis, Sancti Arnulphi origo. Vnde Capetina Agnatio ſurſum ducta ad Fontem, & Pipiniana è tranſuerſo latere cognatio magnâ ex parte pendebat. De qua cum ego aliquid, vti ante dixi, ſcripſiſſem, anxius eſſe cæpi de meo ſenſu, ne forte à veritate aliena ſenſiſſem. Inquietè animo lectioni me dedi; qui paulatim reſedit, ac demum vbi vidi eos conuenire, fratres eſſe Martellum & Childebrandum, ex quibus facta in vtrâmque lineam diuortia, lacus illos Pipiniani & Capetini Regii ſanguinis conſtituerunt, & ab eodem Pipini Fonte Herſtalij deriuari, penè quieuit. Id enim mihi ego anteà in Luſitania perſuaſeram, ac verum eſſe magnoperè cupiebam. Cæterùm non omnino curâ liberatus, cùm quod addideram de Blitildis cum Ansberto coniugio, cui ſubſcripſeram, agitatum controuerſioſa quæſtione viderem.

Veritable Origine de la deuxiéme, & troiſiéme lignée de la Maiſon Royale de France. Ludouicus Châteriaulus. *Le Febure Diſcours Hiſtorique.*

Itaque intentiſſimâ curâ auctores illos legi, ac veluti concertantium honorarius arbiter fui. Vtrumque eruditiſſimum iudicaui. Locis, argumentis, coniecturis accuratiſſimè inſpectis, adiectâ aliorum Authorum lectione, conſultatione ſummorum, qui Pariſiis ſunt virorum adhibitâ, Author ſum: Arborem illam Genealogicam à Buſcheſio, Aquinate, Sammarthanis Fratribus propoſitam eſſe retinendam: nec ei Châtereaulium ſecurim iniecíſſe, id que mihi ſine inuidia, ſine amore, ſine odio iudicanti omnino videtur ſentiendum. Nam vti anteà dixi, ſolo ſilentio Chantereaulij opinio nititur; quod ſatis non eſt; vt tot, tamque grauibus authoribus os obſtruatur. Hac enim ratione, vt aliquid addam Buſ-

Buſches. Fr. Thom. Aquin. Sammarth.

chetio, Pharamundus Rex è Regum Francorum Catalogo expungendus, cum de eo Gregorius Turonenſis mentionem nullam fecerit. Vnde redarguendi Chantereaulij anſa datur, eum qui nobiliſſimum Regem prætcrierit, & filias illas regum potuiſſe ſilentio prætcrire. Deinde quot quæſo à nobis ſunt Originem Francorum proxima quæſtione inueſtigantibus commemorata, quæ priſcos illos authores eùm latuiſſent, ab alijs Recentioribus, Lucem ac fidem acceperunt? Cuiuſmodi non pauca ex Hincmaro propoſuimus, Turonenſi, & antiquioribus vel incognita, vel omiſſa. Cum præſertim iis ſit maximè credendum Authoribus, qui non tam communia narrando, quàm priuata referendo ſcripſerunt. Quemadmodum enim, qui vniuerſum terrarum orbem vnica in tabula repræſentat, non vrbes omnes, oppidaque in conſpectum proponit: ſed multa, licet inſignia, prætermittit, quas qui vnam tantùm Prouinciam deſcribit, exprimit, ac repræſentat, ita qui Reipublicæ, Regni, Regumve Hiſtoriam inſtituit, ab eo eminentia magis, & quæ corpus membra componant, quàm minuta, & quæ articulos, & næuos continent, enarrando commemorantur. Quare vti maior habetur fides ei, qui Prouinciam in tabulâ vnicam omnibus ſuis partibus, membris que compoſitam exhibet, quàm ei qui eandem cum reliqua orbis deſcriptione inuoluit, ita credendum eſt potius ei, qui vitam & acta priuati cuiuſdam hominis, certæ ve familiæ originem, ſtirpem, connubia exponit, quàm ei qui Regni totius, ac Regum euentus, ac geſta commemorat. Quare & ineptus eſſet ille, qui quæ in tabula communi oppida non videret, ea expreſſa in Prouinciæ tabula damnaret, & putidus qui quæ in priuata Hiſtoria narrâtur, non acciperet, quòd in communi narrata non inueniret. Illa ſanè connubia, illæ ſoboles, illi Aui, non erant iis qui de Regum ſerie, geſtis ve agebant, ſed qui de illa familia ſcribebant, inueſtigandi.

Gregor. Tur. Vide. Vales. & Fontan.

Proxi. quæſt.

Sanè, vt exiſtimem ſanctum illum Arnulphum Regio ſanguine ortum, multa, & magna argumenta perſuadent, ac illud imprimis, quod ex Alberico proponitur, & à Chantetaulio videtur admitti vt confutetur. Id huiuſmodi eſt *Anno 620. Lotharius Rex Dagobertum filium ſuum commiſit educandum Pipino Principi Carlomani Filio, & Arnulpho illuſtri cognato ſuo.* Vbi ſum miratus fiduciam ſapientiſſimi hominis, cum quo præcipuè loco eius ſententia refellitur, eum prauè interpretando in alienum ſenſum detorqueat: ac cum maximè latinus videri vult, Latini opinionem amittat. Sic enim *ſelon l'Ordre de la Syntaxe, Cognato ſuo à ſa relation à Pipino Principi à cauſe de la coniunctiue, &, qui eſt entre les deux, & non à Lotharius, pour ſignifier que Arnoul eſtoit Couſin de Pepin, & non de Lothaire.* Ita illud *ſuo* ad Pipinum, non ad Lotharium referendum cenſet, in quo certè magis Gallum ſe, quam Latinum oſtendit. Imo ne Gallum quidem, qui Latiniſſimi eſſe ſolent. Latium hîc appello, ac ne viuam, niſi ille fallitur. Nam illud *ſuo* non Pipinum, ſed Clotharium reſpicit, Ecquis enim Latinus ignorat *ſuum* ad eam perſonam referri, quæ in oratione dominatur, ac præcipuam vim agendi obtinet. Hæc eſt Lotharii perſona nominandi caſu poſita, & ad ſe trahens oratio-

Alberic.

Chanterea. in Prolog.

nem. Huic ergo ſuus reſpondet, non Pipino alieno ab ea actione, & ex tranſuerſo adhibito, cui, *eius*, non *ſuo* attribui debuiſſet. Sin: conſulat aures ſuas Aurhor, ac ſentiet, ſi de Pipino ſermo eſſet, ita dicendum. *Lotharius Rex Dagobertum filium commiſit educandum, Pipino Principi Carlomani Filio, & Arnulpho illuſtri cognato eius.* Planè: cum illud *eius* extra perſonam Lotharii poſitum Pipino alieno conueniret: vnde vt illud *eius* Pipino, ita & illud *ſuo* Lothario cohæret. Vrgeo, ſi diceret, *cognato ſibi*: non poſſet in Pipinum quadrare, *ſuo* igitur *ſibi* reſpondere videtur. Quid enim hîc quæſo intereſt *ſibi* ne dixerit, an *ſuo*? Datâ operâ *hic* dixi: qui ſciam latiùs aliunde patere, *ſuo*, quàm ſibi.

Quid? quòd alio argumento apparet: ſenſum illius loci eſſe, Arnulphum Regis Clotharii eſſe cognatum. Mens Authoris fuit, duos illos viros commendatos reddere, quibus Dagobertus inſtituendus rradebatur. Pipinum ſatis commendarat, Principem eum, & Carlomanni Filium appellando. De quo tamen non conſtat eſſe Regis cognatum. Veniens igitur ad alterum, id eſt Arnulphum, ait eum, etſi Princeps non eſſet, Regis tamen eſſe cognatum, quod ſatis ad dignitatem illi videbatur. Cæterùm, quod addit, cognatũ, non oportere, vt neceſſitudinem, & propinquitatem generis ſignificet, quòd in alios quoque & amicitiæ, & cõſenſionis, & fæderis ſenſus quadret, verũ licet ſit, tamen huc quadrare non poteſt; cum tam ſit hic Author intentus, vt commendet Arnulphi dignitatem, vt quod maximum eſſet vinculum aduocare debuerit: prætereà, non eſt cur vocabulum à propria ſignificatione propinquitatis, & neceſſitudinis ducta ex ſanguine extrahatur, præſertim cum cognatio ſummam coniunctionem ſignificet, quæ à ſanguine trahitur, imitantem. Quòd in Principe latinitatis Tullio videre eſt.

Illud omninò ſtatuendum. Blithildem Clotharii Primi, non Secundi filiam fuiſſe. Quod autem varient in Parenre authores, non idcirco de ea dubitandum. Imo & inde confirmandum eam Blithildem extitiſſe, quòd cum eam reperiſſent, & Clotharij filiam audiſſent, vter eſſet ambigentes, alij aliũ aſſignarint. Manifeſtò eam agnoſcẽtes, de cuius Parẽte tam ſe ſollicitos oſtendebant. Igitur ſtudio aſſerendi Filiam in Patre errarunt: dubitatione ipſa ex ſolicitudine veritarem perſonæ confirmante: quam vt aſſererent in errores abire non dubitabant. Fateor tamen ingenuè, me multò libètiùs Blithildem, quàm Induſtriam recipere. Quòd id firmatius video; & illa mihi Induſtria, de induſtriâ inducta videtur: ſed non audeo illam reijcere, cùm videam à tot tamque grauibus authoribus ſtatui, & recognoſci. Stet itaque per me arbor, & radices agat, ac ſi quid ego ei addere firmitatis poſſum, quod arrogare mihi non auſim, mea ſententia confirmo. Certè Religio mihi eſſet, ei ad ſummam Gallicæ gentis gloriam floreſcenti bipẽnem iniicere; eorum id fuerit quorum illa in prædiis, cuiuſmodi ſunt Galli, ſata & conſtituta, qui quod in eam iuris plus habent, & rutiùs, & liberiùs poſſunt deiicere. Me qui externus ſum, decet eam radicibus nixam, trũco robuſtam, in ramos deductam, foliis comantem, ornatam floribus, luxuriantem pompâ venerari. Optandum eſſet, vt ſicut eam Buſchetius, & Thomas

Sammarth.

Aquinas

Aquinas, & Domenicius, & Sammarthani, Doctiſſimi omnes viri, ſua eruditione rigarunt, ita & Chantereaulius, & Valeſius, aliique quibus illa minus arridet, excogitatis rationibus confirmarent. Eorum tamen nec ego argumentis commoueor, nec illa flatibus diſſipatur.

Alter ſcrupulus eſto circa legem Salicam, iniectus ab eruditiſſimo viro Aſſertore Gallico, contra Chiffletium Salicam Legem propugnante: quem opinor tranſuerſum egit ſtudium aduerſariorū impugnandi. Illud aſtruxerat inter alia à veritate prorſus aliena Chiffletius. Sæpe, ingreſſis iuris feminini oſtio Regibus in Regnum Galliæ, legem Salicam eſſe violatam. Ac ea fermè quæ nos adduximus, pro Salicæ legis victoria, ille præpoſtero ſenſu, ac nullo iure contra legem intruſerat; perinde ac ius femineum vinceret, cum de eo Lex Salica triumphabat. Exemplo Pipini vſus, dixerat, eum Blithildis auię beneficio Regnum conſecutum, atque adeo iure femineo gauiſum, cum maſculino careret. Et ita reſpondet Aſſertor Gallicus, vt doceat Pipino illud ius Auiæ fauiſſe, eoque valuiſſe, vt deficiente maſcula Sobole, ipſe ex feminea regnum capeſſeret. Eamque tradit doctrinam, licere feminarum iure vti ad Regnum Galliæ poſſidendum, cùm nullus hæres maſculi ſanguinis ſuperſit. Tunc enim poſſe, & oportere vocari eum, qui feminea ſtirpe cenſeatur. Chiffletius. Aſſer. Gallic.

Et hac ratione ſubiiſſe ad ſolium Pipinum, & iure materno regnaſſe. Qua in re ille certè meo iudicio minus vidit, quàm tantum virum, & Gallum omnino hominem decebat, & alienam à lege Salica opinionem inuexit. Itaque meritò reprehenſus à Ludouico Chantereaulio; ſed quia & hic reprehendendo modum non ſeruauit, & acerbiùs, quàm opus erat in eum eſt inuectus, operæ pretium erit, quatenus Dominicius errarit, agnoſcere, & modum reprehendendi Chantereaulium docere. Ac quid de iure Salico ſentiendum ſtatuere.

Primùm. Quod aſſerat ille Aſſertor Gallicus locum eſſe femineo ſanguini in ius Salicum, in eo lapſus eſt, neque tam Aſſertor, quam euerſor legis ſuæ extitit. Ac eo nomine meritò à Chantereaulio carpitur. Cuius eſt optima ratiocinatio, quàm exhibeo quemadmodum Gallice, ac nitide ſcripta in eius Prologo ad Diſcurſum de coniugio Ansberti ac Blitildis continetur. Sic igitur. Aſſert. Gallic. c. 6.

Eſcoutons ſon raiſonnement. Si vous conſiderez auec attention (*il parle à Chifflet*) les termes de la *Loy Salique*, vous reconnoiſtrez qu'à la verité la femme eſt priuée de la ſucceſſion, tant qu'il reſte des enfans maſles; *Mais qu'il n'eſt pas defendu, iceux venans* à manquer, d'appeller à la ſucceſſion, *ceux qui viennent de le part des femmes*, ou bien par la cognation ou parentée des femmes: Car cette Loy, *dit il*, n'admet pas la femme à l'heredité; mais la ligne paternelle manquant, ſes enfans & neueux n'en ſont pas declarez incapables: *veu que l'empeſchement* eſt au ſexe, *& non aux maſles qui en arriuent*: Ainſi ne reſtans plus aucuns maſles de la race Merouingienne, Pepin n'eſtoit pas exclus de la *ſucceſſion* du Royaume par la Loy Salique. Tant s'en faut, attẽdu qu'il eſtoit joint par vne double Co-

Sſ

gnatió, *ou parenté*, à cette famille: Il eſtoit le premier que *la ſucceſsion du Royaume regardoit*. C'eſt pourquoy il n'enuoya pas ſans raiſon des Ambaſſadeurs au Papa Zacharie, afin que celuy qui eſtoit de l'ancienne race des Merouingiens regnaſt. Car il en eſtoit ſorty, tant par *Blithilde* fille de Clothaire I. mariée à Anſbert, que par *Induſtria* fille de Clouis mere *d'Anſbert* femme de Ferreolus; ainſi qu'il appert de la vie de Saint Firmin Eueſque d'Vſez, & de Paulus Vvarnefridus de Epiſcopis Metenſibus, lequel ſouſtient qu'Aigulphe frere d'Anſbert eſtoit né de la fille de Clouis.

I'entends aſſez de Latin pour connoiſtre que cét Eſcriuain tire d'vn fait fabuleux, le fondement d'vn dogme condamné ſolemnellement en France, en l'an mil trois cens vingt huict lors que les Princes, Seigneurs & Eſtats du Royaume, adiugerent la Couronne à Philippe de Valois, Si la ligne Paternelle manquant, *comme il arriua par le deceds du Roy Charles le Bel*; Le fils de la fille iſſu de cette ligne paternelle doit ſucceder à la Couronne: *Le Roy d'Angleterre Edoüard troiſieſme fils d'Iſabeau fille de Philippe le Bel, y deuoit ſucceder, ainſi qu'il pretendit, fondé ſur cette meſme raiſon. Et toutesfois les Eſtats du Royaume de France l'adiugerent à Philippe de Valois, qui n'eſtoit pas de cette* ligne directe ou paternelle *de Philippe le Bel; mais eſtoit le premier Prince du Sang en la ligne collaterale: il eſtoit fils de Charles de Valois frere de Philippe le Bel*: & en oſterent la Royne d'Angleterre & ſon fils de la ſucceſſion du Roy Charles: *pour vſer des propres termes de Froiſſart, lequel en François Angliſé adiouſte*; Ainſi alla le Royaume de France *hors de la droicte ligne* (ce ſemble à moult de gens) dequoy grands Guerres en ſont meuës & venuës, &c. *Cette ligne directe de Froiſſart, & la ligne de l'*Aſſertor Gallicus *eſt vne meſme ligne.*

L'Aſſertor Gallicus *ayme mieux plaider auec Froiſſart & Chifflet, la cauſe des Anglois, que de peſer les termes de ſon Docteur Balde qu'il cite en vn autre endroict de ſon Livre. Il le pouuoit dire contemporain, & non preſque contemporain, ainſi qu'il fait: Il l'appelle* tres-ſçauant au droict Salique; *ie croy qu'il veut dire François: car Balde n'a point parle de la Loy Salique. Voicy les deux paſſages qu'il en raporte*: Si la fille du Roy de France (*Iſabeau fille de Philippe le Bel*) par vne *raiſonnable couſtume* ne ſuccede point au Royaume; ſon fils (*Edouard Troiſieſme*) qui eſt le Seigneur Roy d'Angleterre de loüable memoire, n'a pû pretendre aucun droict au Royaume des François; parce que celuy qui repreſente en autre, n'a pas plus de vertu, *ou droit*, que celle qui procede de ſa cauſe. *Ce ſtyle Philoſophique veut dire; Qu'Edouard n'auoit point plus de droict à la Couronne de France, qu'Iſabeau ſa mere qu'il repreſentoit. L'autre paſſage porte*; Si toute la Maiſon Royale venoit à manquer, & qu'il reſtat *vn ſeul Prince de l'ancien Sang*, imaginez-vous *de la Maiſon de Bourbon*, & qu'il n'y en euſt point de plus proche que luy; encores que ce fuſt *au millieſme degré*; toutesfois il ſuccederoit au Royaume des François *par le droict du Sang, & de la perpetuelle Couſtume. Iamais Eſcriuain n'a penetré plus auant dans la cauſe formelle du Gouuernement des François; & ſemble qu'il ait eſté doué de l'Eſprit des Propheetes, lors qu'il a rapporté en*

Exemple de la Royale Maiſon de Bourbon, dont l'aiſné eſt paruenu à la Couronne plus de deux cens cinquante ans apres l'auoir mis en auant.

*Et bien ce Decteur Italien auoit-il recours (apres l'extinction des maſles iſſus de la ligne paternelle de nos Roys) aux fils & petits-fils des femmes iſſuës de cette ligne paternelle, pour leur mettre la Couronne de la France ſur la teſte, ainſi qu'enſeigne l'*Aſſertor Gallicus*; quoy qu'au Chapitre 15. il allegue les meſmes paſſages de Balde, & en tire le droict ſens directement oppoſé à celuy de ſon Chapitre 4. que ie conſidere? Connoiſſoit-il autre ligne paternelle, qui peûſt paruenir à la Couronne de France, que la maſculine? Et au cas qu'elle vienne à manquer, il introduit la collaterale iuſques au milieſme degré, excluant à iamais la ligne, feminine, & les enfans qui en peuuent prouenir, ſoit en ligne directe & paternelle ou collaterale? Et ce qui fait grandement à mon propos, il tire le fondement de ſa ratiocination, non des termes de la Loy Salique, qu'il ne nomme point du tout; mais de* la raiſonnable & perpetuelle Couſtume des François. *Les autres Autheurs cités ſur ce ſuiet par l'*Aſſertor Gallicus*, ne parlent non plus que Balde de la* Loy Salique; *mais ſeulement de l'*ancienne *Couſtume du Royaume: Ie n'y comprends pas les Modernes, à commencer à Paul Emile.*

Gratulatus mihi ſum, quòd tam ego rectè in Luſitania de eodem Salico iure ſenſeram, eum vidi mihi Doctiſſimum virum conſentire. Quam enim ſpeciem maſculi illius iuris ceperam,& ſtylo expreſſeram, ille ſcripto repræſentauit. Itaque nuſquam Femineo ſanguini aditum in Gallicum Regnum fore omnino retendum:nec maſcula illa vnquam Lex euitanda. Telo, ei qui ingrediatur, vti oportet, non colo: nec eo quiſquam oſtio effæminatus intrabit. Id quod inferiùs confirmabimus. Laudo hac in re vehementer Chantereaulij iudicium. Cenſuram tamen non probo. Ita enim cenſet: quaſi Aſſertor dixerit, locum fore ſuccedendi Principi feminini ſanguinis, etiam ſi aliquis maſculini ſupereſſet. Nam id certè non dixit Aſſertor, nec tam huic Salico fuit iuri iniurius. Tantùm aſſeruit. Deficiente prorſus virili Principum ſtirpe, ac nullo ex ea maſculo ſuperſtite, tunc locum femineæ Sobolis Principi futurum. At nullum omnino fore, ſi quis ex maſcula Princeps lineâ ſupereſſet. Quam ille *Paternam* dixit, non quòd directam tantùm, vti vult cenſorius Author intellexerit, ſed quòd maternæ opponere voluerit, atque adeo vocabulo *paterna* maſculam, & virilem ex patre Patris acceptam ſignificauit. Itaque non poterat Eduardus Anglus Iſabellæ Franciæ Principis filius, viuo Philippo Valeſio Regnum de Dominicij ſententia obtinere, cùm ab eo excluderetur. Poterat, ſi nec ille, nec alius maſculus ſanguinis Princeps ſupereſſet. Tunc enim apertus in Regnum aditus, lineæ femininæ. Quare immeritò cum Chiffletio ſentire Aſſertorem ait Cenſor, cùm ab eo maximè diſſentiat. Nam Chiffletius ait, Eduardum eſſe Philippo Valeſio præferendum, quòd materno propiore ſanguine valeret, data femineo iuri prærogatiuâ, illius contra maſculum habita ratione.

Aſſertor vero negat præponendum Eduardum Valeſio, quòd hic è

ſtirpe maſculina ſupererat, cui non poterat alia derogare. Itaque Chifſletius ius eſſe Feminæ, contra maſculum Regiæ virilis ſtirpis contendit: Aſſertor id negat, tantùm concedit, fore iuris feminei habendam rationem, dum nullo maſculi ſanguinis hærede ſuperſtite, ſola linea feminina reliqua ſit, ac ea ſola dominetur. Erraſſe igitur Auctorem pater; ſed multo minùs quàm Chiffletius, qui toto cælo aberrat, erraſſe, ac multo quàm meruit acerbiùs, à Cenſore reprehenſum. Ego vti Chantereaulij ſententiam de iure ſanguinis maſculi probo, ita & animaduerſionem in alienam ſententiam impugno, eumque quatenus Author, ſequor, quatenus cenſor derelinquo. In eo & Catonis iudicium veneror, & cenſuræ veritatem deſidero.

Itaque Author ſum: nullum omnino in Regnum Franciæ aditum feminis Salicâ lege dari, quæ tam eſt maſcula, vt muliebrem ſexum remoueat. Quare dum vir, vel milleſimo, vt ait Baldus, gradu longiſſimè poſitus ſuperfuerit, ei Lex Salica vultu hilari abblanditur, eum vel remotiſſimum appellat. Quod ſi omnino viri maſculâ omnes in linea, id nunquam fore credimus, deficerenr, runc ad Electionem liberam Regni confugiendum, nullâ prorſus habitâ feminei ſanguinis ratione. Quæ germana, Baldi, & Munſteri, & Ludouici Chanreraulij ſententia eſt. Et quidem huiuſce rei ratio illa mihi eſſe videtur. Si ſemel admittatur femina, peregrino, per eam aditus in Regnum Franciæ aperitur. At legis Salicæ is ſcopus fuit, ne quis Rex in Franciam externus intraret. Quæ ſumma Regni Francici prærogatiua eſt, quam nemo non Gallorum Authorum magnopere commendat. Fax diuinæ Authoritatis Salicæ legis authori videtur præluxiſſe. Deuter. c. 17. Propoſita. *Conſtitues Regem, quem Dominus Deus tuus elegerit de medio Fratrum tuorum, non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit Frater tuus.* Nec opponet quiſpiam Francos, cum lex condita eſt, veri Luminis Fidei copiam non habuiſſe. Satis enim erat lux inſita menti à ſummo illo Sole deciſa, de qua Dauid: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Ad optimam quippe Reipubli. conſtitutionem, & adminiſtrationem ſpectat, ab indigena, & ciue, non ab alieno, & peregrino geri, & gubernari. Vt enim monet Diuus Thomas: *Nullum maius Reipub. malum fieri poteſt, quàm ſi illa per externos gubernetur.*

Bald. Monſter. Chantereaul.

Deuter. 17.

D. Thom. 1. 2. q. 105. a. 1. ad 2.

Itaque ſtatuendum: cùm & Pipinus Primùm, & deinde Hugo Capetus Reges ſunt Galliæ inſtituti: non aliquo iuris feminini, quo etiam gaudebant, præſidio, cæteris anteponi meruiſſe. Sed vtrumque propriæ virtutis gradibus, attollente humeris populo, & vnanimis conſenſus aurâ prouehente ad Regni ſolium aſcendiſſe; Pari an maiori Hugonis felicitate, nam Pipinus viuo adhuc Chilperico Regnum occupauit: Hugo Ludouico mortuo vacuum ſolium inſedit. Et quanquam eiuſdem virilis ſanguinis agnati quidam forent, ſceptro tamen indigni habiti ſunt: cum ij Principes obnoxium Germaniæ Regnum Francicum reddidiſſent, ac ſeruire cum dedecore, ac detrimento Regni, quàm imperare liberè, ac glorioſè maluiſſent: vt Capeto Re-

Annal. Fran. Sammarth.

ge opus fuerit, ad ſeruitutem depellendam, & Regnum Gallicum conſeruandum. Quod poſteà extinctis omnino ijs Carolouingæ ſtirpis maſculæ Principibus, Capetinum & virtutis titulo, & iure ſanguinis fuit. Cùm præſertim Capetus in cognatione virili Magni Caroli, tranſuerſâ licet lineâ, ab Herſtalij Pipini fonte per Childebrandum ductâ cenſeretur. Quamquam enim hoc nomine Regni hæres eſſe non poſſet: nec illa ex tranſuerſo contracta neceſſitudo iuris aliquid tribueret, tamen ad eum eligendum momenti quidpiam afferre potuit, vt is cæteris præponendus eſſet, qui ab eodem ex quo Carolus Magnus auo deſcenderet, ac ita in libera electione maſculæ cognationis ratio haberetur. Nec id cõtra legem Salicam, ſed aut præter eã, aut prope eam fieri iudicandum, cum in eo cooptando, non quid femineæ cognationis cum Carolo haberet, ſed quid cum eo virilis neceſſitudinis intercederet, à cooptantibus inſpiceretur: vt in vno, eodemque viro Galli, quod erat femineum rejicerent, quod maſculum amplecterentur.

CAPVT DECIMVM.

Obiecta quædam contra legem Salicam proponuntur, & refutantur.

Pauci, quos impius egit in legem furor, commentum eam & fucum putarunt. Sed ipſi ſibi ſomnia finxerunt. Eſt enim vbi odium Amoris affectiones præpoſterè inducat, & in alienam perniciem, quæ amor in propriam voluptatem & alienam vtilitatem trahit, abſurda ratione conuertat. Eiuſmodi ſunt pauci quidam Authores Hiſpani, qui vel inuidiâ legis, vel odio nationis Salicæ, omnino inſtitutã ſuſtulerunt. Ijs annumerãdi Chiffletius, & Zipæus, & aliqui eiuſdem *Chifflet. in vindic.* notæ ſcriptores, qui Hiſpanico auro ingenia addixerunt. Cum ijs quaſi Andabatis pudet contendere, quippe qui in media luce caligant, & no- *Zipæus in hiatu Caſſan.* ctuæ non Athenienſes, ſed barbaræ, quòd ſolem ferre nequeunt, tollunt. Certè tam eſt conſuetudo, & inſtitutum, ſiue lex Salica receptum ab omnibus, tam notum, tam celebratum, vt qui de eo dubitent in eum errorem incidetint, de quo id Tertulliani iure vſurpetur. *Demonſtrare deſtruere eſt.* *Tertulian. contr. Valentin.*

Sed quoniam video Gallos quoſdam in legem Salicam malè animatos eſſe Authores, ac citari cõtra ab Hiſpanis ſolere, oportet quo ſenſu ij legem Salicam oppugnent, docere. Igitur Gallorum quidam, cùm initia, & *Seſſellus. de leg. Sal. p. 1. t. 7.* fontem, nomenque legis obſcura vidiſſent, nec aut inciſam tabulis, aut deſcriptam litteris inueniſſent, legem Salicam nuſquam, & fuiſſe, & eſſe dixerunt. Cum pręſertim antè Seiſellum qui Ludouico XI. Rege floruit, nemo huiuſmodi vocabulum legis Salicæ vſurparit. Nam Baldus & antiquiorẹs cæteri, Salicæ legis nunquam meminerũt. Qua in re multus eſt contra Aſſertorem Gallicum Chantereaulius, & qui contra Zam- *Chantereal. in diſcurſ. de Ansbert. & Blibirb.* pinum Recanatenſem Pariſienſis Iuriſconſultus ſcribit. Verùm hi non

de inſtituto & conſuetudine, ſed de vocabulo dubitarunt, nec vim illius legis, ſed nomen tollunt. Itaque contendũt eam non ab initio latam legẽ fuiſſe, nec litteris expreſſam, nec tabulis inciſam: ſed cõſuetudinem quã-dam, & inſtitutum fuiſſe, & ſeruatum, & traditum, & à maioribus ad poſteros traductum, ſuâ quidem antiquitate venerabile, & memoriâ ſacrum, & obſeruatione Religioſum. Atque adeò animis inſitum, cordi bus impreſſum vſu receptum: mutum & ſilens, non vocale ac loquens: ſed inuiolabili conſuetudine retentum, & quodammodo conſecratum. Quod poſtea Recentiores legis nomine donare voluerunt, idque tamquam legem proponere, perinde ac lata ea, ac promulgata à Pharamundo, aliove Rege Francorum foret. Vnde quidam impugnandi ſtudio eò ſunt progreſſi, vt dum nomen oppugnant, legem ipſam tollere videantur. Cuiuſmodi ſunt Scipio Dupleix, & Hallianus, qui in eam ma-lè animati vulgò exiſtimantur. Sanè ille primus Vlyſſis potiùs duplicis, quam Scipionis grati in Patriam perſonam gerit, non ille ingratam expertus Patriam, ſed in Patriam penè ingratus. Alter Hallianus à Gallia interdum alienus. Allia mihi videtur mandere, & ex ructu pectoris ingenium oſtendere.

Dupleix in Prolog. Hiſtor Frãc. Hallianus tom. 1. Hiſt. & lib. 3. de ſtat. rer. Frãc.

Et quidem in hac controuerſia, in qua multum operæ alii ponerent, ego nihil laborem: cum non admodum referre putem, an illa lex, an conſuetudo fuerit, ſcire. Nec in eo ſitas eſſe credo fortunas Galliæ, vtro nomine illud inſtitutum, lex ne, an conſuetudo appelletur? Modo enim conſtet Feminas à Regni Francici hęreditate remoueri, quid certe intereſt, an conſuetudine, & inſtituto? an lege arceantur? Itaque tollendo nomen legis nihil de inſtituto detrahitur. Imo & fatendo conſuetudinem, & quidem antiquiſſimam fuiſſe, non vis minuitur, ſed augetur. Iam verò eam inſcriptam cordibus fuiſſe, multò eam magis ſacratiorem reddit: cum quod animis inſeritur, veluti à Deo inditum videatur: atque Dei iubentis, & naturæ inclinantis opus ſit. Vnde qui legem auferunt, & motum illum inducunt, certe maius quiddam & Religioſius relinquunt. Quod ſi conſuetudo inueterata, altera in nobis natura eſt, vt ait Auguſtinus, iam vetus ille mos, in Galliæ regnãdi receptus, in vnam quaſi politicam naturam tranſijt: adeo vt cum lex extra ſit, & inſtar veſtis corpus ambiat, conſuetudo intimè hæreat, & in membris illius politici corporis numeretur. Quare iure optimo Galli Hiſpanis, abijſue ſibi obiicientibus legem Salicam non eſſe, cum Marco Tullio poſſunt reſpõdere. *Eſt enim hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, ſed à natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* At ne meum hoc eſſe commentum quiſquam exiſtimet, audiat grauiſſimi Iuriſconſulti Pariſienſis contra Zampinum, hanc ipſam legem ſcriptam Salicam impugnantis ſententiam.

Cicero pro Milone.

Libello de ſucceſſ. Præ-rog. Princip. Franc.

Legis huius Regiæ archetypum, Zampine, non in Archiuiis publicis, non in Senatus actis, non in Iuriſconſulti libris, ſed in omnium Francorum nullis artibus peregrinis infectorum pectoribus, inſculptam reperies. Hãc nulli peregrino inſpicere fas vnquam fuit, quandiu ſtetit Maieſtas, & honos Francorum inſtitutorum. Hæc eſt

lex Regia, mi Zampine, quam non tu homo peregrinus refiges, non omnes peregrinæ nationes conuellent, non totus terrarum Orbis obruet, non totus Oceanus ex animis Francicis delebit vnquam. Et quandocumque, quod Deus auertat, abrogabitur hæc lex Regia, abrogabitur Regnum Francicum, & ex forma nouæ legis Regiæ incipiet nouum Regnum, puta Zampinianum, aut aliud eiuſmodi. Huius legis Regiæ, ſi teſtes quæris, Zampine, conſule Francica Parlamenta, iuris Francici oracula, conſule Francos practicos, roga vt te peregrinum, inſtitutorum Francorum ignariſſimum iura noſtra doceant. Si Parlamenta, ſi practici, improbata tua curioſitate, reſponſum denegent, téque Recanatum abire, aut in aliena Republica linguam cohibere iubeant, conſule fœminas, conſule ruſticos, conſule pueros ipſos, licet enim à quocumque cuiuſuis ſexus, ordinis, & ætatis ius Francis omnibus naturale diſcas.

En ille cui maximè diſplicebat Salicæ legis vocabulum, vim legis magnopere confirmat: & omnibus inſitum ius illud naturale appellat. Cui tamen aptè Zampinus reſpondet; *Non in pectoribus ſe Gallorum, ſed in libris, iuriſconſultorum, in actis Senatus, in ſtylo Curiæ Parlamenti legem illam, Salicam, inueniſſe.* Maneat igitur, ſiue lex illa dicenda, cum Seilſello, & Bonaudo, & alijs penè omnibus recentioris memoriæ; ſiue conſuetudo cum Baldo, & Ioanne de terra Rubea, conſtare, Francicum inſtitutum eſſe, vt Feminæ ab hęreditate Regni Galliæ excludantur. Et cuilibet ſcrupulosiori Gallo illud Zampini reponi poteſt: *Siue lex ſit, quæ Salica dicitur, & ſcripta reperitur, ſiue ſit conſuetudo, vt Ioanni de Terra rubea, & aliis ex Baldo placet: ſi lex tibi non ſatisfacit, debet ſaltem, vt conſuetudo placere.* Ego cur ea lex hodie dicenda ſit, non video: cùm iam & ſcripta, & typis mandata inueniatur, Galloſque Authores moneo, ne legem Salicam eſſe negent, nam inde anſam capiunt exteri, & vim quoque legis negandi. Certe illa à Theologis & Iuriſconſultis magno conſenſu lex appellatur. Baldus lib. 1. ff. de Senat. Zampin. ſuprà. Alber. in Diction. verbo. Sal ca lex. Ribera & Tapia ad Ducat Britan.

Cæterùm alij à vero propiùs aberrantes, ac tutiùs & cautiùs eandem impugnantes, & eſſe legem, & feminas remouere fatentur. At iniquum id, & contra ius, faſque eſſe contendunt.

Huius impoſturæ Author publicus Legatus Philippi II. Prudentis Hiſpaniarum Regis, in Comitiis ſuper ſucceſſione Henrici IV. Magni in Regnum Galliæ fuit. Nec miror ab homine Hiſpano hanc ei calumniam dictam. Et quamquam prætextu hoc ille vſus, non cauſâ, vt ab Henrico maſculæ virtutis Rege, ad Iſabellam feminam, Philippi filiam Regnum auerteret: quò tamen ius Salicæ legis altiùs radices agat, & fortiùs pullulet, operæ pretium duxerim, aliquot contra illius iuſtitiam argumenta afferre: quibus vti ea in oratione legatus potuit, cùm eam ſtatuiſſet conuellere. Herrera. Auila.

Ac primùm id capitale eſt. Naturæ humanæ iniuriam facit, qui alterum eius principium feminam hæreditario iure ſpoliat: cum hoc quaſi quædam naturæ appendix ſit: nec magis virilem, quàm femineam ſtirpem ſequatur. Cur enim quæſo ius ſeparabit, quos natura amore coniungit? An quòd ſexu diſtinxit, legibus ſemouebit? cum ideo ſexu diuiſerit, vt connubio copularet? Eoque diſcrimen induxerit, vt natura conſtaret? Hæc non marem magis quàm feminam exigit: quòd ſui conſeruandi cupida cauſas ſollicitat, quibus & gignitur, & continetur. Ius

feminam maſculo, tam poſt habebit, vt naturæ quàm maximè fouet, beneficijs excludat: nec enim ij ſunt audiendi Philoſophi, qui putãt feminas à generante natura non intendi; eaſque deficientes à recto fine Potentiã vitia potiùs, quàm fœtus eſſe, Monſtris potius, quam hominibus propiores. Hac enim opinatione naturam offendunt, cuius alteram partem præcidunt; tam gignendis fœtibus neceſſariam, vt cum ſecundas in præparando habeat, primas certè in conſeruando obtineat: imo & in educando fœtu præcipuas partes vendicet. Cùm nihil à viro ſine auxilio fœminæ, multum à fœmina, citra opem viri exhibeatur. Noſtaquippe intra vterum nutritio, extra vterum lactatio, fœminei eſt operis. Quæ quanti facienda ſit, nemo tam eſt barbarus, quin agnorit. Sanè ingratus aduerſus naturam extiterit, qui longa illa faſtidia, iactationes, conuulſiones, curas ægritudinis, & quæ multa huiuſmodi matres patiuntur in aluo, aut non perſpiciat, aut perſpecta contemnat. Præterea naturam accuſet, qui ab ea feminas, non intendi affirmet; vel enim ſui rationem non habeat, ſi omittat alterum ſuæ generationis principium, vel certè iners videatur, ſi non admodũ curet exiſtere, ſiue cuius adminiculo conſeruari non poteſt. Quid? quod abſurdum eſt credere, vitium id eſſe naturæ, quo ei decor, & pulchritudo conciliatur. Ecquis enim vitium pulchritudinem dixerit? aut pulchrum vitioſum appellarit. Certè ratio ipſa amare feminas viros docuit. Hæ virorum iuſti amores eſſe videntur. Quod ſi ea monſtra habeantur, prępoſterus, ita ſit Amor neceſſe eſt. Itaque homines, & iudicio, & amore errarent. Ne natura quidem ipſa rectè ageret, ſi tam pulchra hominibus monſtra objiceret, vt propterea ſępè, & ſanitatem abjicerent, & vitam prodigerent. Atque adeò qui cæteris dominantur, eorum formæ ſeruirent: vt viri reliquis, monſtra iuris imperarent. Quòd ſi portentum erroris eſt, cur quas natura pulcherrimas effecit, & mundo ad decorem adiecit, nos à iure excluſas monſtra faciamus?

Deinde: Et quid feminæ criminis admiſerunt, vt exhęredari mererentur? Quid culpæ contraxerunt, vt culpam pręſtarent? nam quæ maior Pœna, quam iure hęreditatis excludi? Quæ iniuria maior, quàm citra culpam luere pœnam; cuius ea conditio eſt: vt cum rarò antecedentem ſceleſtum pede claudo deſerat, numquam inſontem conſequatur. Cur viri tantùm ad Regias hereditates vocentur, quaſi minùs peccarint: feminæ remoueantur, perinde ac grauiùs deliquerint: cùm ſi ad Theologiæ libram, res iſtæ reuocentur, Peccati Fons & origo vir capitalis fuerit atque adeò virilis ſexus vniuerſam naturam contagione peſtiferæ labis corruperit.

Iam verò ius ipſum diuinum, à quo humanum omne dependet, palàm docet, feminarum in adeundis hereditatibus rationem habendam.
Num. 27. Id Num. 27. traditur: illuſtri Filiarum Salphaad inducto exemplo. Nam cùm Patre quinque illæ filię orbatæ eſſent, ac paterna hereditate ſpoliandæ viderentur, quòd, vti obſeruat Lyra, Portiones expectatiſſimę Regionis viritim per maſculos diuiſæ eſſent: cum futuri damni timor, & conceptus de morte Parentis dolor mentes acueret, ad implorandam Moyſis

Moyſis opem, cui Deus dictabat oracula, cucurrerunt, eumque ſui ex orbitate iuris monuerunt: ne bonis Patriis fraudarentur. Earum in rem noſtram apta querela. *Pater noſter mortuus eſt: hic non habuit mares filios? Cur tollitur nomen illius de familia ſua?* Vnde nata iuſta poſtulatio. *Date nobis poſſeſſionem inter cognatos Patris noſtri.* En femineus harũ ore mulierũ ſexus loquitur. Iuris ſui tenax & memor. Quid Deus ſtatuat? videamus. Nam Retulit Moyſes *cauſam earũ ad iudicium Domini.* Igitur Dominus, *dixit ad eum, Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad. Da eis poſſeſſionem inter cognatos Patris ſui, & ei in hæreditate ſuccedãt. Ad filios autem Iſrael loqueris hæc. Homo cum mortuus fuerit abſque filio ad filiam eius tranſibit hæreditas.* Hoc ſanè oraculum à Dei cortina profectũ Vniuerſi humani generis documẽtum eſt. Quemadmodum Pattres interpreteſque obſeruant. Ex quibus Origenes. *Palàm eſt omnibus, leges illas non ſolum apud filios Iſrael cuſtodiri, ſed apud omnes homines qui tamen legibus viuunt. Vnde apparet, quod libertas filiarum Salphaad, non ſolum eis hæreditatem contulit, ſed perpetua viuendi iura ſeculo dedit.* Huic nobilem Interpretem Lyram adiungo. *Hic ait, conſequẽter determinatur occaſione Filiarum Salphaad, quis debeat hereditare, quando Pater non habuit filios, quia ſi habuit filiam, debet ſuccedere.* Ecquis non videt probatam eſſe filiarũ cauſã, cui Deus Opt. Max. ſuffragium detulit? Ac earum in Patriam hæreditatem ius, Diuinitùs ſuaderi: atque adeo etiam feminas in diuini iuris partem tranſire? Itaque iniuſtè egit lex Salica eum eas hæreditate remouit. Nec obſtiterit afferre illud Domini præceptum finibus Hebræis circumſcriptum: nec ad noſtros emanaſſe: cùm Patrum & Interpretum communis ſententia ſit ad vniuerſum genus hominum pertinere.

Origenes.

Lyra.

Iuri diuino humanum accedit, & celeberrima lege feminis aſtipulatur: quo nullum pro ijs iuſtius, & efficacius, imo nec elegantius argumẽtum. Legem induco. *Maximum vitium antiquæ ſubtilitatis præsẽti lege corrigimus, quæ putauit alia eſſe iura obſeruãda in ſucceſſione parẽtum, ſi ex teſtamento veniãt in maſculis, & alia in feminis, cum ab inteſtato ſimile ius vtrique ſexui ſeruauerint. Et aliis verbis exhæredari filiũ debere ſanxerunt, aliis filiam, & inter nepotes exhæredãdos alia iura ciuilia, alia prætoria introduxerũt, & ſi præteritus fuerat filius: vel ipſo iure teſtamentũ euertebat, vel contra tabulas bonorũ poſſeſſionẽ in totum accipiebat. Filia autẽ præterita ius accreſcendi ex iure vetere accipiebat, vt eodẽ momẽto & teſtamentũ patris quodãmodo ex parte iure accreſcendi euerteret, & ipſa quaſi ſcripta legatis ſupponeretur, & ex prætore autem habebat contra tabulas bonorũ poſſeſſionẽ in totũ. Cõſtitutio autẽ magni Antonini eam in tantũ coarctabat, in quantũ ius accreſcẽdi cõpetebat. Qui enim tales differentias inducunt, quaſi naturæ accuſatores exiſtunt, cur non totos maſculos generauit, vt vnde generentur, non fiãt. Nam hoc corrigentes, maiorũ noſtrorũ ſequimur veſtigia, qui eandẽ obſeruationẽ colere manifeſtiſſime viſi ſunt. Scimus etenim antea ſimili modo & filiũ & filiã, & alios omnes inter cæteros exhæredatos ſcribere eſſe conceſſum. Tũ etiã centumuiri aliam differentiam introduxerunt: & ex hac iniquitate vitiũ emerſit, quale ex libris Vlpiani quos ad edictũ prætoris fecit, inuentũ à Triboniano viro glorioſiſſimo noſtro quæſtore cæteriſve viris facundiſſimis compoſitoribus iuris enucleati, ad noſtras aures relatum eſt. Nam cum vltimum adiutorium de inofficioſi querela poſitum eſſet, & nemo ex alio ortus præſidio ad hanc decurrere poſſet: inuenta fuerat filia præterita minus habens, quàm filia exhæredata. Cum enim per contra tabulas bonorum poſſeſſionem, vel ius accreſcendi ſemiſſem ſubſtan-*

Cod. lib. 6. Tit. 28.

tiæ filia præterita accipiebat, & omnibus legata præſtare cõpellebatur, ſcilicet vſque ad dodrantem ſuę portionis: remanebat ei ſeſcuncia tantummodo in ſua ſucceſsione. Quòd ſi fuiſſet exhæredata: quarta pars omnimodo totius ſubſtantiæ ei relinqui debebat, & quam iniuriâ dignam pater exiſtimabat, amplius habebat eâ quã taciturnitate in inſtitutione præterut, etſi ſecundùm noſtræ conſtitutionis definitionem, quam de ſupplemento quadrantis diſpoſuimus, repletio fuerat introducta: ſimili modo exhæredatæ in quartam partem repletio accedebat: & ita vitium permanſit, vt nec ex noſtra conſtitutionẽ emendationem aliquam ſentiret. Sancimus itaque quemadmodum in ſucceſsionibus parentum quæ ab inteſtato deferuntur, æqua lance & mares & feminæ vocantur: ita & in ſcriptura teſtamentorum eas honorari, & ſimilibus verbis exhæredationes nominatim præcedere, & cõtra tabulas bonorum poſſeſsionem talem habere qualem filius vel ſuus, vel emancipatus haberet: vt & ipſa ſi fuerit præterita, ad inſtar filii emancipati vel ſui, vel teſtamentum ipſo iure euertat, vel per contra tabulas bonorum poſſeſsionem ſtare hoc non patiatur. Ex quo patet ius naturale, & diuinum, & humanum legis Salicæ iniquitatem condemnare.

Abſit tamen vt Franciçæ gentis lex iniuſtum quicquam, & iniquum,
Geneſ. 2. abſonumve contineat: naturam non accuſat, ſed commẽdat, non deformat, ſed reficit, non euertit, ſed conſtituit. Eone quo condita eſt, diſſolui natura poteſt? Ex oſſe viri formata: vt ei ſocia adhęreret, non vti Regina impetaret. Non ex capitis oſſe formata, ſed lateris, vt diſceret, ſe nõ ad imperiũ, ſed ad ſocietatem natam: nec ideo ex oſſe deſumpta, vt os virtute, ac robore, iureve exiſteret, ſed vt in viro oſſa eſſe robuſta agnoſceret, eique maſculam cum imperio virtutem ineſſe. Vnde ipſa mox in carnem elanguit. *Erunt in carne vna. Vna caro.* Itaque apud Ioannem Diuus Augu-
D. Paul. Ioan. 1. ſtinus cùm Euangeliſta *Carnem* dixit, nec ex *voluntate carnis*, feminam in-
Auguſt. 16. tellexit: & ibi à viro diſtinxit, nec ex *volũtate viri*: perinde ac femina ex ſola carne molli ad obſequium, vir ex oſſe firmo ad imperiũ conſtaret. Nónne homini condito cũ vix conſtitiſſet, ante feminæ genitură orbis creditus, cui imperaret, *vt præſit*, vt addita poſteà femina, ad beneficium coniugij, non ad ſocietatem imperij facta videretur. Sanè cum Deus dixit. *Erunt duo in carne vna*, eos ad thalamum, non ad ſolium copulauit. Quod ſi adiutoriũ fecit ſcite diſtinxit, hominem quippe ſibi Deus ſimilem, feminam homini fecit: vt homo imperaturum ſe ſciret, femina obtemperaturam. Itaq. hominem *Fecit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam vt præeſſet*: cum Deus
Geneſ. 1. ſit omniũ Dominus. Femina *Adiutorium ſimile homini formauit*, vt obediret,
Nam qui Deo obtẽperabat homo, ille præ femina Dei inſtar erat impe-
Geneſ. 2. rando, inſtar hominis obediendo. Itaque & ante culpam obſequio addicta, nequis non innatam obediẽtiam putaret. Iam quòd poſtea Deus
Geneſ. 3. confirmauit *ſub viri poteſtate eris.* Non ea noua pœna fuit, ſed veteris monitio præcepti. Et ne vti Deo non paruerat, & homini poſtea non pareret. Ac ne falleretur putás hominem poſt peccatum ius Imperij amiſiſſe: eoque ſe titulo vellet liberare, monuit Deus obediendum eſſe: nec culpam quicquam homini de iure in feminas detraxiſſe. Quod verò vterque peccaſſet, in deteriori ſtatu eos, ſed in eodem imperio, eſſe futuros.

am verò excludi feminam à ſceptro, non eſt aut accuſare naturam, aut formam dánare: imò & illam fouere, & iſtam cómendare. Cum ſi feminæ regnarét, minùs liberis operam darét, minùs educationi ſeruitenr, minùs

naturæ terminos promouerent. Non itaque abiecta eſt femina cum ab Imperio excluſa,ſed in tutum recepta:vt melius & liberos gignere,& nutrire,& alere,& educare poſſet. Sanè eâ liberali intra domos cuſtodiâ femina ſacratior habetur, & Religioſius obſeruatur.Mollis earũ natura, & dulcis indoles, ac ſuaue ingeniũ,durius imperãdo,& aſperius redderetur, & ab educandis liberis abhorreret.Iam verò ipſa pulchritudo quæ tenera maximè,ac delicata eſſe ſolet,quî cõſeruari in foro,in puluere,in ſole poſſet? An ea omniũ oculis exponẽda? & quodãmodo contaminãda? Itaque non quod monſtra feminæ cenſeantur,ſed quod nimirum à monſtris abhorreant,ac vehementer amentur, à rerũ publicarũ negotijs amouẽtur: & ad delicatiores curas reſeruantur. Male feminarum generi, atque adeo toti naturæ conſuleretur,ſi feminæ imperarent.Nam quot ſollicitudinibus Reges agitãtur, quot curis diſtorquẽtur, quot anxietatibus cruciãtur?in quæ ſi feminę incidiſſent, natura & ingenio molliores profectò cito tabeſcerent, & breui interirent.Præterea illæ in aula turbæ, illæ contentiones in foro,illi clamores in iudicio,illi ſtrepitus cauſarum,illæ concurſationes litigantium,illę voces querulorum,illæ ſuſpiciones,illi timores proditionum quâ ratione à feminis poſſent ſuſtineri?

Quare non modo feminis non fit,ſed maxima potiùs tũ ijs,tũ præcipuè naturę iniuria fieret,ſi illę ad Rempubl.admitterẽtur.Iam quis non videt, ſi hęredes eſſent Regnorũ ad alias familias imo & gentes Imperia abitura? Quæ vna certè ex pręcipuis cauſa fuit,cur Salica lex inſtituta,ne ad exteros Regum deuolueretur.Nam ſi feminę ipſæ imperarent ex integro, fortaſſe ferri ea opinio poſſet, ſed cum eſſent in poteſtate coniugum futurę, quid eis tandem prodeſſet regnare?

Atque vt iuris Diuini ac Humani exemplis reſpõdeamus: accuratè expendẽdum,quid inter Regna & cæteras hęreditates interſit. Et quatenus feminis fiat iniuria ſpectandum.Igitur Regnum eſt publicum quoddam bonum,quod in Rempublicam redundare debet, & cõmunem adminiſtrationem rerũ cõtinere. Aliæ hæreditates ſunt priuatæ vtilitatem priuatam reſpicientes. Si ab his feminæ excluderẽtur, inique cum ijs, & cũ totius humani generis natura ageretur. Sed ab his feminæ nõ remouentur, imò ad eas admittũtur. Itaque in partem cum viris hæreditatis veniunt: & bonis quæ ad priuatam vtilitatem & commodum pertinent, fruũtur. Regno quod alterius generis eſt bonum,& publici quodãmodo iuris, eo ſi excludantur,quæ tandem iniuria eſt?cũ huiuſmodi bonũ, ad populi, & cõmune Reip.commodũ, & vtilitatem referatur. Ac in eo adminiſtrãdo, non tam priuatæ perſonæ adminiſtrantis,quã Reipub. gerendæ ratio haberi debeat.Non ergo vt feminis damnũ inferatur, ſed vt ne detrimentũ afferatur Reipub.aditus ijs ad Regnum præcluditur. Nec ijs iniuriã fit cum earum commodo communis vtilitas anteponitur.

Hinc quid ad exemplum Filiarum Salphaad dicendum ſit, apparet. Nimirum eas iuſta poſtulaſſe quod priuatam hæreditatem exigebant. Quã certè ſine iniuria priuari non poterant: vti nos proximè docuimus, cũ id naturâ conſtitutum, vt ſuum cuique donetur, ac maximè proprium ſit, quod neceſſariũ prorſus eſt,ad vitã ſuſtentandã. Quo nemo fraudari iure Vide Abulenſ. Lyram. & Interpret.

poteſt. At ius ipſum diuinum, quod orbitati, & ſolitudini filiarum Salphaad conſuluit quid circa Regnum, ac Imperium, & adminiſtrationem Reipub. egerit, videamus. Certè tantùm virili ſtirpi detulit, quantũ in nulla profana Republica, vix ei conceſſum reperiatur. Nam non modò ab Imperij adminiſtratione remotæ feminæ, ſed ne in ſtirpem quidem, & genealogiam vocatæ. Quod ſanè obſeruandum, vt nemo per feminas in familia cenſeretur. Adeò vt vel ipſe Chriſtus Dominus qui ſola matre conſtabat, ne ea quidem in ducenda genealogia cenſeri voluerit: vti Hieronymus animaduertit. Itaque decorum diuinitati ſeruauit natus de virgine, quod aliter naſci Deus non debuit, nihil tamen de virilis ſtirpis nobilitate detraxit, per Ioſephum cenſus, quod aliter cenſeri non licuit: Matre virgine dignitati Dei conſuluit, Patris opinionem populo permiſit, nec cum virginum honorem ad Cælum extulit, hominum iura voluit eleuare.

D. Hieron. Ianſen. Maldonat. Salmer. Barrad. Toletus. Auguſtinus.

4. Reg. 11.

Præterea nullo exemplo licere feminæ imperium docere voluit. Niſi fortè Athaliam quis putet Tyrannidem immaniſſimam exercentem, & ob eam impiè graſſantem à Ioiada Pontifice trucidatam, Dei voluntate imperaſſe? Cùm eo maximè documento monſtretur, Feminas à ſceptro eſſe remouendas: quòd & tyrannidem egerit, & à Pontifice perierit, quæ vnicè imperauit. Debora Sanctiſſima cum oracula ſapientiæ ad Palmam effunderet, auſa non eſt, niſi Baraco ſocio Rempubl. adminiſtrare. Quid? quod illæ quæ tres tantùm in Chriſti genealogia feminæ numerantur, eæ non niſi ex tranſuerſo inductæ, ac omnes, Hieronymo teſte, Peccatrices, vt non lineæ, ſed myſterio ſeruatoris ſeruirent. Nonne ex vtroque virorum, & mulierum ſtipite rami poſterorum ab Adamo ad Noë, à Noë ad Abraham ducti; ac cum omnium virorum mentio fiat, nulla prorſus femina nominetur. Adeò vt non niſi argumento fœtuum, qui citra maris ac fæminæ congreſſum gigni nequeunt, Filias antiquis illis Patribus fuiſſe ſciamus. Ac neſcio an maius quiddam eo afferri poſſit, quàm quòd cum in Chriſtum Dominum ex vtraque Tribu ſanguis Iuda, & Leui confluxerit, vt & Regiæ, & Sacerdotalis lineæ particeps eſſet, vti grauiſſimi Eccleſiæ Patres docuerunt, non tamen niſi in Tribu Iuda Chriſtus reponi voluit; nec timuit vt in Leuitica locaretur, quod eius nulla omnino ad genealogiam ratio haberetur. Iam vero in rem noſtram mirificè quadrat, tum illa ſeminis in vxore fratris emortui ab altero fratre ſuperſtite ſuſcitatio, tum illa lex propioris conſanguinei in thalamum Virginis vocandi, vt illa Tribuum ſingulatum integra, & diuiſa à cæteris conſeruatio, ac hæreditatum portiones, & viritim diuiſæ, & per viros ductæ, nec extra virilem lineam paſſæ tranſire. Vt qui attentè iſta conſideret, & cum alijs aliarum rerum publicarum inſtitutis, ac legibus conferat, nuſquam minoris habitas feminas, quàm in ſacris litteris deprehendat. Itaque non eſt, cur ab ijs ad iuris diuini Tribunal appelletur, quod ſanè Gallia imitatur.

Iudic.

D. Hieron.

Interpret. Peretius. Salian. D. Auguſt. D. Ambroſ. Cardinal. Tolet. Salmer. Suarez. Lyr. Abulenſ.

L. Maximum vitium C de liber. præter.

Ad Ius Ciuile, accedamus. Primùm illud vendico, Priſcis & Heroïcis temporibus inductam ex teſtamento, inter maſculos, & feminas inæqua-

litatem: quam ferreis Iuſtinianus correxit. Quodille, inſtitutum vetus neſcio quo iure *maximum vitium* appellauit, cum aurea illa ætas multo integrior ac purior eſſet, nec tam vitio, vti ferrea Iuſtiniani corrupta. Id magis miror ſubtilitatem in legibus antiquis inuenire, & damnare, cum illis temporibus, non tam ſubtiliter, quàm verè, ac ſincerè iura, & dicerentur, & explicarentur. Prætereà vt vitioſa lex fuerit, atque adeo corrigenda, nihil id contra Salicam legem facit. Nam non ibi ſermo eſt, de Regno, aut Republica, ſed de bonis priuatis ſiue ab inteſtato, ſiue ex Teſtamento venientibus. Itaque ea mens Iuſtiniani eſt, vt ſicut anteà ab inteſtato mares, ac feminæ æquè ſuccedebant, ita & poſteà ex Teſtamento ſuccedant, atque adeo nullam prorſus eſſe differentiam vult inter maſculos, & feminas, in priuata bona ſuccedendi. Vnde nihil Salicæ legi detrahitur. Quæ non niſi de Regii, ac militaris iuris bonis loquitur, ac de terra tantummodo Salica hoc eſt militari ac Regia intelligitur. Audiamus iterum Iuſtiniani ſanctionem: *Sancimus itaque, quemadmodum in ſucceſsionibus Parentum, quæ ab inteſtato deferuntur æqua lance, & mares & feminæ vocantur: ita & in ſcriptura Teſtamentorum eas honorari, & ſimilibus verbis exhæredationes nominatim procedere.* Quid? quod ipſe Iuſtinianus etiam rum, cum maximè æquare voluit, adhuc inæquales reliquit, vt maſculorum prærogatiua, vel in æqua lance appareret. Addit enim. *Et hoc non ſolum in filiabus obtinere, ſed etiam in nepotibus, & neptibus, & deinceps obſeruari cenſemus, ſi tamen ex maſculis progeniti ſint.* En inæqualitas, vel tum cum ſtatuta æqualitas, relicta. Secundum legem. *Illam de Collat.* Quemadmodum Gloſſa animaduertit. *Nam nepotes,* inquit, *ex Filia cum diminutione Tertiæ partis veniunt.* Quod in eâ lege decretum: in qua ille tamen vitium non agnouit. Quemadmodum in aliis, vbi, & feminæ auariſſimæ, & fragilis iudicij eſſe dicuntur, & ab officiis, & dignitatibus Reipubl. remouentur.

L. Illam. C. de collat.

Gloſſa ad leg. Maxim. vit.

L. Sed ſi eo ff. eo lib. 1. C.

Nec verò hæc lex remouendi ab hæreditate Regni feminas, aut iniqua, aut inſolens haberi debet, cum clariſſimæ nationes iis omnem ad Imperium, & rerum publicarum adminiſtrationem aditum interdixerint. Nam quæcumque gentes Electione Regna & Principatus detulerunt, ab iis feminarum adminiſtratio repudiata. Quemadmodum & in Græcia Athenienſes, & in Italia Romani, & in Africa Chartaginenſes nobiliſſimæ Reſpublicæ fuerunt. Hac ratione, vti proximè dixi, Imperium omnino virile conſtitutum, hodieque feminarum genus excludit. Idem amplexæ inſtitutum Veneta, Genuenſis, & Hollandenſis Reſpublicæ, quæ magnam ſibi apud omnes bene geſti, tum domi, tum foris Imperij gloriam vendicarunt. Et quanquam Imperia ſucceſſioni obnoxia feminas ſæpe admiſerint: fuerunt tamen præcipua Regna, quæ maſcula ſe lege aduerſus mulieres munierunt. Et ſanè antiquas illas à condito orbe Monarchias conſideranti, earumque deductâ ſerie Reges conſiderāti, non niſi maſculi Principes occurrent. Eos tantum & Aſſyriorum, & Perſarum, & Ægyptiorum Imperia exhibebunt. Hinc illi Arſacidæ, hinc Pharaones, hinc Ptolomæi, virili nomine maſculam lineam ſignificantes. Troianorum, & Lacedæmonum Regum Catalogum cùm

Titus Liu. Plutarch. Pautan.

Vide Torni. & Satranum

Ariſt. 1. Pol.

inimus, non niſi viros recenſemus. Vnde quæſo illa Heraclidarum apud Lacones Regia, niſi ab Herculeo & maſculo genere familia? Celtarum illuſtriſſimam gentem Imperia feminarum excluſiſſe Ariſtoteles Author eſt. Quid? quod à Feudis magna ex parte feminæ remouentur? Nec à Regnorum modo, ſed à multorum, vt appellant maioratuum, vel in Hiſpania ipſa, hæreditate excluduntur. Itaque non aut prima, aut ſola Francia Feminarum ſe imperio exemit, nec ab ea iniuria mulieori ſtirpi illata. Quæ ſanè de eo queri non poteſt, quod ſit ab rerum adminiſtratione publicarum remota, cum id munus ab earum ſit & ingenio, & artibus alienum. Otia iis, & domeſticæ occupationes, liberorum procreatio, educatioque conueniunt, in vmbra tutius, ac delicatius, non in ſole, ac puluere durius, ac periculoſiùs vitam degere æquum eſt.

Aꝛiſt. 1. Polit. Iul. Clarus. Imola. Dominic. Philip Fran. Velaſius.

Ac mihi Salicæ legis inſtituta ſeriò, & accuratè pendenti, illud videri ſolet: medium quiddam ac temperatum ex iure ſucceſſionis, & electionis, atque adeo perfectum induxiſſe; nam cum in Politicis maxime ſit controuerſum, vltra ne ſucceſſionis an Electionis ratio præſtet; Francia medio quodam genere inuecto, quod in vtroque excelleret complexa, vendicauit. Regnum ne turbæ exiſterent ſanguini addixit; vt virtutis ratio haberetur viros admiſit; feminas excluſit. Ne deeſſet Regij ſanguinis Princeps, ſucceſſione prouidit, ne externus intraret, præſidio feminea iure cauit. Itaque & Regnum conſtituit, & ius conſeruauit. Certè in Portugalliâ, etſi à ſceptro feminę non remouentur, Regiâ tamen in Comitiis Lamecenſibus lege cauetur, ne femina Regni hæres externo Principi nubat. Ita cum veteri Hiſpaniæ inſtituto feminam non poſſet abigere, addixit, more Gallico, ſanguini maſculo thorum ne quis alienus obreperet. Vetat ergo, vt Regia Princeps nubat niſi *viro de Portugal*, quo nomine vir agnatione, patriâ, & familia, & domo Portugallenſis ſignificatur, quemadmodum & nos olim, & omnes deinceps Luſitani Authores ſcripſerunt. Ac ego quidem cenſeo, hac vna ratione maximè, tum Philippum Caſtellanum, tum Principem Parmenſem Regni Luſitanici Petitores cauſâ cecidiſſe: nec vllo eorum pacto Portugalliæ iura admittere potuiſſe. Quare ſimilia Galliæ, & Portugalliæ Regna ſunto, quippe quæ non modo, eodem ſanguinis, ſed legis penè vinculo continentur. Vtrumque enim ſibi ne externus ingrederetur, conſuluit, licet diuerſa aliquantum ratione, cum Gallia feminas, Portugallia thalamis externos excluſerit. Imo & id magnoperè obſeruandum: Ioannem Tertium Luſitaniæ Regem legem Salicam in Portugalliam introducere voluiſſe, ac decretum id ab eo fore, niſi Catharina vxor Hiſpanici ingenij mulier interceſſiſſet. Sanè haud dubiè legis Salicæ inſtitutum ſummus Rex Ioannes I. approbaſſe viſus eſt, cum legem illam celeberrimam mente concepit, qua feminæ à bonis Coronæ remouentur, quam ideo mentalem appellant, quòd eam mente continuit, nec expreſſit: eam tamen poſteà Eduardus Rex, eiuſdem Ioannis Filius, ſcriptis mandauit, ſanxitque, ne qua femina poſſet, quæ è Regia Corona bona deciduntur, hæreditate obtinere. Quæ omnino Salica lex eſt, eiuſque vehemen-

Monar. Luſit. Velaſcus. Soſa. Riber.

Lib. de iure ſucced. Pari ſiis cuſo.

Chron. Ioan. I. & Eduardi.

Lib. Ordinat. reg. Portuga.

ter ius confirmat, cum tantæ Pietatis, & ſanctimoniæ Reges illam tulerint,& approbarint. quin imo ipſi Caſtellani qui Regni ius feminis conceſſerunt, non paucos maioratus ea lege inſtitutos habent, vt ne qua in eos femina ſuccedat; quos in Molina de Primogeniis videre eſt. Coronidem huic quæſtioni impono idoneâ clariſſimi, ac eruditiſſimi viri (quod ſcientiarum oraculum Regia Luſitania Prouincia Celorici nobili in oppido, ſeu olim Delphos Apollinis ſeruat) Antonij Capralij de Caſtelbranco ſententiâ, qui à me de iure, & authoritate Salicæ legis conſultus reſpondit. *Non modo nihil eâ iniquum ſanciri. ſed nihil eâ ad Polítices rationem melius inueniri potuiſſe.* Eiuſque inſtitutum mihi multis,& magnis & rationum, & autoritatis momentis confirmauit. De cuius viri extra omnem ingenij, & doctrinæ aleam poſiti iudicio, magnoperè ſe Galli iactare poſſent, vti ego de familiari cum illo conſuetudine ſoleo gloriari: quâ me fateor in iuris ciuilis ſcientia, Politicesque doctrinis non mediocriter profeciſſe. Molina. Anton Capr. Caſtelbrãcus.

Hæc ſunt, quæ de lege Salica externo homini, venire in mentem potuerunt. Quę cùm in Luſitania, & ante Chiffletium compoſuiſſem, etſi poſteâ in Galliam veniens cum in illius, tum etiam Aſſertoris Gallici doctiſſimi hominis, ſcripta incidiſſem nolui quicquam de ſtylo mutare, tantum pauca quædam addidi quæ mihi viſa ſunt ad confirmandam legis vim, & authoritatem neceſſaria. Et verò collatis diligenter meis, cum Chifletij, ſuper hac re ſcriptis, exiſtimo nihil ab eo contra obiectum, quod non ſit à me aliqua ex parte confutatum: cum & lex Salica ſtabilita, & exempla vindicata, & obiecta diluta, remaneant. Cæterùm operæ me pretium feciſſe puto, cum latiùs iſta tractaui, vt non ſolum Chifletij, ſed & aliorum etiam, qui allatrare huic legi ſolent, huiuſmodi quaſi offâ medicatâ ora, inſtar Sibyllæ, obturarem.

AD SEQVENTES QVÆSTIONES PROLOQVIVM.

QVÆ duo reſpondendi genera Auguſtinus proponit: alterum diluendi obiecta: alterum aduerſario paria reponendi, eorum primum hactenus ſum ſecutus: ſecundum deinceps contra Chiffletium ſequar: qui quoniam ſtuduit Hiſpaniæ Regi in Regnum Gallicum ius tribuere. quod nos hactenus communi legis Salicæ argumento refutauimus: eâ demum ratione refellendus eſt, quæ eum mordeat: par ſcilicet referendo. Itaque dabo argumentando operam, vt oſtendam Regnum Hiſpaniæ Gallici omnino iuris eſſe, idque magnis rationum momentis confirmem. Tum quæ præcipua Hiſpanicæ hodie ditionis Regna & Principatus ſunt; ea nullo iure ab Hiſpanis, cùm ad Gallos Principes ſpectent, & anteà vſurpata, & hodie retineri, demonſtrem. Nec omnia comprehendam, quod ſatis ſit celeberrima commemorare. Ac ita de re tota, vti in Luſitania ſcripſeram, tractare eſt animus: etſi enim Pariſiis in Caſſanum, alioſque eiuſdem argumenti Authores inciderim, nihil propterea mutandum magnopere duxi, vt appareret, me non alieno iudicio, ſed mea ſententia rem definiſſe. Ac quàm ſit verum quod aſſumitur ex eo conſtet, quòd non conſpiratione voluntatum, ſed mentium ratiocinatione in eundem ſenſum venimus. Quod ſi Caſſanum, & alios quoſdam citando addidero, id non quòd eorum ſim præiudicio vſus, ſed quòd eorum Authoritate meam confirmare ſententiam volui, præſtitero. Ac ita me geram, vt non tam me Chiffletio ex aduerſo opponere, quàm è ſuperiori loco deiicere videar. Nam ſi aliter reſponderem, aut minus eum ab Aſſertore Gallico erudititiſſimo confutatum videri cuiquam aut inuido, aut imperito poſſet, aut magna ei daretur occaſio gloriandi, non potuiſſe ſe ab vno eo ſatis refelli: à quo tamen ille abundè vapulauit.

Scripſerint, ſcribantque (vti audio fieri) alij ſtudio Chiffletium impugnandi, mihi mens eſt ſcribere iſta deſiderio inueſtigandæ veritatis: quod Auguſtini, cuius et ſum & videri diſcipulus amo, in ſcriptis contra Hæreticos diſputationibus, inſtitutum fuiſſe comperio.

QVÆSTIO TERTIA.

VTRVM REGIBVS CHRISTIANISSIMIS ius aliquod ad Hiſpaniæ Regnum ſit?

CAPVT PRIMVM.

Status quæſtioni redditur, ac ex Hiſtoriis dilucidè explicatur.

QVOD hactenus veluti longiùs inſecuti, id propiùs nunc vrgemus: vt non modò nullum Catholicis Hiſpaniarum Regibus ad Galliæ Regnum ius fuiſſe demonſtremus: ſed contrà ad Reges Galliarum Chriſtianiſſimos iure pertinere Regnum Hiſpaniæ oſtendamus: vt demum Hiſpani agnoſcant ſe non alieno tantùm depelli; ſed quod maximè putabant ſuum, eo etiam decediſſe. Itaque rem paulo altiùs repetamus.

Nemo vel mediocriter doctus dubitet, quin minùs tutum ab externorum ingreſſu Hiſpaniæ Regnum, quàm Gallicum ſit: cum nec ſe lege Salica coerceat, muniatque: ac proinde fæminas admittat: & magis patuerit Barbarorum incurſibus, in quorum cum poteſtatem veniſſet aſſertoribus alienigenis anſam capiendi & retinendi quæ ceperant, dabat. Nam quæ infidelibus eripiuntur, Sacrorum vi Canonum, iuris Vindicantium fiunt: vti ſuo loco confirmabimus. Quare euenire citiùs potuit, vt Regnum Hiſpanicum Gallici, quàm Gallicum Hiſpanici iuris eſſet.

Tiraquel. Paul. Aemil. Molina. Azor. Hiſt Hiſpan. Marian. Garibay.

Hoc animaduerſo: quòd ad quæſtionis ſtatum attinet (vt ab eo incipiamus, quod eſt antiquius: & non tam iure ſanguinis nititur, quàm aut vindicationis, aut electionis) ex Annalium, tùm Hiſpanorum, tum Gallicorum, tum Externorum fide conſtat, infuſâ Saracenorum in Hiſpaniam Barbarie, priſtinum ac florentem ſub Gotthis Regibus ſtatum, Regni faciem, imo & Reipublicæ liberæ formam amiſiſſe: transferente ad ſe Saraceno quolibet Dynaſta, pro magnitudine opum, ſingulas vel ciuitates, vel prouincias, & in Regna diuidente. Et ſi omnes in Punici Imperatoris, Miramamolinum vocant, fide & arbitrio eſſent.

Annal. Hiſp. & Gallic. Mariana. Illeſc. Brittus. Garibay. Zurita.

Diſpalatis, ac prope extinctis Hiſpanorum reliquiis: inacceſſi Aſturiæ, & Vaſconiæ montes Aſyla peperere. Quæ deinde propugnacula ad defenſionem, mox caſtra ad eruptionem, cùm in aciem ventum, extitere. Aſtures Pelaio, Vaſcones Ximenio Principe vſi, ſigna extulerunt, & abiectosun ſpem libertatis, Hiſpanorum animos erexerunt. Itaque ab

Baronius. Hiſt Hiſpan. Marian. Illeſcas.

Turſellin. Egmhard. Regino. Belleſ. Hiſt. Gallic. Pontifical. Paul Aemil. Turſellin. Caſſan. Maſſon. Panuin. Sammarthan.

vtroque inſtitutum, vt in iis anguſtiis, Regnum, quod tamen nutaret inter arma Maurica, labaretque. Ac prorſus concideret; niſi opportunè arma Gallica auxilio adueniſſent. Iam pridem ea Mauri inuicta ſenſerant: cùm à Carolo Martello fœdiſſima affecti ſtrage Gallias, quas temerè inuaſerant, ſuis cadaueribus oppletas reliquiſſent; & tunc victricia ſunt experti, cùm Rex Pipinus adoleſcente filio Carolo, qui Magnus poſteà Imperator fuit, comitatus; eorum ferociâ refuſâ, Hiſpaniam trophæis magis, quàm paſſibus peragrauit.

Ado. Paul. Æmil. in vii. Caroli. Marian. Regino.

Recrudeſcente poſteà bello & auctis Maurorum, & imminutis Hiſpanorum viribus, communi totius Hiſpaniæ nomine rogatus Carolus, qui Regnum iam inierat, bellum contra Saracenos ſuſcepit. Eius virtute Pompelo recepta, Cęſarauguſta liberata, Regnum Ibnabalæ Hiſpano reſtitutum. Duo Reges Mauri ſubacti. Hac parte recreata Hiſpania, aliâ affecta: ſed fama Caroli commota, illius opem implorauit. Igitur & Aſturibus quoque ſubuentum. Hi liberati, & deinceps confirmati Saracenis imminere cæperunt: in eoſque, quorum fulmina arma putarant, deſuper fulminare. Ter Carolum in Hiſpaniam cum exercitu traieciſſe comperio. Primùm, Rege Pipino adoleſcentem. Secundùm, Regem iam inſtitutum Galliarum. Tertiùm Imperatorem demùm creatum. Nunquam incaſſum. Semper Hiſpanam rem iuuiſſe. Punicam euertiſſe. Nunc propiùs ad cauſam.

Marian. Æmil. Caſſan.

Alphonſus II. Caſtus cognomine, Princeps bellicis artibus clariſſimus: cùm ingraueſcente ætate premi ſe vndique à Mauro pertinaci hoſte videret, ac impares ſuos tanto bellorum oneri ſentiret, & non ſatis in Hiſpanis opibus præſidij, quòd acciſę, & attritæ continentibus bellis exiguam ſpē facerent, Regni in poſterum à Saracenorum armis tuendi, exploratum haberet: nec, quod caput eſt, hæres ei, quòd à coniugio ſéper abhorruerat, nullamque liberis operam dederat, ſupereſſet: agitare anxius cæpit, qua poſſet ratione ſuis conſulere, Regnumque Hiſpanicum conſeruare. Nec procul erat præſens remedium, recentibus exemplis probatum: & famâ tum ampliore, ob Auguſti nomen, quod Carolus cum Imperio induerat, rebus iam præclare geſtis Nobiliſſimum. Igitur eum

Illeſc. Marian. Belleſ. Caſſan.

in Hiſpaniam denuo vocare decreuit, vt inuictis armis rurſū Mauros frãgeret, Hiſpanamque rem eo in loco ſiſteret, vnde cadere deinceps non poſſet. Ac vt obtineret, præmium ei Regnum ipſum, quod morte vacabat, propoſuit, eoque vti ampliſſimo inuitauit. Nec id ſuo tantum, ſed & procerum ſenſu ſtatuit. Qui quanto in periculo verſarentur, quòd propiores diſcrimini, intelligebant.

Itaque Carolus coactis ingentibus copiis, & contracto militum robore, & ſuorum flore Paladinorum collecto, expeditionem alacriter ſuſcepit, & in Hiſpaniam penetrauit, & Regis Alphonſi voto circumlatis armis, & reportatis de infida gente victoriis, cumulatiſſimé ſatisfecit. Mox victoriæ præmiū promiſſū Regnum poſtulauit: tamquam ſibi ex pacto ob nauatam operam iure debitum. Nec Rex iuſtitiæ amans abnuebat: atque ad id tabulas ſolemniter confectas præſtabat: cùm commutatis re-

Garibay.

pentè voluntatibus, Regni proceres interceſſerunt, & rem penitus diſturbarunt, eo prætextu quòd non poterat Regnum ad alienos tranſire.

Ita re infecta Carolus in Galliam rediit. Alphonſus Ramirum Bermudi conſobrini ſui filium, qui eiusnominis primus fuit, Regem creauit. Quare Galli & poſſeſſione, & ſpe deiecti nunquam deinceps de repetenda Hiſpania, præſertim aliis diſtricti bellis cogitarunt.

Hæc ſummâ fide ex hiſtoriis deprompta retuli. Et quidem quod caput eſt controuerſiæ, à qua tota ea pendet, incorrupti Hiſpani authoris teſtimonio confirmare libet. Is eſt Ioannes Mariana, *cuius hęc ſunt cap. 11. lib. 7. Verba. Alphonſus annis grauis, feſſuſque bello, quod continenter in Mauros gerebat, maiori conatu, quàm ſucceſſu, Carolum cogitauit in Hiſpaniam euocare, breui ſperans totam prouinciam eius armis Barbaris eripi poſſe. Prole ipſe carebat; Nauatæ operæ mercedem, commodum viſum eſt Regni ſucceſſionem proponere. Non abiecit conditionem Carolus.* Et infrà: *Propè confecta omnia erant, cùm re prodita vtriuſque Principis conatus diſturbati ſunt.* Hoc cùm ipſe Mariana, qui genti nimium ſuæ indulgere ſolet, vbi aut cum Gallis, aut Luſitanis, quos inſectatur, diſceptatio eſt, fateatur; non eſt cur alios authores citemus. Mariana.

CAPVT SECVNDVM.

Videri nullum ex adducto proximè titulo ius Gallicis Regibus ad Hiſpaniæ Regnum ſubeſſe.

MAnifeſtum quidem videtur ob auxilia Hiſpanis lata, repreſſos pulſosque Saracenos, non potuiſſe Gallos Hiſpaniæ Regnum iure obtinere. Cum iuris gentium ſit, vt Principes finitimi, & aliquo inter ſe fœdere ſociati alij alios à communi hoſte defendant: ac præcipuè Suar. Vaſq. Catholici à Barbaro, & maximè Saraceno, qui proprius & deſtinatus eſt Molin. hoſtis: cum præſertim ille, qui præmitur auxilium implorat. Cuius rei multa ſuppetunt in annalibus exempla, ac neſcio an alibi, quàm in Hiſpania clariora. Nauas Toloſæ, & Saladium nobiliſſimarum de Saracenis Hiſt. Hiſpan. victoriarum monumenta teſtes appello; Finitimorum Regum ope eas Illeſc. Caſtellæ Reges cõpararũt. Quare nullus ſanè erit, aut Pipino, aut Carolo Mariana. ex præſtita contra Mauros forti, & fideli opera Hiſpaniam occupandi titulus. Is ab ea Alphonſi Caſti, quam proximè attulimus, cum Carolo pactione, ſi quis eſt, initium ſumet. Quem nullum fore Hiſpani contendent, his adducti argumentis.

Primum eſto: Donatio illa, ſi qua fuit, inualida prorſus & irrita extitit. Conſtat enim Regnum donari liberè, alienarique non poſſe, vti latè probat Pelaez 4. p. q. 1. & duplici inducto exemplo; altero Caroli VI. Galli, Pelaez. altero Regis Aragonij confirmat. Idem docet Menoch. conſ. li. 11. conſ. Menoch. 1003. cum pluribus aliis, quos citant. Quod adeo verum eſt, vt ne in dotem quidem transferri cum filia Regnum poſſit; quemadmodum tradit Pelaez 4. p. q. 1. n. 220. ex quo deducit non potuiſſe Regem Alphonſũ VI. Luſitaniæ Comitatũ cauſa dotis, cum Therafia filia, Henrico Gallicæ Pelaez. ſtirpis Principi, donare. Imo non licere Principi alienare Regnũ, nec bona Regni ob remunerationem, docet idem n. 249. & 255. Quæ maxime

Imol. Affliċt. cohærent cum doctrina Imol. in cap. 2. n. 8, d. donati. & Affli. in cap. Imperialem §. præterea Ducatus in 3. in 3. Notab. n. 18. in fin. prohib. feud. alien, tradita §. hæc ergo in authen. d. non alien. vel per mur. reb. Eccle. cap. intellecto d. iure iuran. quam optimè expendit Monochius Monoch. Robert. Gag. cons. 1003. & confirmat teſtimonio Roberti Gaguini. Ex quo ſanè deducitur Regnum Hiſpaniæ donari Carolo non potuiſſe.

Secundum Eiuſmodi ſit: Carolus externus & alienus Princeps non potuit Hiſpani Principes ſanguinis excludere, ac in eorum præiudicium Regnum obtinere: cuiuſmodi fuit Ramitus regij ſanguinis adoleſcens, qui Mafran. Garibay. Caſſan. Rex demum ab Alphonſo fuit inſtitutus. Aſſumptum nititur firmiſſimo argumento, quòd Reges ſuccedant iure ſanguinis, quæ communis ſententia iuris conſultorum eſt: vt tradit Ioannes Laudenſis inter conſilia Laudens. Molin. Moſt. Auend. Matien. Meres. Oldradi cons. 224. & Moli. lib. 10. d. primogen. cap. 3. n. 11. & Morla in Emp. p. 1. tit. d. iuriſd. q. 4. n. 4. Auendan. in l. 40. tauri n. 8. & Mathienzo in lib. 6. tit. 7. lib. 5. Recapilat. glo. 3. n. 18, & latiſſimè probat Meres 4. p. q. 1. vbi docet: ſi quis conſanguineus, vel mille gradibus diſiunctus ab vltimo Rege inueniatur, eum in Regem poſthabitis aliis aſſumendum: cùm præſertim tum iure communi, tum priuato Hiſpaniæ externi Principes à Regnis, & Maioratibus arceantur.

Terrium fuerit. Licet vera, & valida donatio interceſſerit, ea fuit poſteà ab eodem Rege Alphonſo reuocata, atque adeo vim prorſus omnem amiſit. Quod argumentum hiſtoriâ nititur: & ſi factum probetur, manifeſtè deducitur, primam illam donationem irritam, & inualidam fore. Quæ tam certa doctrina eſt, vt probatione non indigeat. Quòd ſi quis ambigit, conſulat is eos Iuriſconſultos, qui hac de donationum Materia ſcripſerunt. Vnum indico Pelaez 1. p. per multas quæ- Pelaez. ſtiones.

Hic quaſi triplex è tribus argumentis textus funiculus difficile rumpi poſſe videbitur, niſi quis Alexandri gladio violentiùs vſus, ductam æquitatis à iure lineam velit præcidere.

CAPVT TERTIVM.

Haud dubium ad Regnum Hiſpaniæ ius, ex pactione Alphonſi cum Carolo, Gallis Regibus eſſe oſtenditur.

Firmiora ſunt pro Gallis, quàm quæ proximè pro Hiſpanis adducta ſunt, argumenta. Primùm enim ſic arguo. Illa pactio non libera donatio, ſed contractus quidam, ex iis, quos oneroſos appellant, extitit. Vnde obligatio mutua orta eſt. Atque adeo iuſtitiæ actus vtramque partem colligantis: iuxtà legem Labeo 2. ff. d. verb, oblig. Fuit enim duorum in idem placitum conſenſus, atque côuentio l. 1. in princip. ff. d. pact. ac proinde pactum, ex quo vltrò, citroque oritur obligatio, nempè ex iuſti- Aragon. tia commutatiua ſecundum Aragon 22. q. 77. art. 1. Quare vti Carolus

ſuæ parti non defuit operam nauando, ita deeſſe non potuit Alphonſus Regnum promiſſum negando, quod propoſita quædam operis merces fuit. Huiuſmodi enim contractus ad illam formam pertinet, quæ lege illa nitirur, *Facio vt facias.*

Conſtat igitur inter Alphonſum, & Carolum conueniſſe, vt Gallus auxilium laboranti Hiſpano ferret, Hiſpanus vt Gallo Regni præmium redderet. Nam nec eo non propoſito Gallus, ſe, ſuoſque in apertum diſcrimen conjiceret, nec Hiſpanus rem tantam, niſi tam amplâ mercede oblatâ petere auderet. Et quidem multò erat maior Alphonſi obligatio cùm præſtito officio Carolus creditor eſſet, ac iure ſuo debitum exigeret, cùm præſertim ab Alphonſo fuiſſet inuitatus. Ecquis autem neget tantæ expeditionis, tanto apparatu, ſumptibuſque ſuſceptæ, ſolum Regnum parem & iuſtam mercedem eſſe? Quod Alphonſum ipſum non latuit, qui quòd vidit copias, & opes Gallicas; imò & fortunas, & vitam ipſius Auguſti in præſens periculum conjici, non putauit poſſe ſe aliter niſi oblato Regno ſatisfacere. Caſſanus.

Secundùm ſic vrgeo: nihil obſtabat Alphonſo, quominùs Regnum Hiſpaniæ donare Carolo, pro nauata opera poſſet. Nam præterquam quod Rex erat, atque adeo Regni Dominus: quæ communis ſententia eſt, & tradit Belluga in ſpeculo Principum Rub. 14. & Menchac. lib. 1. de ſucceſſionum creatione §. 3. n. 4. & Menoch. conſ. 1003. & Meres 3. p. q. 9. & 4. p. q. 1. & Gregor. Lopez in lib. 1. tit. 18. in Gloſſa Verbo de derecho p. 2. Vti Rex Hiſpaniæ, ſpeciale ius & dominium in Regnum habebat, quemadmodum diſertè Menoch. conſ. 1003. cum Matienſo, & Gregorio affirmat. Et multò maiori iure, quòd Regnum illud Hiſpaniæ recens à Maurorum poteſtate Gallorum ope fuerat ereptum, ac eorum operâ conſtitutum. Itaque & proprium Alphonſi erat, & à Gallico non alienum: ac proinde donari ab Alphonſo potuit, cum ille Dominus eſſet, & Galli dominij incapaces non eſſent. Belluga. Menſchac. Menoſch. Merez. Gregor. Lopez. Matienſ.

Tertiùm ſic inſurgo: Bona maioratus, & Regni alienari poſſunt in euidentem eorum vtilitatem: textu in l. ſeruus C. de pactis, & in l. non ideo minùs. C. de procura. & in l. is cui bonis ff. verb. obligat. & in l. neque. C. de contrahenda emptione, vbi Doctores, & in l. cum hi §. eam tranſactionem. Vt ibi Notat Iaſon. & in l. contra iuris. §. vlt. & gloſſa ff. de pact. & in §. Omnium n. 42. inſt. de actionibus. Imol. & Alex. in l. mutum §. vlt. ff. de acquirenda hæreditate: ac diſertè de Regno tradit. Ripa. conſ. 80. n. 52. & 53. per text. in cap. Vt ſuper. §. vlt. de Rebus Eccl. & Pelaez 4. p. q. 1. n. 4. 15. Quâ doctrinâ iactâ argumentum vrget; nam cùm id temporis anguſtæ Hiſpanorum opes eſſent, Maurique late dominarentur, forti quodam patrono opus erat ad hoſtem arcendum, & Regnū conſeruandum. Is haud dubiè Carolus, tot Paladinis, inuictiſque ducibus, & copiis ſtiparus. Vnde non modò vtile, ſed propè neceſſarium in Gallorum poteſtate eſſe, Regno Hiſpaniæ videbatur. Iaſon. Imola. Alexand. Ripa. Pelaez.

Quartùm ita contendo. Quæ alienari prohibentur bona, vti ſunt maioratus & Regnum, donari certè ob bene merita in remunerationem poſſunt, quæ eſt ſententia Bartol. in Proœm. digeſt. n. 14. Abbat. in cap Bartol.

per tuas. n. 2. de donatione Ias. in l. ex hoc iure in 8. effectu n. 60. ff. de iuſt. & iure. & conſ. 237. col. 18. verſ. octauo facit. lib. 2. Dec. in conſ. 232. col. 2. Lup. in Rub. de donat. inter Vir. & Vxor. §. 50. n. 1. 2. 3. 4. Tiraquel. in l. ſi Vnquam. in Verb. donatione n. 46. Et in rem noſtram docet Gregorius Lopez in l. 51. tit. 18. p. 3. & Pelaez 4. p. q. 1. limitat. 3. & Menoch. conſ. 103. Quem vero latet quanta, & quam præclara fuerint Caroli Magni erga Regem Alphonſum merita? Cùm ipſe Galliarum flore collecto ſuppetias illi aduerſus Mauros tulerit, opes ſuas exhauſerit, & periculoſam belli aleam ſubierit, & quod caput eſt imperium Regnumque florentiſſimum dubiis ludentis fortunæ caſibus expoſitum reliquerit. Quæ qui expendat, & illatas inſuper Saracenis clades, & partam Hiſpaniæ Regnis ſecuritatem conſideret, næ ille Carolum Magnum optimè de Alphonſo meritum iudicabit.

Decius. Lup. Tiraquel. Gregor. Lopez. Pelaez. Menoch.

Quintum ab exemplis Imperatorum, Regum, ac Principum, qui Regna, & principatus donarunt, & quidem validè argumentor, cum hinc præiudicium ad cauſam fiat: quod enim à tot Principibus factum eſt, fieri iure potuiſſe credendum, atque adeo alienari bona Regni à Regibus poſſe ſtatuendum. Igitur Conſtantinus Magnus haud modicam Italiæ partem à ditione Imperij præcidit, & Beato Syluestro ſummo Pontifici, & ſucceſſoribus donauit; imo & ijs Vrbem, caput orbis Romam, translatâ Bijzantium imperij ſede, habitandam, colendamque reliquit. Et quidem iure feciſſe conſtat: cum ob id laudetur, cap. Conſtantinus. diſt. 96. Nec dubitant ibi Doctores affirmare, quin donatio illa valida fuerit, quos longa admodum ſerie commemorat Burſatus conſ. 124. lib. 1. & obſeruat Menoch. conſ. 1003.

Baron. Sabellic. Burſat. Menoch.

Deinde Arithperthus non pauca Regni Lógobardorum, quorum Rex erat, oppida, Pontificiæ item ſedi dono dedit.Ettereà Pipinus Caroli Martelli filius, Magni pater Exarchatum Rauennæ dictiſſimum Pentapolitana, & Æmilia prouincijs nobilem: & quidquid a Bononia aduſque Appuliam, & Calabriam Italia cóplectitur, Eccleſiæ Romanæ donauit. Iam verò Carolus Magnus Pipino rebus geſtis, & magnificentia maior totam penè Italiam, vnâ exceptâ Inſubriâ, Pontificij iuris fecit, & quò firmior eſſet donatio, ſolemnes ea de re tabulas Adriani I. Pontificis rogatu confecit: de quibus Blondus, & Anaſtaſius Bibliothecarius meminerunt. Quas poſteà Ludouicus Pius Magni Caroli hæres filius, diplomate confirmauit, quod Volaterranus ſcripto repræſentat. Atque huic donationi quò maior eſſet authoritas, tres eiuſdem Pij Imperatoris filij ſubſcripſerunt, eique poſtea Otho Magnus Imperator I. & Henricus noua iuris momenta ſigillo Imperatorio addiderunt.

Baron. Sigon. Æmil. Turſell. Spondan. Eginhart. Regino. Baron. Blond. Anaſtaſ. Volaterr. Spondan.

Ad Hiſpanos Principes propiùs accedo. Ab Rege Alphonſo Sexto, Luſitaniæ Comitatus à reliquo Hiſpaniæ corpore auulſus, cum Theraſia filia Henrico Gallicæ ſtirpis Principi in dotem datus. Quid? quod Carolus Imperator V. Flandriam, quod proprium eius patrimonium erat, Carolo Aurelianenſi Franciſci I. iuniori filio cùm Ferdinandi patris ſui filia dotem deſtinabat. Imò & Mediolanum ipſum donare eidem Carolo decreuerat, ſi fortè ſponſalia mutarentur.

Garibay. Monarch. Luſit. Brit. Marian. Maris. Paul Iouius. Guicciard.

Quod ſi Regiæ de Regno, Regnique bonis donationes non valent, quo quæſo iure Hiſpani Neapolitano Regno fruuntur, cum id maximè nitatur donatione Ioannæ Hungaricæ Ladiſlai ſororis, quâ Alphonſus Aragonius Rex inſtitutus, vnde omnem iuris fontem manaſſe, vel ipſi Hiſpani ſcriptores fatentur? Sanè ni verum eſt, Principes iuſtos patrimonij ſui hæredes eſſe, rerumque ſuarum dominos, cur tantoperè laborauit Carolus V. vt à Franciſco Sfortia Ludouici Mori filio Mediolanenſis Ducatus teſtamento hæres ſcriberetur? Illeſc. in vita Martini V. Iouius.

His, alijſque eiuſmodi exẽplis manifeſtè probatur, Regna, & Principatus, cum iuſta ſe offert occaſio, à Regibus, & Principibus, qui veri ac legitimi ſint domini, alienari, ac donari poſſe. Atque adeò pactum, inter Alphonſum Caſtum, & Carolum Magnum, de promouendo, ac recipiendo Hiſpanico Regno, vim iuris, roburque habuiſſe.

CAPVT QVARTVM.

Adducta pro Hiſpanis contra Gallos argumenta ſoluuntur, & quæſtio tota deciditur.

QVi traditam proximè doctrinam expendat, ei facilè erit argumentis oppoſitis reſpondere. Primùm enim corruit, negando Regnum, & bona Regni donari, alienarique non poſſe. Nam, vti ſecundo, & tertio, & quarto argumento probauimus, poſſunt à Regibus, & Principibus alienari, & donari. Nec authores, qui id negant, omnino, & abſolutè negant, ſed quando in præiudicium ſucceſſorum alienatio cedit. Vti videre eſt apud Paulum Caſtren. in l. inuitus ff. de fidei commiſſis. libe. per dict. l. 3. ff. de interdi. & releg. & l. ſi arrogator §. ſed an impuberi ff. de adopt. & Rebuf. in declar. feud. n. 3. pag. 433. & Penna in lib. 2. Cod. de Reipub. iure ad fin. lib. 11. & Merez 4. part. q. 1. Quare cum in re noſtra nullum eſſet ſucceſſoris præiudicium, (nec enim Ramirus iuſtus & neceſſarius hæres erat) potuit ab Alphonſo Caſto Regnum, tot præcipuè vrgentibus cauſis, Carolo Magno donari. Nec id, quod additur verum eſt, in dotem dari non poſſe; cùm communis Iuriſperitorum ſententia ſit, maioratus, cauſa dotis alienari poſſe: Vti probat Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus: Cod. de inoffic. teſtament. Limi. 2. num. 12, & allega. 3. num. 8. & ibi Vald. pag. 78. & Ioann. Loppez in rubri. de dona. inter Virum & Vxorem §. 16. num. 11. & alij Couar. Rui. reſol. lib. 3. cap. 6. num. 10. Quod quidem plurimorum Regum exẽpla demonſtrant, qui vt filias dotarent, Regna in partes diuiſerunt, quibus tandem victus dat manus Greg. Lopez in l. 6. tit. 11. in gloſ. in Verb. No valdrâ, fol. 83. col. 2. p. 6. Iàm quòd non liceat huiuſmodi bona diſtrahere, vt in remunerationem donentur, id omninò falſum eſse quarto in argumento docuimus. Penna. Merez. Suar. Vald. Ioan. Lop. Couar. Greg. Lopez.

Secundo occurritur: dicendo, Regnũ Hiſpaniæ nullâ lege Salicâ firmari & coërceri, ne ad externos, & peregrinos Principes deueniat: cùm ſæpè

fœminarum interuentu peregrinos Principes admiſerit, cuiuſmodi patrum memoriâ fuit Philippus I. Rex Belga, & ante illum Emmanuel Luſitaniæ Rex, qui ſanè quòd Luſitanus, alieniſſimus Caſtellanis videbatur. Itaque nihil obſtabat Ramirus è tranſuerſo iniectus Princeps, quo minùs Carolus Rex crearetur.

Quod autem aſſumitur, Regnum iure ſanguinis, non hæreditario deferri: præterquam quòd non adeò verum eſt, vti ex Oldrado, & Alberico, & alijs deducunt ſapientiſſimi Doctores Conimbricenſes, me ipſo authore Anonymo, in libro de iure ſuccedendi in Reg. Luſitan. Pariſijs excuſo, nihil aduerſarios iuuat, nam in Regno Hiſpaniæ minor habetur ratio ſanguinis, quàm hæreditatis. quemadmodum ijdem probant Doctores. Nec quod adducit Meres proprium eſt Regum Hiſpaniæ, ſed Galliæ: quod Regnum per gradus regij ſanguinis deducitur, ita vt ad propinquiores maſculos, licet à poſſeſſore remotiſſimos, rectâ perueniat. Quemadmodum tradit Nicolaus Boer. conſ. 10. n. 16. Igitur aliena eſt à Regno Hiſpaniæ ea doctrina, quòd ſit propria Regiæ familiæ Gallicæ, cuius ſanguis quò per ſtirpes ſacratiùs ducitur, eò religioſiùs obſeruatur.

Allegat iur. pro Dom. Catat. Anonymus.

Merez. Bald. Munſterus.

Vide Munſt. lib 2. Boer. Sammarth.

Tertium ſoluitur animaduertendo illam non fuiſſe donationem, ſed contractum, & quidem oneroſum, ac proinde reuocari minimè potuiſſe. Vti lariſſimè probat Menoch. conſ. 1003. lib. 11. agens de donatione facta ab Henrico Rege IV. D. D. Petro à Velaſco Comeſtabili Hiſpaniæ, quam negat, vel ab eo, vel à ſucceſſoribus potuiſſe infirmari: vbi item docet, cum viginti quinque Iuriſconſultis remuneratoriam donationem ob bene merita reuocabilem non eſſe. Quare contractus ille inter Alphonſum, Carolumque initus, firmus fuit, & reuocari non potuit.

Menoch.

Addiderim Regem Alphonſum voluntariè donaſſe, coactum reuocaſſe: vim ei inferente Bernardo Carpio, audaci, & feruido ingenio adoleſcente, & ſeditioſorum, qui ei ſe adiunxerant, ciuium factione: quorum Bernardus poſteà furiis agitatus, ab Rege ſuo Alphonſo Magno ad Mauros defecit, cumque iis patriæ bellum intulit. Rurſumque nouis exortis ſimultatibus in Galliam ipſam quam offenderat, ſe recepit. Vt hæc impij & ingrati animi ſpecies, argumentum irrogaræ Carolo in ſuadendâ donationis reuocatione iniuriæ fuerit. Quod ſi metu compulſus, donationem Alphonſus reuocauit: nihil ſanè egit, nec infirmauit; nam quæ vi, metusvè cauſa fiunt, inualida iure habentur, vti gemino exemplo apud Menochium probatum reperio, Garibayum ſuper donatione, de quà proximè diximus, impugnantem conſ. 1003. à n. 82.

Illeſc. Marian.

Annal. Hiſp.

Menoch.

Solutis argumentis ſcrupulum remoueo, quem doctus quiſpiam poſſet obiicere, contra illa donationum exempla, quæ quinto pro re noſtra argumēto adduximus; quod ea ſunt, maximam partem, ab iis Principibus perita, qui Eccleſiæ donarunt: quæ ideo infirma videri poſſunt: quòd piæ cauſæ rationem inuoluunt; ſed nihil ſcrupulus obſit, nā & huiuſmodi donatio piæ cauſæ rationem induebat, cum Hiſpania ope Caroli contra Mauros indigeret, & illæ donationes non idcirco validæ fuerūt, quòd in fauorē Eccleſiæ inſtitutæ, ſed quòd in donantibus poteſtas erat: nam niſi hæc eſſet, illæ nullæ eſſent. Quemadmodū in rem noſtrā docet Menoch.

ex Caſtrenſ. conſ. 70. lib. 1. ſuo illo à me ſæpè citato concilio 1003. vbi ſic ait. *Non enim Eccleſiæ fauor tanti eſt, vt res quæ ob ius ſucceſſorum non poteſt à poſſeſſore alienari, ipſi Eccleſiæ donari poßit*; Conſentit Pelaez 4. p. q. 1. Quo & ſcrupulus prorſus abiectus, & doctrina ſuperiùs tradita egregiè confirmata. Caſtren. Menoch. Pelaez.

Tandem proprio Hiſpanos aduerſarios telo conficiamus. Qua fronte negant prima illâ donatione ius à Carolo acquiſitú, qui affirmant prima inſtitutione Alphonſum Aragonium Neapolitanum Regnum iuris ſui feciſſe? Nam cùm Ioanna Regina quæ Alphonſo Regnum legauerat mutatâ voluntate donationem reſcidiſſet, & Ludouicum Andegauenſem ſubſtituiſſet, eumque ſibi Alphonſo abdicato filium adoptaſſet: non idcirco tamen Hiſpani Regnum Ludouico adiudicarunt, imò & tunc retinuerunt, & hodie mordicùs retinent: nec paſſi ſunt à ſtirpe Regum ſuorum auelli, atque ad Francorum Reges, qui Andegauenſium hæredes ſunt, tranſire. Nec verentur dicere ius ſuum hac potiſſimum Ioannæ vocatione niti: cum ea poſteà ab eadem fuerit reuocata, & noua ritè adoptato Ludouico inſtituta: eademque Martini V. Sanctiſſimi Pontificis voluntate ſuſcepta, & authoritate firmata. Quare ſi hanc Alphonſi, quæ prior & antiquior fuit, ratam volunt, neceſſe eſt velint huiuſmodi Caroli inſtitutionem irritam non fuiſſe. Annal. Hiſp. Illeſc. Mariana. Ita Illeſc. cit.

Nobis igitur ſatis ſit, cogi eos æquo iure inſtitutum Carolum Regem Hiſpaniarum, ac Alphonſum Neapolis, fateri. Itaque ſi rectè argumentari norunt: aut negent iure ſe Neapolitanum Regnum poſſidere, quòd qui primùm vocatus eſt Alphonſus, reiectus ab eadem eſt poſteà Ioanna, Ludouico ſubſtituto: aut concedant Carolum, qui primus eſt ab Alphonſo Caſto electus, ius ad Regnum Hiſpaniæ habuiſſe, quanquam poſtea eo repudiato Ramirus ſit ab eodem Rege Rex inſtitutus. Idque eis remitto: Alphonſum coactum, Ioannam Spontaneam factum reuocaſſe. Atque ex hoc exemplo, id tantum aſſumo, quod ad id firmandum ius Gallicum ad Hiſpaniæ Regnum obtinendum facit, omiſſo interim eo: iure ne, an iniuria Hiſpani Neapolitanum Regnum poſſideant? de quo ſuo loco diſputauero. Caſſan.

CAPVT QVINTVM.

Iure hæreditario, & ſanguinis, Hiſpaniæ Regnum ad Chriſtianiſsimos Galliæ Reges pertinere.

MVlto manifeſtior eſt, quàm proximus, hic præſens, de quo agimus, titulus, quò ſanè indubitatum ius à Gallis in Hiſpaniæ Regno Regibus acquiſitum. Id ſine magno ſtudiorum impendio, vel ex nuda hiſtoria diſceremus, niſi eam adulatio Hiſpanica corrupiſſet. A fonte profectos, ductus ipſe Regii ſanguinis recto tramite deriuatus, citra Caſtellarij opem, nos in Chriſtianiſſimam Galliarum Regũ familiã inducet. Chron. Hiſp.

Rex igitur Caſtellæ (Caſtulonenſem latinius appellant) Alphõſus VIII.

Ita Zurita. Marian. Garibay. Riberius. Caſſan. Tarapha. Sammarth Aſſertor Gall. Hiſtor. Hiſp Chron.Gall.

Bonus cognomine, Sancij Optati filius, ex Eleonora Henrici II. Angliæ Regis filia plures liberos ſuſtulit. Mares tres, Sanciũ, Ferdinandũ, Henricum, fœminas duas, Blancam, & Berengariam & aliàs. Ex quibus Sancius, ac Ferdinandus immatura, in ipſa infantia, morte præuenti. Henricus, vix dum inito Regno, penè prætextatus caſu quodam, miſerandũ in modum extinctus. Ita Regnum ad ſorores ſpectare cæpit. Quarum natu maior Blanca Ludouici VIII. Philippi Auguſti filij, Galliæ Regis, vxor erat: minore Berengariâ Alphonſo Legionenſi conſobrino ex Ferdinãdo patruo ſuo locatâ. Hæc tamen iuris, & pietatis oblita, maiore natu ſorore Blancâ excluſâ, Regnum inuaſit, & occupatũ Ferdinando filio tradidit, ſũmâ Blancæ ſororis, & Ludouici nepotis iniuriâ, quos iure ſuo ſpoliauit.

Et verò, quoniam fide re conſtet, manifeſtum eſt Regnum Caſtellæ iuris Gallici prorſus eſſe, oportet eam accuratiſſimè tractare: ac oſtendere Blancam ætatis prærogatiua Berengariâ antecellere. Profiteor me veritatis ſtudio ductum, citra odium, & amorem hanc prouinciam ſuſcipere.

Primùm coniecturâ vtor, vt probem Berengariam eſſe natu minorem. Quod omnes ſcriptores Galli id affirment: Hiſpani non omnes negent, quorum tamen intererat negare. Vnde conjicitur multò certiorem eſſe Gallorum ſententiam, cum ei multi Hiſpani aſſentiantur. Deinde Hiſpanos animaduerto homines eſſe acutos, & ſagaces: atque adeò mente prçuidiſſe futuros, qui Berengariam tyrannidis inſimularent: ſi contra ius, & leges Hiſpaniæ maiorem natu Blancam excluſiſſe conſtaret. Itaque dediſſe operam, vt ea Blancæ prærogatiua omnino tolleretur. Vnde ſi qui eam maiorem natu eſſe negarunt, ij & famæ, & iuri conſulere, non veritati ſtuduerũt. Qui verò ingenuè ſunt faſſi, ijs certè nulla eſſe alia cauſa fatendi potuit, niſi ipſius ſtudiũ veritatis. Quare illi ſuſpecti, hi ab omni prorſus ſuſpicione alieni. Accedit eſſe quoſdam, quibus nec affirmare placuit, nec negare, & hi ſuo ſilentio Blancæ Reginæ cauſæ pattocinantur: nam cum viderent eam ætate, & iure valere, ac conſcientia veritatis vrgeret, ne infamiæ labe Berengariam aſpergerent, ſilere maluerunt: ne veritate illam, ſe mendacio infamarẽt.

Iseſt Illeſcas in Hiſt. Pontific.

Omiſſis coniecturis, authoritate agamus: & Hiſpanis Hiſpanos primũ opponamus. Et quidem duo magni authores Berengariæ fauẽt. Rodericus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus, & Lucas Epiſcopus Tudenſis, qui natu maximam & Primogenitam dicunt. Iis accedunt duo alij graues, ac dignitate item inſignes Patroni Alphõſus à Carthagena, ac Sancius Areualus Epiſcopi, quorum fides eleuari ſine religione non poteſt, cum & antiqui ferme omnes ſint, & idoneam authoritatem munere Põtificio reddant. Itaque ijs ſuſcribit Hieronymus A ponte, alijque recẽtioris memoriæ non pauci. His quaſi pares in arenâ deſtinamus Prolomęum Lucenſem Epiſcopum Torcellenſem, Franciſcum Tarapham Canonicum Barcinonenſem, Zuritam prçſtantiſſimum Annalium Aragonicorum authorem, Marianam Hiſtoricum accuratiſſimũ, Garibayum famâ celebrem ſcriptorem. Quorum ſententiam Ioannes Pintus, Riberius, vir litteratiſſimus, & plures huius ætatis authores ſequuntur; ne de Gallis commemorem, qui omnes vnanimi conſenſu, Blancam natu

Roder Tolet. Sic Tudens. Carthagena. Sanc. Areual. A ponte. Ptolomæus. Lucens. Franciſc. Taraph. Zurita. Marian. Garibay. Riberius.

maiorem eſſe affirmant. Rodericum Sancium, vti ambiguum, & in vtramque partem verſatilem, & Salazarium Mendoſam, non admodum perſpicuè locutum minùs curo, quòd certâ & indubitatâ authoritate vti velim. Erit qui primis aſſentiatur: ego tamen ab ijs maximè diſſentio: & poſterioribus accedo. Nec temerè: nam ſuſpecta mihi omnino Ximenij, qui caput & Princeps eius ſentētiæ videtur: non ſolū quòd, vti obſeruat Aſſertor Gallicus, hiſtoriam ſuam Ferdinando Regi Berengariæ filio dedicauit, quare non debuit cuius captabat beneuolentiam illius ius infringere: ſed quia Ximenius ſolet, minorem veri, quàm recti rationem habere: neque tam publicæ fidei, quàm priuatis rationibus ſeruire: quemadmodum eruditè demonſtrat Author Luſitanæ Monarchiæ Pater, ac Doctor Frat. Antonius Brandanus, & non paucis exēplis confirmat. Ac id præcipuè apparuit, cum in cauſa Primatus Eccleſiæ Bracharenſis in Lateranenſi Concilio coram Pontifice agitata, multa à veritate aliena vſurpauit. Quibus, vti erant inania, eruditiſſimè ab Antagoniſta Syluio Bracharenſi Archiepiſcopo confutatis, nihil Toletanæ, cui fauebat, iura Eccleſiæ promouit. Iam verò Tudenſem conſtat ſtudio gratiæ Regiæ, cui inhiabat, colligendæ illa ſcripſiſſe. Cæteros vel eos temerè ſecutos, vel amore nationis, odio que Gallorum feciſſe. Et quidem familiare id Hiſpanis ſcriptoribus eſſe ex eo apparet, quod qui Iſabellæ Catholicæ adulari voluerunt, vt eius ad Regnū Caſtellæ ius defenderēt, Ioannam legitimam Principem Henrici IV. filiam ab eo, & recognitam, & cōmendatam, ducto Sacramento hęredem Regni declaratam, ex adulterino thoro natam finxerunt: vt alienâ infamiâ viam ad ſceptrum Iſabellæ munirent. Qua de re grauiter quæruntur ſcriptores Luſitani. Adeo vt vel ipſe Mariana, qui integrior eſſe ſolet, ſæpè in rebus Portugallicis labatur, quòd gentili eos odio infeſtetur.

Aſſerta Gallica. — *Monarch. Luſit p.4.* — *Monarch. Luſit p 3.* — *Zurita.* — *Pina.* — *Reſend.*

Supereſt aliud meo iudicio idoneum argumentum. Cùm hac de re Mariana iudicium ſuum liberum protuliſſet, tradidiſſetque in Latina editione Blancam natu maximam iure ſuo ſpoliatam, à Berengaria natu minore: (cuius nos verba proximè reddemus) in editione Hiſpanicâ, timore Principis ac populi, qui vulgaris linguæ hiſtoriam lecturi erant, ita moderatus eſt ſententiam, vt ambiguam reliquerit. Sed ne veritas in occulto eſſet, illud accidit, quod eam maximè demonſtrauit. Quod quidem eiuſmodi eſt, vt ego mihi perſuadeam, non ab ipſo Authore Mariana, ſed ab alio impoſtore locum eſſe corruptum. Nam ibi agens de cōtrouerſioſa Regis Aragonij electione, inductis perſonis, quę ſeſe ſuo iure opponebant; & peregrinitate obiecta exteros remouebant, quaſi ea ſola remouendi cauſa integra, & iuſta foret; adducit in exemplum Blancam Franciæ Reginam, traditque eam cum maior natu Berengaria ſorore eſſet, atque adeo iure valeret, ſolius peregrinitatis titulo excluſam. Quo manifeſtè deprehenditur impoſtura, vel mutati loci, vel corrupti: Et quidem Diuinâ id credo Prouidentiâ factum eſſe reor, vt qui iniuriam Gallicis Regibus facere parabat, is ſibi infamiam pareret: & ipſo fallendi ſtudio mendacii compertus appareret. Alterius quàm Marianæ ſcriptoris vi-

Mariana in edit. Latin. — *Mariana in edit. Hiſpan.*

tium eſſe ſuſpicor, qui cum author non eſſet operis, locos non contulit, qui latebant. Marianam enim oportuerat noſſe quæ dixerat, & aut vtrumque locum retinere, aut vtrumque inducere. Ne à ſeipſo diſſentire turpiter videretur. Hæc ad eleuandam authoritatem ſatis. Nunc ad argumenta veniamus. Atque totius narrationem cauſæ ex ipſo Mariana, vti latinè exponit diſcamus. Ita ille lib. 11. cap. 7. *Duæ Henrico ſorores erant Blanca, & Berengaria; Blanca quæ Ludouico in Gallia nupſerat, & Berengaria ex Alphonſo Legionenſi Rege, coniugii tempore, quatuor filiorum mater.*

Mariana. *Blancam ætatis prærogatiua ſubleuabat, vt fraterni Imperii, Henrico mortuo, hæres eſſet, legeſque Hiſpaniæ; ſi iura Regnandi Leguleiorum modo tabulis continerentur: & non potius ſtudiis populi, & Principum dexteritate, virtute, feſtinatione, felicitate. Nam maturatis Comitiis, Blanca prætermiſſa, procerum, & populi conſenſu, Berengariæ Regnum delatum eſt. Externum imperium exhorrebant, & nouorum motuum materiem, ſi Gallia Hiſpaniæ commiſſa eſſet, ſubtrahendam iudicabant.* Huiuſmodi qui iuris peritus factum conſideret, de iure diſceptare ſupervacaneum putet. Mihi tamen aliud videtur, qui noui Hiſpanici ingenij contumaciam, fraudemque. Suis ergo illos ita argumentis conuincam; vt aut ius Gallicum inficiari non poſſint, aut ſi negent, impudentes eſſe videantur.

§.

Caſtellæ Regnum Gallici prorſus iuris eſſe euidenter oſtenditur.

SOlem è mundo tollat qui iuri Gallico aduerſetur. Id vt appareat Hiſpanis, ac proprijs vtar argumentis. Ac primum conſtat feminas apud Hiſpanos loco marium in Regna ſuccedere. Quod non tam authorum, quam exemplorum ſerie cōfirmandum, quæ ab initio ad noſtra vſq; tempora ſæpe repetita, ius à conſuetudine tractum induxerunt. Vixdum igitur aſſerto à Maurorū poteſtare, & ſtabilito Regno, Faula ſine liberis mortuo, ſoror eius Ormiſinda Regnum inijt, atq; Alphonſo I. Catholico detulit. Cuius itē neptis Odiſinda Aurelio patri vnica ſuperſtes, Silū cōiugem Regem fecit. Quid, quòd Fernandus I. Eluiræ matris, & Sanciæ vxoris iure, primus Caſtellæ Regno inſtituto, & Legionenſi recepto vtrumque coniunxit, & adminiſtrauit?

Omnes Iuriſconſulti Hiſpani Luſitani Externi. Garibay. Mariana. Illeſcas. Monarch. Luſit. Sammarth.

Atque vt Vrracam, & hanc ipſam Berengariam omittā: illuſtre exēplum eſt, quod ex hiſtoria Ioānis I. Portugalliæ Regis, & alteriùs Ioānis Caſtellæ item I. deſumitur. Nam Ioannes Lancaſtrius Angliæ Regis frater nixus iure Conſtantiæ vxoris; Petri Caſtellæ Regis filiæ, inita cum Luſitano Societate, Regnum Hiſpaniæ occupare voluit. Quod Ioannes Henrici Nothi filius obtinebat. Ned id bellum, niſi interuentu connubii inter Principem Henricū Hiſpani Regis filiū, & Catharinam Lancaſtrii Ducis filiā contracti, ſedari potuit. Imò Rex ipſe Luſitaniæ Ioannes, cū ſibi optio fieret alterutram Ducis Ioānis filiam Catharinam, aut Philippam; ducēdi hanc, quod Anglicæ erat elegit: illā, quod Hiſpanicæ, reiecit; ne ob ius vxoris regnū Hiſpaniæ repetere cogeretur, ſeq; nouis bellis implicaret.

Chron. Hiſp. & Luſitan. & Anglicæ.

Zurita. Faria. Maris. Vaſconſel.

Nullum tamen aptius in rem noſtram argumentū eſt, quā quod ex lite inter Reges ipſos Catholicos orta deducitur: in quo ſanè noſtrę pręiudiciū

cauſæ cõtinetur. Itaque defuncto Henrico Rege IV. nullâ certâ prole relictâ, Regnũ communi totius populi conſenſu ad Iſabellam Henrici ſororem delatum eſt, cui ſe oppoſuit Ferdinãdus Catholicus, eique litem intendit, quòd diceret ad ſe Regnum iure pertinere: vt qui Ferdinandi Nepos, & Ioannis I. pronepos eſſet: atque adeo quòd in Henrico Virilis proles defeceret, ſe ad ſceptrum Maſculo iure Iſabellâ reiectâ vocari. Concepta lite, & re in vtramque partem diſceptata definitum, non ad Ferdinandum virum, ſed ab Iſabellam fœminam Regnum ſpectare. Eaque ſententia docuit, fœminas proprio in Hiſpaniæ Regno iure ſuccedere. Cui non mediocre momentum addit Excellentis Dominæ Ioannæ, quam Beltraneiam vocant, nota calamitas. Nec enim illa Regni eſt hæreditate excluſa, niſi quòd ex alieno thoro procreata diceretur, ac proinde ſuppoſita Henrico, non nata. Qua vel impoſtura, vel prætextu ea fuit repudiata. Vnde conſtat, ſi Henrici filia comperta eſſet, procul dubio regnaturam.

Mariana. Illeſc. Zurita.

Reſcendins. Chron Alph. LuſitReg. V. Vaſconcel. Sammartha. Caſſanus. Faria.

Iacto huiuſmodi principio, liquidò apparet, maiorem natu filiam minori eſſe præferendam, atque adeo ſtirpem, quæ ex maiori ducitur, ductæ ex minori debere præferri. Et quemadmodum comparatum eſt, vt cùm multi ſunt filij, ſinguli ſuas lineas forment, quæ ſecundum ætatis prærogatiuam aliæ aliis præcedant, vt primogeniti prima ſit, Secundò geniti ſecunda, tertij tertia, continuato deinceps ordine, ita in fœminis, & earum ſtirpibus eadem ratio tenenda, quam celebrant Iuriſconſulti Bald. in l. cum antiquioribus n. 11. vers. nono. C. d. iure liber. Paul. Tons. 164. n. 4. & 5. lib. 2. Tiraquel. d. iure primogeniorum q. 4. n. 73, Aluar. lib. 2. cap. 3. §. 3. n. vlt. Molina d. primogeniis lib. 3. cap. 6. n. 31. Pelaez d. maiorat. 2. p. 47. n. 13. poſt Nellum, quem communiter citant, & Guttier. libro ſecundo Canoni. quæſti. cap. 14. n. 51. vers. quinta regula.

Vide. Docto. Conimbr. in l. de iure ſnc & Velaſcum. de eodẽ argu. Baldus. Paulus. Tiraquel. [illegible]icat. Molina. Pelaez. Guttiarrez.

Qua ex doctrina manifeſte ſequitur Blancam Berangariæ, & illius ſtirpem ſtirpi huius eſſe præferendam. Quod ipſum illuſtro domeſtico ex Hiſpania ſumpto exemplo. Catholicis Regibus Ferdinando, & Iſabellæ prole virili deſtitutis filiæ tantum erant, quarum natu maior Iſabella Emmanueli Luſitaniæ Regi nupta, Regni ad ſe ſucceſſionem traxit. Itaque eius filius Michaël infans, Toleti magnis Comitiis totius Hiſpaniæ Princeps Sacramento ei dicto recognitus, & ſalutatus, atque Iſabellæ coniugis beneficio Emmanueli Hiſpaniæ adminiſtratio, ſi Catholici Reges interim deficerent, adiudicata. Verùm paulo poſt Iſabellâ, ac eius deinceps vnicâ prole extinctâ, ad alteram, quæ natu ſecunda erat filia, Ioannam Philippo I. Maximiliani filio locatam, Regnum trãſiit: nouo in ea iure exorto, quo deinde Imperator Carolus, mox Philippus Secundus, ac poſt eum Tertius; ac demùm qui modo regnat Quartus, Imperium adminiſtrarunt. Nec locus fuit Mariæ Tertiæ filiæ Regum Catholicorum, aut eius Clariſſimæ ſtirpi in Regnum ſuccedendi, quod ſecundâ currente lineâ, tertiæ quam Maria inſtituerat, ius non erat.

Hiſt. Hiſpan. Chron Luſit. Vaſconcel. Faria. Souſa.

Hiſt. Hiſpan. Cabrera.

Hiſt. Luſitan.

Reſpondeant nunc Hiſpani, quo iure potuit Blanca natu maior filia

præteriri? & adſciſci natu minor Berengaria, nam quòd fœmina hæc eſſet, illa vt fœmina excludi non potuit, & quòd illa naru maior, præponi debuit.

§.

Nihil ab Hiſpanis contrà obiici poſſe monſtratur.

Ioan. Marid. DVo ſunt, quæ opponere aduerſarij poſſunt, quæ adduxit Mariana proximè citatus, libro 12. cap. 7. Alterum horror externi Principatus, alrerum timor ſeditionum. Sed hæc ſunt inania ludificandi iuris cauſa excogitata. Nam quòd attinet ad primum, cum fœminæ ſuccedendi ius habent, externis Principibus locus darur. Quæ ſanè cauſa Galliam mouit, ex lege Salica fœminas excludere, ne cum iis peregrini Principes interuentu coniugij admitterentur. Itaque horrere non debuerunt Hiſpani, quod lege permiſerunt. (Æmil.)

At dicent Ludouicum IX. Blancæ filium Galliæ Regem, ſi regnaret duobus ampliſſimis Regnis parem vix fore, quod ſi foret minoris Regnum Hiſpanicum, quàm Gallicum eſſe facturum: nec id pro gentis indole Hiſpanos eſſe laturos. Hoc tamen facilè refutatur, obiecto Philippo Primo Auſtriaco, & Carolo Quinro Imperatore, quos & externos, & potentiſſimos Principes tulerunt. An non erat alienus Philippus Belga Rex Primus? Non erat externus Carolus Gandauenſis Rex & Imperaror? Vtrique ſane ab Hiſpanis peregrinitas exprobrata. Quemnam magis, quæſo, horrerent Hiſpani, quàm Emmanuelem Luſitanum, quâ certè genre nullam acerbiore odio inſectanrur, nec illum tamen adminiſtratorem Regni, nec Michaëlem eius filium Principem habere formidarunt. Quid igitur horrorem cauſantur, eoque abutuntur ad Gallum Regem ſolio extrudendum? Non ne erat potentiſſimus, & alieniſſimus ab Anglia Philippus Hiſpaniæ Rex II. cum Mariam Henrici ex iuſta vxore filiam Angliæ Reginam vxorem duxit, Regnumque Anglicum ad ſe traxit, & multò ampliori Hiſpaniæ Regno commiſit? Minùs ne periculi erat Hiſpaniam Imperio adiungere, ſecundas non primas apud Imperatorem Carolum habituram, quàm Galliæ adjicere in poteſtate Sanctiſſimi Regis ex æquo imperaturam? Quid? quod fieri potuit, vt idem Rex Ludouicus Hiſpaniam à ſe dimitteret, eamque vni ex fratribus, aut conſobrinis legaret; vt deinceps ſeparata conſiſteret. Quod mihi facile perſuaſerim fore, qui ſciam Galliæ Reges noluiſſe latiùs imperare, & quoties ampliſſimum imperium obtigit, illud in partes diuiſiſſe, maioremque ſemper rationem Gallici Regni, quàm cæterorum, (nec imperium excipio) Principatuum habuiſſe. Itaque vanus iſte horror Hiſpanorum nihil certè ad cauſam facit. (Chron. Hiſp. & Luſitan. Damian. Goes. Hiſt. Anglic. Cabrera. Paul Æmil. Torſel. Spondan.)

Iam vero alrerum, quod timori eſſe poterat motus ciuilis, prætextus eſt inſigni dolo quæſitus. Si huiuſmodi titulus ſatis eſt ad ius infringendum, nec licet Principi hæreditarium Regnum propter futuros motus capeſſere, quorſum Hiſpani Neapolim, & Siciliam, Mediolanumque in

quibus non modo turbas & motus excitatum, ſed & rapinas & ſtupra, & cædes factum iri prævidebant, vel dubio iure occuparunt? Cur Ferdinando Luſitano mortuo, Ioannem Principem Petri Regis, & Agnetis Caſtriæ filium in vincula coniecerunt, quod magnas in tota Luſitania turbas conciuit, cùm vincti Principis miſeranda effigies toto circumlata Regno, lachrymas omnibus excuteret, & iracundiæ faces admoueret? Cur armati in Luſitaniam irruperunt, & Ioannem Fortiſſimum Principem Regni columen, patriæ parentem, iuſtis Comitiis Conimbricæ hæredem Regni declaratum, de Regio ſolio vi detrudere tentarunt. Nec ſeditiones, & turbas, quæ in Luſitaniâ futuræ erant, magnoperè curarunt: imo nec imminentem ſibi infamem Aliubarrotæ cladem præſenſerunt. H. ſt. Hiſpan. Zurita. Faria. Hiſtor Luſit. Chron. Ioan. I.

Vix tu alios turbulentiores in hiſtoriis motus reperias, quàm quos in Hiſpania Carolo quinto Rege peſtiferæ illæ Communitates excitarunt. Nec ob illos tamen aut Sceptrum Carolus depoſuit, aut illi eſt à populis imperium abrogatum. Pudeat itaque Marianam, tam futiles & inanes ad Gallicum ius infringendum cauſas adduxiſſe. Sed illud eſt Hiſpanorum ingenium: vt cùm ab iis imperandum, iniuriam in ius torqueant, cum iis imperandum, ius ipſum in iniuriam vertant. Chron. Hiſp.

Et verò vt Marianæ par pari referam, nobilem ei è Sociis Authorem oppono: cuius cum mordeat teſtimonium, Horatium Turſellinum, qui in rem noſtram ſcribit, ciuilium motuum Gallorum tempore, cùm diuiſum in factiones Regnum fluctuaret, de illo occupando agitaſſe Philippum Hiſpaniæ Regem II. oblatâ in matrimonium, cuilibet Gallicæ gentis Principi, filiâ, Salicâ lege contemptui habitâ. Quò & turbas vehementius auxit, & Gallorum Principum animos alieniores reddidit. Quid ergo tum agebat Philippus iuris diuini, humanique contemptor? Sanè non ea religione mouebatur, quam Mariana Hiſpanorum animos inſeſſiſſe refert, ne Gallum Regem iure vocante in Hiſpaniam admitterent: cum Philippus Hiſpanus, ſpreto iure Galliæ, Regnum inuadere moliretur.

Ac ne me quiſquam, aut impudentiæ, aut perfidiæ arguat: ipſius Turſellini teſtimonium transferre placet, illudque Marianæ obiicere. *Sic igitur ille Epit. lib.* 10. *in fine. In Francia Comitia de nouo Rege creando, haud feliciter habita. Dum Rex Catholicus ad filiam, quam daturus erat in matrimonium nouo Regi, Regnum Franciæ contra legem Salicam trahit, re infecta diſceſſum eſt, procerum pleriſque alienatis.* Turſellinus.

Sentiebat nimirùm Turſellinus, hoc aſtu Philippum intercipere Regnum velle; ac idcirco legis Salicæ meminit, cui nihil derogaret Philippus, ſi iuſto Regij ſanguinis Principi filiam nuptui daret. Quare cum contra legem Salicam Turſellinus feciſſe dixit, ſatis ſignificauit tentaſſe Philippum ea ratione Regnum ad ſe trahere, & Gallis adimere. Idque haud obſcurè euentus declarauit, vt enim addit Turſellinus. *Et Nauarrus ſe Catholicum profeſſus, adeo permouit Francicam nobilitatem, vt Rex Franciæ ſalutaretur.* Auila. Turſellinus.

Hiſt. Gallica. Nec eâ tantum coniecturâ nitor. Idoneos teſtes habeo huiuſce Philippi cupiditatis, qui ſcribunt Philippum illâ ciuilis bellis occaſione vſum ad coronam obrepere voluiſſe: ac eò tectiùs, quòd ſpecie tuendæ religionis bellum hoſtibus inferebat. Sed non fefellit Gallorum prudentiſſimos, qui rem ſubodorati, libertati patriæ conſuluerunt.

His opinor effectum, vt nullum Hiſpanis effugium pateat: atque adeo fateri cogantur contra ius, faſque excluſam Blancam, admiſſam Berengariam, cum illa ætatis prærogatiuâ eſſet præferenda. Et quò grauior eſſet iniuria, pietatem quoque Hiſpani proculcarunt: cùm Blanca religioſiſſima fœmina omni virtutum laude excelleret eiuſque filius Ludouicus ſanctiſſimus is fuerit, vt Diuorum poſteà numerum altaribus auxerit. Quanquam ij vt hanc notam aboleant, non dubitent Berengariam ſanctam fœminam appellare.

Vnum adhuc ſupereſt, & quidem validū argumentū, quòd nulla ratione Caſſanus. poſſit meo iudicio refutari. Id magna vi vrgent Gallici Authores: ac ex Sammarth. duobus teſtamentis conflatur. Altero, Henrici Fratris Blancæ, ac Beren-Aſſert. Gallic. gariæ; altero Alphonſi Patris Henrici, & Blancæ, iiſque litteris à proceribus Regni in fidem datis, & in obſequium ſubſcriptis, magno numero confirmatis. Quorum exemplaria in Archiuis Regiis aſſeruari nobiliſſimi Galli Authores, qui ſuper eâ ſcribunt controuerſiâ, vnanimi conſenſu affirmant. Vno eorum conſtat ab Henrico Blancam ſororem natu maximam, & poſt illam Ludouicum nonum eius filium ad Coronam Hiſpanicam vocatum: idque Procerum litteræ obſides, ac pignora animorum, & obſequij indices confirmant. Quippe quæ argumenta præ-Threſor des ſtitæ Fidei, & Sacramenti dicti contineant. Altero Teſtamento Alphōſi, titres de France. hærede inſtituto ac declarato Regni Henrico Filio, cautum vt eo fine liberis mortuo Blanca, & illius poſteri Regnum hæreditate obtineant. Idque multis litterarum Procerum Hiſpaniæ exemplis comprobatur. Sane id ego mihi perſuaſerim, non aliâ de cauſa Ferdinandum Primoge-Nang. nitum Alphonſi Ferdinandi Berengariæ filij nepotem, Blancam Franci-Maria. cam Principem Sancti Ludouici filiam vxorem duxiſſe, niſi vt con-Layette. ſcientiæ Regum Hiſpaniæ eo connubio conſuleretur: etſi enim iuri Regio maſculo detrahere non poſſent; cum nollent Regibus Galliæ Regnum tradere, ea ratione volebant retinere, quæ honeſtatis ſpeciem exhiberet: & aliqua ex parte ius Gallicum conſeruaret.

Mariana. Cuius tanta vis fuit, vt Rex Alphonſus Sapiēs, poſterioribus tabulis, ex-Sammarth. Aſſert. Gallic. cluſo Sancio filio, vocatis nepotibus Cerdis, Blancæ Franciçæ filiis, ceu eâ lineâ duci coronam vellet, ac in iis potius maternū ſanguinē, quàm virilē reſpiceret, iis Philippum Galliæ Regem Patruum ſubſtituerit, atque ad illum Regnum Hiſpaniç ſpectare docuerit: ac id ipſum in tabulis ex-Caſſanus. preſſū reliquerit. Quæ hic ego argumenta in neruos cōtraxi, quòd ea video à Caſſano, & Dominicio, aliiſque ſcriptoribus Gallicis latius, & latinioſius explicata. Mirari non deſino Caſtellanorum authorum, vel fiduciam, vel ineptias, propè eram, vt dicerem impudentiam: qui Chifflet. in vindic. c. 12. rei tam perſpicuæ tenebras audent offundere & putant, poſſe hiſce præ-

ſtigiis

ſtigiis ſe clariſſimis Gallici iuris luminibus officere. Chiffletio non poſſu non vehementer indignari, tum quòd Vrracam Luſitaniæ Reginam natu Blanca maiorem faciat, vt eam longiùs à iure remoueat, cùm Vrracam Luſitani qui accepimus, natu tertiam poſt Berengariam fuiſſe ſciamus; tum quòd Authores Hiſpanos, ac exteros, qui Blancæ prærogatiuam ætatis concedunt nullos omnino adduxit; tum quòd cum frigidiſſimè Hiſpanici Regis cauſam egiſſet, atque adeo penè præuaricatus videretur, ſic inſultat, perinde ac viciſſet, & triumphaſſet.

Hæc ſunt, quæ pro Gallorum ad Hiſpaniæ Regnum iure, vſui eſſe poſſunt Theologis, ac Iuriſprudentibus argumenta: quæ niſi fallor, rem prorſùs conficiunt. Nec dubitem, quin Regibus Chriſtianiſsimis perſuadeam, vt Regnum duplicato iuris titulo ſibi debitum vendicent. Et quanquàm antiquiora ſint iura, nihil eis diuturnitate temporis detractum. Ac ne præſcriptionis titulum Hiſpani obtendant: eorum maximè Authores faciunt, qui Regnum vllo vnquam tempore præſcribi poſſe negant: eoque confirmant Philippum Secundum poſt quingentos fermè annos Luſitaniam iure intiquo occupare potuiſſe, cuiuſmodi eſt Pelaez d. maioratibus 4. p. 41. & huius æui infeliciſſimus Author Caramuel, qui nitidam hanc tot aureis ſcriptoribus ætatem ferreo ſcribendi genere inquinauit. Pelaez. Caram. in ſuo Philippo.

Quod ſi præſcribi poſſe, vt ſunt in rem ſuam verſatiles, concedant, proindeque præſcripſiſſe aduerſus Gallos longinqui ſe temporis poſſeſſione dicant: id certè negare non poterunt malæ fidei poſſeſſores fuiſſe, nam qui docti, & eſſe, & videri volunt, annalium ſuorum monumenta, & quæ ex iis ego argumenta deſumpſi, quibus tam probabile ius redditur Gallicum, ignorare certè non potuerunt.

QVÆSTIO SECVNDA.

DE IVRE AD REGNVM Neapolitanum.

CAPVT PRIMVM.

Regum, ac Principum Neapolitani Regni poſſeſſorum ſerie, ex annalium monumentis fideliter propoſitâ, fundamenta iuris iaciuntur.

QVEMADMODVM Neapolitano Regno, ſitu, anguſto licèt diuiſa freto, proximè adhærens, & penè continens adiuncta Sicilia, ita iuris ei quodam quaſi vinculo copulatur; vt qui Neapolitanum Regnum poſſideat, Siciliam quoque ad ſe veluti appendicem trahat. Et ne vlla ratione diſiungantur, nomine quoque vinciuntur. Cum non ſola inſula Sicilia, ſed & ipſum in continenti ſitum Regnum, Sicilia item nuncupetur; atque adeo qui in vtroque dominetur, Rex is vtriuſque Siciliæ dicatur. Faſellus. Blond. Sigon. Volaterran.

Non eſt meum dicere de natura, de ſitu, de temperie, de fœcunditate regionis, de antiquitate, de nobilitate, de legibus Regni: nec de frequentia, de commercio, de cultu, de ingenio, de incolis, de moribus incolarum, commemorare: illud ſatis ſit obiter dicere, in pulcherrimo illo principis Italiæ corpore, alias alia eius membra, prouincias conſtituere: oculos certè ſibi Neapolim, & Siciliam vendicare. Atque vt hi reliquis humani corporis partibus antecellunt, ita geminæ prouinciæ cæteris Italiæ regionibus prꝗſtare videntur. Illud ſanè præſtantiæ argumento ſit, quòd qui in Italiâ maximè dominari principes voluerunt, ij nullius, ſi Mediolanum excipias, prouinciæ occupandæ ſtudioſiores fuerint, quàm Neapolitanæ. Vt de ea, tanquam ſpecioſiſſima, & ornatiſſima ſponſa Proci, ducendâ, imo & rapiendâ dimicarint. Quos inter Andegauenſes, & Aragonenſes, quæ noſtra quæſtio eſt, ac illorum imitatione Galli, & Hiſpani Reges ducentos fermè annos acerrimè decertarunt. Vtri iure? id inquirimus. Atque vt à capite ordiamur. Conſtat vtramque illam regionem Pontifici æditionis eſſe: antiquiſſimo iure, iam inde à Pipini, & Caroli Magni temporibus, qui liberatâ magna ex parte è barbarorum, ac tyrannorum manibus Italiâ, Eccleſiæ patrimonium his, & aliis pro- Paul. Iouius. Guicciardin. Spondan. Turſellin. Æginhart. Paul. Æmil. Marc. Anton. Sabel. Baronius. Plat. Illeſc. Ciacon.

uinciis locupletarunt. Quod Ludouicus item Pius ampliſſimâ donatione confirmauit. Nec donationis tantùm iure, ſed vendicationis Regnum illud Pontifices poteſtatis ſuæ fecerunt. Nam cùm infuſa in Italiam Maurorum importuna multitudo totam eam regionem, & circumiecta Romæ oppida occupaſſet, Ioannes Decimus magni animi Pontifex, ſtolâ in Paludamentum, tyarâ in galeam, baculo in gladium verſo, infulatus Imperator iuſtis coactis copiis non repreſſit modò, ſed acie vicit, tota penè Italia expulit, Regnumque vtriuſque Siciliæ vendicauit: & quod alieno beneficio Eccleſia acceperat, propriâ virtute receperauit. Author. Hiſt. Pontif.

Hinc fons iuris: à quo deinceps Feudi titulus deductus manauit. Vt quem Pontifex inſtitueret, is demùm, ſed lege Feudi Rex eſſet; atque adeò Dominum Pontificem recognoſceret, eique obnoxium certa ſe penſione profiteretur. Et quidem non tulerunt hanc ſupremam Pontificatus poteſtatem Principes quidam. Et paulatim aut irrepſerunt frauda, aut vi ſe intulerunt. Donec Rogerius prætextu abſentiæ Guillelmi conſobrini ſui, qui Conſtantinopolim contrahendi cum filia Caloioannis Imperatoris matrimonij cauſa abierat, ſpreta Calliſti Pontificis cuius interim fidei commiſſum erat, autoritate occupauit: nec id modò, ſed & feudi legem rupit, & ſe penſionis onere exemit. Et quanquã Calliſtus ipſe, & poſteà Innocentius Secundus eum & anathematis, & belli fulmine ferirent: Rogerius tamẽ illorum contemptor; & horum, etſi varia tandem fortuna, victor; regnum iniuſtè occupatũ obſtinatè retinuit, donec Innocentius neceſſitate adactus ei regnum detulit lege feudi renouata. Quam poſteà ritè Rogerius ſeruauit; atque vti iuſto regnum titulo poſſidere cœpit, ita & Eccleſiam piè & religioſè defendit. Iidem. Auth. Brit. Luſit. in Chron. Ciſt. Spondan.

Rogerio Guillielmus filius: huic alter Guillielmus cognominis pater ni ſucceſsit. Quo mortuo Tancredus adulterinus illius frater irrupit. Atque vt fraudulenter occupauit, ita & iniuſtè adminiſtrauit. Quare in eum à Celeſtino Tertio incitatus Henricus Imperator eius nominis VI. in Italiam armatus venit, & regnum eius nepoti Guillielmo ademit, & ad ſe, Pontifice annuente, tranſtulit. Nec diu apud Imperatores fuit. Manfredus quippe nothus Federici II. Filius Tarenti princeps, extincto per ſummũ ſcelus patre, fratreque Conrado vſurpauit. Et quanquam ſe Pontifices, & Conradinus legitimus hæres ſtrenuè opponerent: nihilominus quod vi extorſerat armis defendit. Imò coniunctis primũ cùm Eceulino immaniſsimo tyranno, & mox cum Guidone Nouello ſtudiis, & copiis, Romanos ipſos Pontifices bello aggreſſus, Eccleſiam magnopere turbauit. Qua propter Vrbanus Quartus ad Chriſtianiſsimum Galliæ Regem (is tunc erat Diuus Ludouicus) confugit: enixè orans Ducem aliquem è proceribus eligeret, quem cùm in Italiam parem Manfredo deſtinaret, ipſe Regem Neapolis Pontifex inſtitueret; qui tyrannum imperio exueret, & præſidijs nudaret, Regnum aſſereret, & Eccleſiam propugnaret. Deſignato Andegauenſi Duce, Prouinciæ Comite, Regis ipſius Fratre, Carolo; dum expe- Hiſt. Imper. & Pontific. Spondan. Paul. Æmil. Sammarth. Caſſau Illeſc.

ditio adornaretur Pontifex deceſſit; Nec ideò tamen deſtitum. Nam qui ei ſucceſsit Clemens Quartus non ratam ſolum Caroli electionem habuit, verùm etiam Romanæ illi vrbis præfecturam detulit, Regemque inaugurauit; ſtatimque Gallico ardore, ſuſcepto aduerſus hoſtem bello, celeberrimâ eum ad Beneuentum pugnâ ſuperauit, & interfecit, Regnumque obtinuit. Quod paulo poſt fuſo ad Fucinum lacum, & Neapoli extincto Conradino confirmauit. Nec diu pacificè poſſedit, inſerente ſe quaſi è tranſuerſo Aragoniæ Rege Petro Manfredi genero, qui hoc ſe nomine Neapolitani Regni hæredem iactabat. Et quidem hic Siciliâ occupatâ partem Regni ad ſe tranſtulit, ac Neapoli inhiare cœpit. Eo tamen ſublato diſciſſum Regnum: Sicilia penes Iaymium Petri Aragonij natu ſecundum filium: Neapolis penes Carolum Caroli Andegauenſis primògenitum manſit. Sed intercedente Bonifacio Pontifice Aragoniis, & in Iaymium iam tum Aragoniæ Regem fulminante, Regnum Siciliæ Carolo adiudicatum. Nec tamen quidquam profectum: nam ſubitò ſe in Siciliam Federicus Iaymij Frater intruſit, & Carolo obiecit. Quamobrem ei à Pontifice ſacris interdictum, & motum ac illatum à Carolo, & Iaymio bellum acerrimum. Quod eâ tandem lege compoſitum, vt Federicus dum viueret, regnaret. Mortuo Regnum ad Carolum, & nepotes tranſiret.

Carolus huius nominis Secundus, primi filius regnum iniit, & poſt eum filius Robertus, qui Auenione Clementi V. aderat, Regnum accepit. Hic quòd nullo ſuperſtite filio decedebat, vnicæ nepti Ioannæ Caroli Principis filiæ, Regnum reliquit; ea lege vt Andreæ, ſiue Andreaſſo conſobrino, Ludouici Hungariæ Regis fratri, & Caroli filio nuberet. At illa coniugem non virum experta è medio ſuſtulit, & Ludouicum Tarentini Principis filium in thorum aſciuit. Hinc bellum inter eos, & Ludouicum Hungariæ Regem atrox exortum: quo bello victi, & Regno ſpoliati ad Clementem VI. confugerunt: à quo id inſtitutum, vt Regnum ad eos rediret, & ſola Ioanna regio titulo frueretur. Non tulit ingentis animi femina, vt qui thalami conſors erat, ſceptri exors fieret. Itaque ab eodem Pontifice, paulo pòſt, coniugi Regis titulum impetrauit: quem egregiè rependit donato ne, an vendito Auenionenſi principatu, quo deinceps Pontifices ſunt potiti. Sed ecce quo gaudebat titulo aliquot poſt annis ab Vrbano V. in pœnam Schiſmatis, quòd ea in partibus Clementis VII. Antipapæ eſſet, ſpoliata: Regnumque Carolo Caroli Dyrrachini filio, Regnum donatum. Hic arma iuri addidit, & victam Ioannam Regno, & vita priuauit; à qua hæres Ludouicus Andegauenſis Princeps inſtitutus. Hic magnis copiis ingreſſus Italiam, cum terrore cuncta compleſſet, breui deceſſit, haud dubiâ Caroli felicitate, qui eius nominis tertius fuit. Hunc ad Poloniæ ſceptrum euocatum, mors illata ſuſtulit: relictis Ladiſlao, & Ioanna liberis, è quibus Ladiſlaus primùm; deinde Ioanna regnauit.

Ladiſlao Regnum Bonifacius VI. ratū fecit, & ex aduerſo Ludouicum

Margin notes: Spondan. — Zurita. Mariana. — Illeſcas. — Spondan. — Caſſanus. Blond. Pandulph. Mariana. — Spondan. Caſſan. — Illeſc. — Platin. Genebr. — Onuphr. Illeſcas. Spondan. Bonfin. — Maria. Bonfin. Illeſc. Dubrau. Spondan. Onuphr.

Andegauenſem Clemẽs VII. pſeudoPõtifex Regẽ inſtituit, qui in Piſano rurſùm concilio ab Alexandro V. ibi Papa creato (quiſquis hic tandem fuerit) inauguratus, & poſteà à Ioanne dubio Pontifice confirmatus, Ladiſlao bellum intulit, & magnis prælijs fractum ad pacem petẽdam compulit. Non tamen ei Regnum ademptum: quo cùm, licèt fremente Ioãne XXIII. & Sigiſmundo Imperatore potiretur, fato functus eſt, nulla poſt ſe prole relicta. Huic igitur Ioanna ſoror ſucceſſit. Sed obnitente ac intercedente Ludouico Andegauenſi Martinus V. Pontifex Romæ declarauit Regnum ad Ludouicum pertinere, eumque Regem palàm initiauit. Quo irritata, & bello inſuper preſſa Ioanna Alphonſum Aragonium in auxilium vocauit, ac vt ampliſſimo præmio inuitaret, eum in filium adoptauit, & ſpe aluit Regiæ hæreditatis. Nec Alphonſus recuſauit, Reginæ, regnique defenſione ſuſcepta. Sed non diu inter eos pax fuit. Malè ſarta fœdera breui, muliebri variante ingenio, reſciſſa. Igitur Ioãna Alphonſo infenſa Ludouicum Andegauenſem eo repudiato, filium ſubſtituit, eique Regnum hæreditate deſtinauit. Ac vt firmius ius Ludouici eſſet, Alphonſi adoptionem Martinus V. reuocauit, & Ludouici ratam habuit. Potentiorem tamen ſe armis Aragonius oſtendit, & vltrà leges, faſque proiectus bellum Ioannæ, Martino ſchiſma concitauit. Cuius is demùm turbinis exitus fuit, vt Ioannæ Regnum adimeretur, & Alphonſo ab afflictiſſimo Pontifice donaretur: referente gratiam Aragonio: nam eius opera Clemens pſeudoPontifex ad Martini ſe pedes abiecit, & graui ſchiſmatis onere Eccleſiam leuauit.

Pandulph. Illeſc. Panddlph. Marian. Spondan. Pandulph. Spondan. Illeſc. Til. Illeſcas.

§.

Morte Ioannæ Reginæ redintegrata cum noua lite bella. Nam ea moriens hæredem Renatum Ludouici fratrem teſtamento reliquit. Occaſione exorientis inter eum, & Alphonſum diſſidij, præſertim vacante, Ioanna è medio ſublatâ, Regno, dominij iure vti voluit Eugenius IV. & arbitrij ſui regnum facere, ac de nouo feudum inſtituere. Sed iuri, vti mos eſt, arma obſtrepuerunt. Ambiguus mars litem ſuſpendit. Varia & anceps fortuna competitorum. Ac primùm Renati vxor Iſabella, fauente, ac nitente Eugenio, biennium Regina fuit, quòd Renatus coniux in vinculis detinebatur. Sed poſteà recrudeſcente, educto è cuſtodia coniuge, bello, & alternante alea, Victor Alphonſus Regno eſt potitus. Renatus pulſus in Galliam redijt. Alphonſus Calixto III. Pontifice decedẽs, Regni Neapolitani Ferdinandum filium nothum, hæredem inſtituit. Quod pręter leges factum, indignatus Calixtus Ferdinandum perculſum anathemate Regno indignum pronuntiauit. Ac niſi mors interceſſiſſet, non deſtiturus, donec ſpoliaret, videbatur. Qui ei ſucceſſit Pius II. maluit Ferdinandum in poſſeſſione conſeruare, quam aut ſibi regnum vendicare, aut Renato adiudicare. Nec vero minitantem arma Carolum VII. Gallorum Regem Renato, & filio Ioanni ſtudentem formidauit. Exorto deinde inter Ioannem, & Ferdinandum bello: prima Ioanni arriſit fortuna; ſed illuſit poſtrema. Ergo victus palmam, & ſceptrum Alphonſo victori reliquit. Moriens tamen poſteà Ludouicum XI. Galliæ Regem hæredem inſtituit: qui alijs diſtentus curis minùs de

Platina. Mariana. Spondan. Turſell. Paudulph. Aemilius. Sabellic. Leand. Marian. Pandulph. Spondan. Taraf. Aemyl. Illeſc. in vita. Paul. Aemyl. Pandulph. Garin.

Neapoli cogitauit. Sed quòd ille egit remiſſiùs, ardentiùs Carolus VIII. ferox ingenio, potens viribus, florens opibus Rex in hanc expeditionem incubuit. Cuius in Italiam irruptio, & in Neapolitanum Regnũ inuaſio, & perpetua in continuatis prælijs fælicitas, vti fulminis inſtar omnes perterruit, ita demùm ardor refrixit, & virtus elanguit. Adeò quæ breui ceperat, citò amiſit. Interim tamen & Ferdinandum ſenem, vel aduentus ſui famâ exanimauit; & Alphonſum terroris impleuit, & ante aciem victum compulit Regnum Ferdinando filio tradere, & in Sicilia receſſum, vbi lateret, quærere. Et quamquam Alexander VI eundem Alphonſum Regem legitimum renunciaret, arma Carolus opponens, Ferdinando Iſclam compulſo, Regnum vi occupauit.

Paul Iouin. Hiſt. lib. 1. 2. 3. Guicciard. l. 1. Illeſc. Aemyl. Spondan. Mariana. Commin.

Iuratis tamen aduerſus Carolum vniuerſis fermè Europæ Principibus animus additus Ferdinando: & nactus reuertentis in Galliam Caroli occaſionem, iuſtis conflatis copijs amiſſum Regnum recuperauit. Breui extincto Patruus Federicus ſucceſſit? contra quem Carolus bellum inſtaurauit. Inceptum mors inopinata abrupit. Qui poſt eum regnauit Ludouicus XII. is inito cum Ferdinando Catholico fœdere Regnum Neapolitanum Federico adimere, & ademptum eodem cum Ferdinãdo partiri ſtatuit. Lex partiendi ea fuit, vt Neapolis & reliquum regni, excepta Appulia, & Calabria, Ludouico cederet. Hæ, & Sicilia Ferdinando obuenirent. Vti pactum eſt bellum, ita geſtum. Spoliatus Regno Federicus cum ad alterum confugiendum eſſet, maluit Ludouico ſe, quàm Ferdinando credere. Filius Ferdinandus contrà Tarento eiectus, Hiſpano ſe non Gallo permiſit. Vterque priuatus deinceps, at ſplendidus infra Regem vixit. Reſtabat diuidi ex fœdere Regnum: ſuſtulit æquitatem cupiditas. Ex cupiditate lis, ex lite bellum ſatum. Quod ſumma contentione geſtum. Euentus is fuit: quem mira virtus ac inſignis militaris ſcientia Gonzalli Ferdinandi cognomento Magni, pepererunt. Hic enim victis, fractiſque Gallis Regnum ſolidum Hiſpanici iuris fecit. Atque id Ferdinandus, & poſt eum Carolus V. Imperator poſſedit. Sed non ideò non tentatum ſæpè, ac turbatum. Nam Regi Franciſco huius nominis I. Mediolano capto Liuianus clariſſimus Venetorum Dux perſuadere voluit, vt Neapolitanum Regnum poſtliminij iure armis vendicaret: quod poſteà Mediolano amiſſo, ingenti eo miſſo exercitu, Duce Albanio tentauit: & ſanè occupaſſet, niſi quæ Regem Clariſſimum apud Ticinum, eundem in Neapolitano Regno Ducem Albanium aduerſa fortuna perculiſſet. Quid? quòd præſtantiſſimus ætatis ſuæ (vt & hoc dicam obiter) Imperator Piſcarius, eo fuit Regno quaſi præmio, à Pontifice Clemente VII. & cunctis fermè Italiæ Principibus Moroni operâ inuitatus. Quo liquidò demonſtratur Neapolitanum Regnum ad Hiſpanos Principes, qui illud tunc adminiſtrabant, nequaquam pertinere.

Tili. Spondan. Iidem Authores. Guicciard. Tili. Mariana. Iouius. Caſſan. Sammarth. Guicciard. Spondan. Iouius. Spondan.

Verùm ea fuit celeberrima, quæ pænè extrema ſuſcepta, in hoc Regnũ à Gallis expeditio. Cum Franciſco Rege Valdemontius Andegauenſium Ducum ſucceſſor cum expugnatore vrbium Lotrechio ingentibus copijs, & magno bellicarum rerum apparatu in Italiam venit. Nam Clemente VII. per ſummam iniuriam à Cæſarianis oppreſſo, & in Mole

Iouius l. 24. Guicciard.

Adriani(ea vulgò Arx Sancti Angeli) arctiſſima obſidione cincto Fráciſcus Rex in primis Chriſtianiſſimus expeditionem illam pulcherrimam, ſuſceptâ illius cùm liberandi, tùm vindicandi prouinciâ adornauit. Et haud dubiè Pontificis conſenſu Valdemontium, ad quem auito iure Neapolitanum Regnum pertinere videbatur, ſocium adiunxit, vt liberato Pontifice Clemente, Regnum armis Lotrechij recuperaret. Et quidem reliqua parte occupata, in Neapolim pôdus verſum eſt belli. Qua obſeſſâ & penè in poteſtatem redactâ in exercitum Gallorum tanta morborum vis incubuit, vt quem arma non fregerant, graſſantis mali lues abſumpſerit, atque adeò morte Valdemontij, & ipſius Imperatoris Lotrechij, ſoluta obſidio, diſſipatæ copiæ, Regnum reſtitutum. Philippus II. Caroli filius, ac hæres idem Regnum tenuit: nec ille tamen ſine turbine, & quidem grauiſſimo. Nam in eum Paulus Pontifex IV. anathema dixit, & titulo Regni priuauit. Nec defuit Pontificis ſtudijs Henricus II. Chriſtianiſſimus Galliæ Rex ſpe lactatus Neapolis, & Siciliæ recuperandæ: atque eo animo Guiſienſem Ducem Paulo ſuppetias miſit, & Philippum per legatos monuit Regno ſe abdicaret: & Pontifici annueret: imo quod renuit, Regnumque retinuit bellum ei mouit, & Belgium armis concuſſit. Spondan. Sammarth. Iouius. Illeſc.

Nec deinceps ſuper eo Regno, aut litem intentatam, aut bellum excitatum à Gallorum Regibus comperimus: quòd ea temporum calamitas in Galliam incubuerit, vt partim acerba morte præuentis Regibus, partim hæreticis graſſantibus, partim Principibus in factiones diſtractis vix locus fuerit tuendi propria, nec dum occupandi externa. Niſi quòd Henricus Magnus fertur, quos occultè apparatus belli, quorum expectatione Europam exciuit, & Hiſpaniam perterruit, moliebatur: eos ad vendicandam Neapolim, & Mediolanum deſtinaſſe. Ac non inanis certè ſuſpicio eſt, hinc, ad inferendam ei necem, occaſionem quæſitam. Nemo tamen potuit illius mentem explorare, quod non minùs magnanimus in arduis ſuſcipiendis, quàm in coquendis, ac diſſimulandis fuiſſet. Nec dubitem quin Ludouicus Iuſtus eius filius, quâ erat animi magnitudine, receptâ Arteſiâ, pacatâ Italiâ, quaſſatâ Germaniâ, reſtitutâ Cataloniâ, adiutâ Luſitania, victis vbique ac triumphatis hoſtibus, hanc expeditionem ſuſcepiſſet, eamque quaſi cæteris bellicæ virtutis operibus coronidem impoſuiſſet: niſi eum quæ iam egregiæ famæ Heroa Cardinalem Ducem Richelium, aureum in, ferreo ſeculo caput, ſuſtulerat, mors immatura cum ingenti bonorum omnium dolore, & Reipublicæ Catholicæ damno abſtuliſſet. Quæ ſanè cauſa fuit, cur duo extremi II. & IV. Philippus Regnum pacificè poſſederint. Auila.

Atque huiuſmodi variantis poſſeſſionis viciſſitudo fuit: quam hinc indè lectis accuratiſſimè annalium monumentis collegimus, & compendio vſi ſcripſimus. Vt propoſitâ facti, quod aiunt, ſimplici narratione, de iure diſceptemus: quod iam, & exactè, opinor, præſtamus.

CAPVT SECVNDVM.

Spectato iure, Neapolitanum Regnum non ad Catholicos Hiſpaniæ, ſed ad Chriſtianiſſimos Galliæ Reges pertinere, certiſſimis argumentis demonſtratur.

FVndamenta iuris vtriuſque, Galli, & Hiſpani hactenus iecimus, dum ſeriem rei geſtæ expoſuimus. Nunc vtrũ vtri prçſtet videamus. Et quidem conſtat Gallum, iure valere, & cauſâ vincere. Id homo externus, nec odio, nec amore, nec affectu aliquo ductus affirmo. Ex facto argumenta ſumamus. Ac primùm antiquiſſimo dominij iure antecellit Gallus. Nam Pipinus eiuſque filius Carolus & aſſertores, & auctores illius Regni extiterunt: & Pontificiæ illud poſtea ditionis fecerunt. Conſtat vendicatâ è Barbarorum poteſtate Italiâ, Longobardis Inſubriam, & quidquid citra Padum eſt, reliquiſſe: cæteram Italiam Italis conceſſiſſe. Vnde hæc pars Romania, illa Lombardia appellata. Itaque Campaniam totam, & Apuliam, & Calabriam, Siciliamque exactis hoſtibus, Italis colendam, habitandamque reliquerunt: & poſteà, quo maior eſſet Pontifici maieſtas & authoritas, regiones illas Petri patrimonio adiecerunt. Itaque fons apud Gallos iuris: vnde in Pontifices deriuatum. Vti luculento teſtimonio Regiis exemplaribus Ludouici Pij Imperatoris contento, à quo illæ Prouinciæ donatæ ſunt ſollenni formulâ Pontificibus, comprobatur. Hinc titulus gratitudinis exiſtit. Quî enim ferri poſſit Regnum eius aſſertores, & auctores Galli fuerunt, iis adimi, eorumque hoſtibus Hiſpanis adiudicari? An non eſt indignum cogitatu, factuque fœdum, quo ſe ipſi in Eccleſiæ gratiam priuarunt patrimonio, illo eos ſpoliari, & alieniſſimis donari, atque ab his ipſis Pontificibus qui illud à Gallis acceperunt? Quare ſi qui eorum Hiſpanis Regibus viſi ſunt fauere, ij profectò inuiti feciſſe credendi ſunt: ne illorum, in Gallos auctores beneficij, ingratitudinem criminemur. Quàm enim eſt alienum ab æquitate, quo carere voluerunt Reges Galliæ, vt Pontifices fruerentur, eo frui Pontifices, vt Hiſpanis Regibus largirentur? Itaque Galli & dominio illarum ſe prouinciarum & vſufructu priuarunt, vt vtrũque Põtificibus donarent: Hi dominio retento, reliquum Hiſpanis legarent? Nonne Regnum ipſum gemeret, cum diuideretur, & dimidium apud Pontificem relictum doleret, quòd aliud dimidium in alienum, & hoſtem tranſiret? Non quereretur, opinor, iſtud, ſi penes Gallum remaneret; nam in ſuo conſiſteret, & manum noſſet, in qua primùm fuiſſet. Ingrati ergo animi res ipſa iniquè diuiſa Pontificem partientem arguiſſet. Quare debitæ gratitudinis iure Neapolim, & Siciliam ad Gallos pertinere compertum eſt.

At, quâ ſunt fronte Hiſpani, opponent, gratitudine ius non acquiri. Sed non negent ingratitudine amitti. Quid enim in iure cõſtantius? Adeo vt vis ipſa paterni amoris, quo nullum firmiùs eſt neceſſitudinis vinculum, filiorum

Annal. Franc. à Pipino ab an. 800.

Baron. Aemil. Illesc. Ciacon. Spondan. Turſellin.

Paul Diacon

Caſſanus.

Regino. Ado. Sigon. Berlin. Paul Diac. Mexia.

filiorum ingratitudine diſſoluatur. Exhæredari hoc nomine à parentibus liberi poſſunt. Ergo ingratitudine ius amittitur. Quòd ſi philoſophi ſunt,(& quidem ſunt acuti) Hiſpani, fateantur oportet &, gratitudine ius acquiri. Cum eadem contrariorum ſit ratio, atque adeo,ſi licet euincere ingratum ius amittere, & licèt concludere gratum ius acquirere. Sunt verò qui beneficijs ita deuinciunt,vt,etſi alieni ſint,ad hæreditatem vocentur; & domeſticis, imò & liberis præferantur. Igitur ius acquiritur,imò & tunc maximè acquiritur ,cùm amittitur ingratitudine. Quin & ius quoddam gratitudo eſt, & iure ipſo interdùm naturæ potentiùs. Nam cum filius parentis ſui naturâ hæres ſit, ſi gratus eſt, ius ipſum retinet; ſi ingratus amittit: perinde quaſi anima iuris ſit gratitudo: quâ exiſtente viuat , qua deficiente moriatur.

Vide Tiraquel.

Quorſum iſta? Eò,nequis exiſtimet Pontifices iure ſuo Gallos fraudare vnquam voluiſſe: cum ingrati erga eos eſſe minimè debuiſſent. Quod ſi alterius ſanguinis Principes Regnum illud tenuerunt , certè ij præter voluntatem Pontificum regnarunt:& vel eos prohibere non potuerunt, quin ſe intruderent. Idque iam exemplis adductis oſtendo , ac aſſumo.

§. I.

Secundùm. Iure Gallorum eſſe Neapolim: atque adeò non æquitate ſolùm gratitudinis , ſed iuris etiam virtute Regnum ad ſe trahere. Etenim non , vt alij fermè Principes , vi , dolo, & armis ſe intulerunt, fremente Pontifice: ſed vocati, eo inuitante, venerunt: vt Galli tanquam Domini in ſua, reliqui plerumque tanquam externi in aliena irruerint. Atque vt à Rogerio initium ſit. Conſtat per ſummam impietatem expulſo Guillielmo Fratre, ſpretâ fide, contempta authoritate Calixti,in Regnum irrupiſſe : illud vt conſeruaret,bellum Eccleſiæ intuliſſe , ſchiſma excitaſſe, Anacletum pſeudoPontificem obtruſiſſe , à quo inauguratus tyrannidem exercuit. Quare ter tribus in Concilijs ,Claromontano , Placentino , Piſano anathemate cum ſuo Anacleto percuſſus, & proſcriptus eſt ab Innocentio II. qui in eum Imperatorem , & Reges potentiſſimos armauit : eique vt par pari referret Reginaldum Appuliæ , & Calabriæ Ducem à Lothario inſtitutum , à ſe confirmatum obiecit , quo eum à nefario propoſito deterreret. Compreſſus ille tamen eſt , non deterritus , nam capta mortis Lotharii occaſione , rurſum ſe intulit; & Innocentium armis perſecutus acie vicit , & cepit. Itaque Pontifex coactus cum hoſte ſuo fœdus ferire , & titulum ei Regis vtriuſque Siciliæ citrà,& vltrà Pharum donare: modicâ penſione impoſitâ, ne impotenter,ac ſuperbè regnaret. En quâ ratione Rogerius Regnum obtinuit: & ſi poſtea iure tenuerit , ritè adminiſtrarit , & Pontificibus ſtrenuam operam nauarit. Miſſis Guillielmis ; qui , quo Rogerius iure , legitimè regnarunt. Mortuo Nepote Rogerij Clemens Tertius

Bernard. Britt. in vita D. Bernard. Illeſc. Ciacon. Spondan. Tutiellin. Pandulph. Baron.. Spondan. Fazelus. Platina. Mariana.

Regnum occupare decreuit. Tunc erupit Tancredus, haud du-
Blondus. Sabellicus. Pineda. biè tyrannus, nam & vi ſe intruſit, & penſione ſublatâ Pontificiam authoritatem contempſit. Quare Henrico Sexto, cui nupta Rogerij filia Conſtantia, à Cæleſtino Tertio Regnum donatum. Itaque Tancredus, & illius Nepotulus Rogerius iure ad ſceptrum omninò caruerunt.

Caſſan. Henricus, & qui poſt eum vſque ad Manfredum Regno ſunt potiti, iure fortaſſè illud omnes tenuerunt, & ſi quidam de Federico & Conra-
Sammart. do aliter exiſtiment, Manfredum nemo neſcit iniuriâ occupaſſe, & tyrannidem exercuiſſe. Quare qui primus è Gallis ab Vrbano, & Clemente vtroque Pontifice IV. vocatus eſt, is & ritè inſtitutus, & iure in ſolio locatus, Carolus eius nominis I. Hinc iuris quædam quaſi facta diuortia. A Carolo in Gallos, à Petro Aragonio Manfredi per vxorem filiam hærede, in Hiſpanos ius deriuatur. Fontes examinemus. Hinc Carolus Andegauenſis: inde Petrus Aragonius conſiſtunt. Carolus iure Pontificio. Petrus iure Manfredi gaudet. Vter iuſtior? planè Carolus. Id ne Hiſpani
Bald. ff. de Senat. quidem inficientur. Igitur qui Carolo ſuccedunt iuſti hæredes, qui Petro iniuſti. Nam non potuit riuulus (authore Baldo) purior eſſe fonte à quo manauit. Nec obijciant alio poſteà Aragonios iure nixos Regnum obtinuiſſe. Nam nunc ego id non diſputo. Tantùm mihi vendico; primum Gallum iure veniſſe; primum Hiſpanum contra ius irruiſſe. Atque hoc ipſo fontem iuris in Gallis eſſe purum, in Hiſpanis infectum. Præterea animaduerto, Siciliam tùm à Petro Aragonio inſeſſam, & Carolo ademptam, nullo titulo ab Hiſpanis poſſideri, cum inuito Pontifice occupata ſit, & planè iniuſtè per vim à Neapoli diſciſſam: atq; adeò Caro-
Authores cit. cap. 1. lo adiudicatá. Quod verò poſteà Federico permiſſa; id certè non obſtat, imò Gallicum ius confirmat: nam eâ conditione permiſſa, vt eo mortuo ad Carolum rediret. Quo legitimum illum totius Regni Dominum Bonifacius VIII. Pontifex declarauit.

Hîc ſe Hungarici ſanguinis Principes offerebant: ſed mihi res cum Hungaris non eſt, etſi illud obiter dicam. Hungaros non rectá ſe, ſed è tranſuerſo iniecisse: ob Ioannam Gallici ſanguinis Principem, quæ quòd virum, ad ſuſcitandam prolem inhabilem extinxit, & paulo poſt alteri nupta, à Pontifice Romano defecit, titulo eſt Regni ſpoliata, eoque Carolus Hungarus donatus. Quare cùm ad extraneos communi Doctorum ſententia Feuda non pertineant, vti poſteà ex Iulio Claro, & alijs oſtendemus, non multum intereſt, qua ij ſint eo Regno ratione potiti.

Igitur ad aliud par veniamus. Ludouicum Andegauenſem, & Alphonſum Aragonium: ac vter præſtet, intueamur. Ludouicus è ſanguine Gallico, atque adeo habilis naturâ. Alphonſus alieno ſanguine: inhabilis quòd externus. Ludouicus à Pōtifice Martino V. vocatus ac inſtitutus, legitimus inſuper hæres, excluſâ Ioannâ Ladiſlai ſorore: quæ etſi poſtea irâ accēſa Alphonſum Aragoniū adoptauit: non potuit tamen Ludouicum iure, ac poſſeſſione excludere. Quod firmis ego argumentis probo. Nam

Ludouicus, citra Martini Pótificis inſtitutionem, intentatâ Ioannæ lite, illam iudicio ſuperabat. Tum quod Caroli I. hæres erat, & eiuſdem ſanguinis hæres, atque adeo illo iure Regnum ad ſe trahebat: Tum quòd Ioanna fœmina Ludouico maſculo præferri non poterat. Vnde duobus manifeſti iuris principijs Ioannam Ludouicus vincebat. Primò, quia in feudis non tam attenditur vinculum cum poſſeſſore vltimo, quàm cum primò inſtitutore, cap. 1. §. vltimo de ſucceſſ. Fratr. vbi Baldus num. 2. & conſil. 157. lib. 2. Pariſ. conſ. 23. num. 131. lib. 1. Blond. conſ. vlt. lib. 1. Alex. conſ. 10. num. 8. lib. 3. & Iul. Clar. lib. 4. §. Feudum qu. 9. num. 5. eſtque communis opinio iuriſconſultorum aientium, valere illum, qui ſit hæres inſtituentis, & primò recipientis. At Ioanna illa non erat hæres Caroli I. ſed Ladiſlai Hungari; cuius erat ſoror. Ludouicus verò Andegauenſis Princeps, Carolo, qui primus illis Principibus author poſſidendi fuerat, & primò Feudum receperat, iure ſanguinis ſuccedebat. Ergo cauſâ Ioannam etiam citra vllam Pontificiam autoritatem vincebat: & proptereà Alphonſum ab ea adoptatum longè ſuperabat: cum hic non alio, quam quod à Ioanna accipiebat, iure gauderet. Secundò: quia Ioanna fœmina Feudi incapax erat, cum fœminæ à Feudis regulariter excludantur. Ita Imol. & poſt eum Domin. & Philip. Franc in c. Grandi de ſupplen. negl. prælat. lib. 6. & ante omnes Vincent. in c. 1. §. notandum tit. qui Feud. dare poſſ. & Panormit. in cap. dilecti col. 3. de arbitr. Et quidem conſuetudine receptum hoc eſſe ait Taſſ. de Feud. in 8. part. verſ. ſupp. 2. particula, & regulariter non ſuccedit. cap. 1. §. hoc autem de ijs qui Feuda dare poſſ. & tradit Dec. conſ. 139. verſ. ſed tamen. Confirmatque Iul. Clar. lib. 4. §. Feudum. num. 1. & Velaſcus de iure Emphyt q. 41. & Guiliel. in c. Rainutius verbo duas num. 74. de teſtamentis: & deducitur ex Gloſſa ind. §. hoc autem in verbo, à ſucceſſione Feudi, & Alex. conſ. 10. poſt num. 6. lib 5. conſ. 98. num. 9. lib. 6. & Ruino conſ. 18. num. 13 lib. 1. Quare Ioanna non iure vocante, ſed reluctante, ac inuito in illud Feudum intruſa. Ludouicus inuitatus, & legibus ſuadentibus introductus. Vnde Alphonſo nullum à Ioanna ius eſſe potuit ad Regnum obtinendum.

Sammarth. Caſſan. Spondan. Imola. Franc. Panormit. Taſſ. Dec. Clar. Velaſc. Guiliellm. Alexand. Ruinus.

Sed eſto: Ioannæ aut ex pacto, aut ex conſuetudine ius admittamus: quâ ratione fœmina capax eſt Feudi, vti docet Iacobus de Beluis in c. 1. §. quinetiam in tit. Epiſcopum: & Goz. conſ. 56. num. 18. & Iul. Clar. lib. 4. §. Feud. & Boet. conſ. 10. num. 3. & Hieron. Giaut. ad Iul. Clar. qu. 73. & præcipuè Tiraq. cum multis quos citat de iure primogenio. quæſt. 10. Fuerit quidem ea hæres legitima, non ideo tamen Regnum, tùm, cùm à Martino Pontifice ei eſt ademptum, iuris ſui fecerat. Conſtat enim illam officio ſuo defuiſſe, fide non ſeruatâ, canone non præſtito: quibus nominibus Feudo à Martino V. in Conſtantienſi Concilio communi Patrum calculo priuari meruit: atque hoc ipſum Hiſpani authores teſtantur. Sed præcipuè eo titulo ſpoliata Feudo, quod ſine conſenſu Domini Alphonſo detulit; & quòd Principes Gallos, ac eiuſdem ſanguinis cum primo autore omi-

Beluis. Clar. Boer. Tiraq. Illeſc.

ſit. Quæ duæ cauſæ, multò ſunt, quàm illæ priores ab Hiſpanis autoribus probatæ, potentiores. Nam qui ſine conſenſu Domini Feudum alienat, eo ipſo priuatur. text. in c. imperialem de prohibcn. alienat. Feudi. per Federicum. Præſertim, cùm facta fuerit traditio recepto ad ſe, & cōmiſſa ei adminiſtratione Regni, Alphonſo; qui haud dubiè Feudo cecidit, ſecundum Andr. de Iſer. ind. c. Imperialem. §. callidis. verſ. pæna in iſtis. & Iul. Clar. §. Feud q. 31. Is verò à quo prætermiſſis agnatis, ac ijs, quibus hæreditatis, & ſanguinis iure Feudum debetur, extraneo illud defertur, ab eo poteſt ſententia dejici. Quemadmodum probat Clar. §. Feud. q. 42. At Ioanna excluſo Andegauenſi Gentili, admiſit Aragonium alienum, manifeſto præiudicio agnatorum primi autoris, & primi inſtituti. Igitur ſummo fuit à Martino, & Concilio iure priuata.

Iſer.

Clar.

Idem

Quid? quod Alphonſus inſtitui non potuit: debuit Ludouicus? Patet, quia illud Feudum cuiuſcumque tandem generis eſſet, ſiue ſimpliciter hæreditarium, ſiue ex pacto & prouidentia, ſiue mixtum ex vtroque: extraneo venire non poterat, ex communi iuriſperitorum ſuffragio, apud eundem Iulium Clar. q. 9. & quidem iure: cum excludi non debeant, qui beneficio ſanguinis vocantur: quibus magnum infertur præiudicium, ſi ad extraneos Feudum deuoluatur; cùm præſertim, huiuſmodi non nouum, ſed antiquum ſit. Quod nulla ratione alienis deferendum, vti Clar. idem teſtatur. Quare illa Alphonſi, qua maximè nitî ſolent Hiſpani, à Ioanna facta inſtitutio, inanis prorsùs extitit. Atque adeò cùm Andegauenſes Principes ei intercedere potuerunt; tùm præcipuè Martinus Pontifex Feudi Dominus reuocare: vti ab eo factum legimus.

Iulius Clar.

Caſſan.

Pandulph. Illeicas.

Verumenimuerò & hoc ipſum deuoremus. Ioannam ſine conſenſu Pontificum, & in præiudicium agnatorum, & gentilium quemlibet inſtituere potuiſſe. Adhuc Ludouicum Alphonſo præferendum eſſe, demonſtro. Nam eadem Ioanna poſtea repudiato Alphonſo Ludouicum vocauit: eumque cùm filium adoptauit, tùm hæredem inſtituit; idque Martino V. annuente, ac probante. Itaque vt valida fuerit prior illa Alphonſi inſtitutio, & à Pontifice confirmata, adueniente ſecunda ab eiſdem authoribus facta, ea prior reuocata cenſetur, & nullius prorſus virtutis iudicatur: vti ſimili argumento probat in Emphiteuſi Reminalis iunior conſ. 444. Nec opponas eundem poſteà Martinum Feudo induiſſe Alphonſum, & ratam eius in qua erat Regni poſſeſſionem habuiſſe: Nam Pontifex id metu duplicati ſchiſmatis, & imminentis ab Alphonſo belli feciſſe traditur. Cum Alphonſus apertè vim Pontifici, Petro Lunæ obtruſo, & curſum Ægidio Munoſio pſeudoPontificibus nefaria ſchiſmata moliretur: quæ vt Pontifex tolleret cauſam iracundiæ voluit auferre. Itaque apparet eum inuitum & coactum Alphonſo Regnum permiſiſſe: vltroneum & ſpontaneum Ludouico tradidiſſe. Præterea citrà Ioannæ conſenſum, imò ea repugnante, Martinum Alphonſum in magnum eius præiudicium inueſtiuit. Quo ſanè efficitur ne inueſtitura prodeſſet. Quemadmodum deducitur ex ijs

Spondan. Marian. Illeſc.

Riminal.

Vide Annal. Pontificū.

quæ diſputat Alua. in cap. 1. poſt numerum 4. vers. oppono ab extra quemadmodum Feud. pert. & Bonon. inter cons. 50. Et Paris. cons. 17. n. 16. lib. 1. & Clarius ex dictis per Guid. Papam des. 168. n. 2. & Iaco. d. Feud. in verb. quiquidem in veſtiri, & Iul. Clar. lib. 4. §. Feudum. q. 49. Cum præſertim Regina Ioanna ad id vſque temporis nihil aduerſus Dominum Papam commiſiſſet, vnde caducitatem incurreret; atque adeo cauſam priuationi non dediſſet. Quo ſanè euentu priuari Feudo non potuit. Cum ne de plenitudine quidem poteſtatis, liceat Domino, Feudatarium feudo priuare, vti communi Doctorum calculo definit Crau. d. antiq. temporum 1. p. Seſſ. 2. n. 17. & Iul. Clar. q. 54. Quamobrem eadem Ioanna paulò pòſt moriens Renatum Ludouici Andegauenſis fratrem hæredem inſtituens, Feudo inueſtiuit; quòd ſciret ſe iure & poteſtate non decidiſſe. Clar. Pandu. Mar. Til Spondan.

§. II.

Ex his apertè conſtat in hac controuerſia, inter pares Ludouicum, & Alphonſum; huic illum iure anteponendum: neque Aragonios, hoc nomine, Andegauenſibus comparandos. Pergo argumentari. Ioannâ mortuâ ius Alphonſi infirmum prorſus, & inane iudicatum. Renati in quem ceſſit, forte, ac validum. Nam Pontifex Eugenius IV. eius morte Feudum ad ſe trahere ſtuduit: quo declarauit, tum, non anteà cum viueret, vacaſſe. Nec Alphonſum, qui poſſidebat, obſtare quidquam quo minùs Pontifici aperiretur; quòd non eſſet legitimus Feudi poſſeſſor. Propterea Eugenius ipſe Renato manifeſtè fauit, ac eius operâ eiuſdem coniux Iſabella Neapolitanum annos duos ſolium inſedit: Renato apud Burgundiæ Ducem in cuſtodia detento: Quòd ſi Renatus, vti animo ad prouocandum ad ſingulare certamen Alphonſum valuit, copiis ita belloque valeret: næ ille pulſo Alphonſo ſui iuris Regnum feciſſet: ſed fatalis illa, vt ſic dicam, Andegauenſium Principum fortuna, eius conatus diſturbauit. Alphonſo, etſi primùm victo, & capto, bellum poſteà inſtaurante, & proſpero euentu pugnante. Itaque vi, & armis Aragonius occupauit, quod Ioanna iure retinebat, & virtute iuris Renato legauerat. Quòd ſi Eugenius Alphonſum tandem inueſtiuit, coactus fecit. Quid enim quæſo aliud facere poſſet, pulſo Renato, Alphonſo per vim intruſo, arma minitante, & à recenti adhuc ſanguine calente? ſemper enim, teſte Cicerone, *leges inter arma ſiluerunt.* Author proximo. c citat. Pro Milone.

Sed ecce alia ratione cauſâ Hiſpani cadunt. Quòd is ipſe Alphonſus moriens Ferdinando notho Regnum reliquit. Nec enim id licuit expreſſo in cap. 1. §. naturales, ſi de Feud defuncti, ac idcirco in Ferdinandum Calixtus Tertius anathema dixit, & Regni titulo priuauit, & palàm deiectum pronuntiauit. Ratio in promptu eſt. Nam qui poſſet inueſtiri nothus in id Feudum, quod cum antiquum eſſet, eiuſdem ſanguinis hæredes legitimos exigebat? Quo in eum argumento Ferdinandus Catholicus vti ſolebat, cum Regnum illius Nepoti Federico eripiebat: & ſanè ita docent Bonon. inter cons. Curt. ſen. cons. 50. & Pariſienſis cons. 57. lib. 1. Curt. iun. cons. 171. Andr. d. Izer. cap. 1. §. quid ergo Illeſc. Bonon. Pariſiens. Icern. Socin.

Iul. Clar. de inueſt. de re ali. facta. Socinus Iun. cons. 112. l. 2. Itaque huiuſmodi illato agnatis præiudicio, præſertim repugnante Domino & Alphonſus, & Ferdinandus caducitatem incurrerunt. Vti proximè ex Iul. Clar. & aliis oſtendi. Nec obſtat Pium Secundum Ferdinando inualidè inſtituto Regni titulum confirmaſſe, & Caroli Septimi Chriſtianiſſimi Regis pro Renato, & Ioannæ filio intercedentis preces, minaſque contempſiſſe. Cum Pius pacis, & quietis amans nollet Ferdinandum à poſſeſſione Regni auellere, cui quòd incubabat, non inde ſine magno totiùs Italiæ motu, ac damno erat extrahendus. Itaque Pontifex non tam iuris rationem habere voluit, quàm poſſeſſionis. Neque tam ſtuduit iuri aſſerendo, quam paci conſeruandæ. quare Galli Principes huic ſemper ſententiæ, quâ oppoſitis legibus, quâ obiectis armis obſtrepuerunt. Adeò vt multis poſt annis Carolus Octauus, cum Neapolitanam expeditionem ſuſcepit, noluerit Cardinalem Piccolomineum, miſſum ad ſe ab Alexandro Pontifice ſuper eâ re legatum audire, quòd conſanguineus, & alumnus Pij II eſſet, à quo tam iniqua, vt aiebat, contra Gallos Principes dicta ſententia. Nec item proderit opponere inueſtituram, quàm Alexander VI. Alphonſo II. Aragonio; Borgiæ Cardinalis manu detulit; Illeſc. Nam ea, præterquam quòd tumultuaria & extorta, aliis eſt de cauſis corrupta. Et ſane argumento ſit, illa ad Turcam Baiazetum famoſa cum turpi conditione, ac poſtulatione miſſa legatio, & expreſſæ ab illo pecuniæ, quæ poſteà à Ioanne Rouereo interceptæ, documento fuerunt, non debuiſſe à Romano Pontifice Turcam hoſtem aduerſus Carolum Chriſtianiſſimum Regem ſollicitari.

Annal. Fran. Agè verò, Caroli in id Regnum expeditio, vti pulcherrima, ita iuſtiſſima Italiæ Principibus viſa fuit: cum penè omnes ad eius partes tranſierint, & plerique Cardinales Alexandro Pontifici Aragoniis fauenti ſe fortiter oppoſuerint: ac in iis Vrſini, & Colonenſes, qui primas in ſacro illo Collegio tenebant. Et quidem Carolo præter arma, tantū iuris ineſſe vel ipſi Aragonij Principes cenſuerunt, vt pacem ab eo petierint, & fœdus cum eo ferire ſtuduerint; pacti vt aut dimidium ſibi Regni donaret, aut Calabriæ ſaltem Appuliæque Ducatum permitteret. Quibus ille poſtulatis annuere cum noluiſſet, oſtendit integro ſe iure gaudere: nec poſſe de eo quidquam in ſuorum præiudicium detrahere. Paul Iou. Guicciard. Illeſcas.

§ III.

Sed nullum meo iudicio fortius & clarius iuris eſt Gallici argumentum: quam quod ex ſuſcepta coniunctis cum Ludouico XII. Gallorum Rege viribus, à Rege Ferdinando Catholico expeditione ſumitur. Nam vti conſtat, Ferdinando ſemper viſa eſt iniuſta illa Ferdinandi nothi ex Alphonſo filij, in Neapolitanum Regnum ſucceſſio: atque adeo vbi intruſum nouo iuris gemitu Fredericum Patruum Ferdinandi II. vidit, eripere Zurita. ei Regnum cogitauit, & pactione ipſa ex fœdere cum Ludouico Gallo oſtendit, multò potiùs eſſe Gallicum Hiſpano ius: cum ſibi Appuliæ tantùm, & Calabriæ ex eo Regno Ducatum ſumeret: Neapolim, & reliquum

Regni cum adiunctis Hyeroſolimis & Regni vtriuſque titulo Ludouico relinqueret. Quo declarauit Neapolitanum Regnum iuris Gallici eſſe, nec ei poſſe ſine iniuria detrahi. Quòd ſi ille poſteà magni Conſalui operâ abſtulit, & ad ſe tranſtulit: maiori certè armorum, quàm animi virtute fecit. Nec ego hac in re illius conſcientiam laudare poſſum, cum aut deberet Ludouico reſtituere, aut certè Frederico, eiuſvè Filio Alphonſo reddere: Nam Ludouico ſi reſtitueret, iuri: ſi Frederico, aut Alphonſo, pietati ſatisfaceret. Maluit tamen agere Hiſpano ingenio, nam vt verbis vtar Iouij. *Sunt impotentia atque imperandi auida ingenia Hiſpanorum, qui cum ſemel irrepſerint, ad ſummam ſemper potentiam cunctis artibus contendunt.* Nec ingenio tantum gentis, ſed ſuo quoque ductus Ferdinandus: *Cuius*, verba item ſunt Iouij, *tale ſemper ingenium fuit, vt præſentia commoda, quæ à certa rerum occaſione oſtenderentur, omnibus aliis rationibus anteponenda eſſe cenſeret.* Paul Iou. Iouius. Hiſt. lib. 1.

Quid? quòd qui vltimus Aragoniorum ex Italia Principum, Regnum poſſedit Fredericus ab eo non mediocre robur Gallico iuri eſt additum? quippe qui Regno exutus maluit Ludouico Regi Gallorum Chriſtianiſſimo, ſed alieno; quàm Ferdinando Hiſpanorum Catholico conſanguineo ſe dedere. Ea ſanè ratione, quòd præterquam quòd indignum exiſtimauit, peti ſe à Rege conſanguineo & gentili, in eligendo patrono, iuris potiùs, quàm ſanguinis rationem habuit: ac ei ſe tradidit, qui iuſtiùs imperabat: quique etſi gente ac ſanguine remotior, iure tamen erat, & poteſtate vicinior. Noluit cùm ſeruiendum fuit, Hiſpano, cui ſubdi non licebat, quòd ſibi imperare non poſſet, ſeruire: Gallo ſubjici libuit: quod rectè ac iure imperabat. Cuique tanquam legitimo Regi ſeruire poterat. Quin & filium Ferdinandum in Galliam ſecum ducere conſtituit, & ſanè perduxiſſet, niſi eum Tarento arctiſſimâ obſidione Hiſpani cinxiſſent, & poſteà captum in Hiſpaniam amandaſſent. Nec his tantũ ſignificationibus animum Federicus ſuum aperuit: ſed & aliis argumentis, cùm adhuc regnaret, prodidit. Fertur enim de Regno relinquendo, & Ludouico honeſtis pactionibus tradendo cogitaſſe. Certè conſtat egiſſe, vt de eiuſdem manu Regnum acciperet, vt illud quaſi beneficiarius obtineret, ac deinceps eum certæ annuæ penſionis onere poſſideret: quin & memoria proditur Fredericum ſtudia & opes ſuas Ludouico Regi ad occupandum Siciliæ Regnum obtuliſſe; quòd crederet id etiam ad Gallicos Principes Regnum iure pertinere. Illeſ. Guicciard. Paul. Iou. Iouius.

Iactant Hiſpani Ferdinando Catholico adimendi poſteà Ludouico Regni ius fuiſſe: quòd ipſe pacta ruperit, & contra fœdus, ſolidum ſibi Regnum retinere, neque vti conuenerat, partiri voluerit. Ventoſum, perinde facilè inflantur, titulum Hiſpani venditant. Rem ſtatuamus, & inani opinione confutatâ veritatem ſtabiliamus. Conſtat Gallum Regem in ea diuiſione antiquam Neapolitani Regni ſedem, & quaſi corpus priſcis terminis definire voluiſſe, vt iuſtum ſibi Regnum retineret: reliqua quaſi auulſa membra, appendicem potiùs Regni, quàm Regnum Ferdinando relinqueret: ne ſcilicet corpus ipſum Regni partiri cogeretur. Ferdinandum contrà obnixum in partem Regni venire, & Guicciard. Caſſan. Iouius Sammarth.

iuſtum illud corpus diſcerpete voluiſſe. Hoc aſſumpto, non poſſum non Hiſpanorum leuitatem ridere, & præſtò ſum illato lepido, ſed è re ſacra ducto exemplo, argutè confutare. Igitur quod permittunt vendico: Ludouicum ea in lite partiri corpus Regni noluiſſe: voluiſſe Ferdinandum. Tum retorqueo. Hoc ipſo Ferdinandus monſtrauit Regni non ſe patrem, ac dominum eſſe: hoc ipſo contrà Regni ſe dominum & patrem eſſe Ludouicus oſtendit. Quæ ſimilis inter eos, ac inter fæminas apud Salomonem contentio. Quarum altera propoſito infante volebat diuidi, vt partem haberet; nolebat altera diuidi, ne periret. Vera quæſo, mater & domina? Sanè Salomonis iudicio: quæ diuidi nolebat infantem, non quæ volebat; illa quæ clamabat *diuidatur*, mater non erat. Hæc quæ vetabat diuidi, mater erat. Quæ partem trahere conabatur, non erat domina: erat, quæ integrum aut habere volebat, aut relinquere; nam illa de ſalute infantis non cogitabat: hæc vni infantis ſaluti conſulebat. Itaque dum illa habendi cupida perire voluit, matrem ſe negauit; Hæc dum infante carere voluit, vt integer maneret, matrem ſe oſtendit. Non enim cupiditate mater æſtimatur, ſed pietate. Eſtque vbi cauſa cadere, ſit cauſa vincere.

3. Reg. 3.

Haud ſecus de poſſeſſione Regni Neapolitani Ludouicus cum Ferdinando litigauit. Propoſito Regno: diuidi volebat Ferdinandus, nolebat Ludouicus. Vter parens? Vter Dominus? Ferdinandus qui clamabat *diuidatur*? An Ludouicus reclamans *non diuidatur*? Sanè Salomonis iudicio Ludouicus. Scopus Ferdinandi fuit partem ſibi, eius Regni omnino vendicare, ſiue ſtaret Regnum, ſiue periret: nam ſibi non Regno conſulebat. Ludouicus Regnum integrum fore optabat: non enim ſibi, ſed Regno proſpiciebat. Hic ergo Parens, hic Dominus: cui Regni ſalus priuatà vtilitate potior erat. Præuidebat Ludouicus fore, vt ſi Regnum illud diuiſum, pars in Gallorum, pars in Hiſpanorum poteſtate eſſet, ex ea hoſtium vicinia diſſenſiones, & bella orirentur, quibus Regnum ipſum labefactaretur; ac tandem ſuis viribus rueret, & periret. Igitur voluit, vt in vnius tantum poteſtate eſſet, nè dum in partes traheretur, & pugnaret in partibus, omnino interiret. Hac etiam ratione Carolus Octauus noluit cum Ferdinando vltimo Regnum partiri; ſed integrum aut retinere, aut amittere. Nimirum Gallus erat, Regni Parens, & Dominus: ſcindi, ſecarique vetabat. Ferdinandus contrà, qui diuidi & partem vendicare volebat, dominum ſe, & parentem eſſe negabat.

Annal. Franc. Illeſcas. Iouius.

Ad calcem graui ego Hiſpanos argumento vrgeo, & Achillem oppono. Pace Nouiodunenſi celeberrima, quæ inter Regem Franciſcum I. & Imperatorem Carolum V. iter in Hiſpaniam adornantem facta eſt: inter alias fæderis leges vna inprimis extitit: vt Fráciſco Regi de Neapoli cogitanti certa quotannis penſio (nec minùs aureorum centum milliũ) ſolueretur; cauſa iuris, quod Rex Chriſtianiſſimus ad id Regnum haberet; vt hoc præmio, & recognitione dominij inuitatus ab eius Regni vendicatione ceſſaret. Quod Paulus Iouius Author, & teſtis incorruptus, & locuples in hiſtoriis teſtatur. Atque hic ſanè opus eſt digitum Hiſpani tollant

Iou. Illeſc.

Paul. Iouius.

tollant, victoſque ſe iure fateantur. Nec proderit afferre: Iouium Hiſpanis (quod vulgo dicitur) eſſe infenſum. Nam mihi illum a puero legenti, compertum eſt, multò eum magis in Carolum, & Hiſpanos, quàm in Franciſcum & Gallos eſſe propenſum. Idque recipio contra Sandoualium, & alios Hiſpanarum Hiſtoriarum compilatores me liquidò demonſtraturum. Authorum qui tenent Regnum Neapolitanum, & Siculum iuris Francici eſſe, Catalogum ſcripſit Caſſanus ad quem ego lectores remiſero. Caſſanus lib. 1. Recherch.

Vnum ſupereſt effugium Hiſpanis. Præſcriptio. Cum annos abhinc multò plures, quàm centum Regnum poſſideant, atque adeo aduerſus Gallos planè præſcripſerint. Cum præſertim vtile dominium feudi annis triginta præſcribi poſſit. Gloſ. in cap. 1. §. præterea, in verbo præſcriptione. Paris. 16. cons. 15. n. 3 lib. 1. apud quem Bald. & communis & Iul. Clar. lib. 4. §. Feudum q. 45. Sed huiuſmodi effugium facilè præcluditur, ex tradita ſuprà de præſcriptione doctrina. Nam præterquam quòd probabile eſſe oſtendimus Regnum præſcribi vllo vnquam tempore non poſſe: conſtat Feudum, ſine Domini conſenſu infrà centum annos in præſcriptionem non cadere. Nec oportet his argumentis niti: cum vnum ſatis ſit, quod à mala fide poſſidentis deſumitur, quæ omnem prorſus præſcriptionem tollit. Ecquis verò neget Hiſpano malam ineſſe fidem, cùm non ignoret quanto iure Gallus id Regnum repetere poſſit? nihilque tam in annalibus & quotidianis ſermonibus frequenter vſurpetur, quàm hæc ipſa ſuper Neapolitano Regno contentio? Deinde multo certè minus centum anni ſunt, ex quo à Paulo IV. Pontifice Philippus II. anathemate ictus, & illius Regni titulo ſpoliatus, & ad id inuitatus Henricus II. Chriſtianiſſimus; cui quòd alia contigerunt bella, & paulo poſt mors immatura, non licuit Regnum illud recuperare. Quò magis vigilandum eſt Galliæ Regibus, nè ſinant eo Regno diutiùs Hiſpanos frui: neque centum annorum ſpatium confici patiantur. Vti enim ſunt homines dominandi cupidiſſimi, eam captabunt retinendi in perpetuum Regni anſam, quòd dicant ſe immemoriali vſucapione illud præſcripſiſſe. Faxit Deus, vt noſter hic, qui in ſummam ſpem ab Heroina Regina Matre Princeps Ludouicus XIV. alitur, cùm matura adoleuerit ætas, Maiores ſuos, ac præcipuè Auum Patrémque Clariſſimos Heroas imitatus, recepta iam Arteſia, Vendicata Burgundia, liberata Catalonia, repreſſa Germania, in Principem orbis Italiam expeditionem ſuſcipiat, & recuperato Mediolano, Neapolitanum Regnum vendicet: ac eiecto Hiſpano hoſte, libertatem Italiæ reddat, & pro ſua pietate ac magnificentia Romanę Eccleſiæ patrimonium reſtituat, eiuſque fines ad vltimas Italiæ oras extendat, vt eius demum beneficio Pontifex reſpiret, & nodo illo quo torquetur ab Hiſpanis, infeſſa Neapoli, liberetur.

Gloſſ. Paris. Baldus. Iul. Clar.

Illeſc.

QVÆSTIO TERTIA.

DE IVRE AD MEDIOLANENSEM DVCATVM.

CAPVT PRIMVM.

Quæ origo? Quæ inſtitutio? Qui Principes Mediolanenſis Principatus fuerint? Quæ commutationes Imperij extiterint? Vnde iuris argumenta ſumantur.

MEDIOLANENSI Principatu nullus fortaſſè in Italia aut origine illuſtrior, aut antiquitate nobilior, aut frequentia celebrior, aut viribus potentior, aut opibus amplior, aut ſitu, & naturâ fortior, aut induſtria & arte munitior, aut temperie aëris ſalubrior, aut genio ſoli feracior, aut rerum omnium abundantiâ affluentior inuenitur. Nam terræ ingenium ex Gallico Italicoque temperatum ad miram vbertatem componitur: incolarumque natura miſta ex igneo quodam, & graui, tum feruidam Gallorum indolem coquit, tum maturum Italorum iudicium accendit. Nec Alpium diſcrimen viciniam ingeniorum tollit: Imò nodo quodam ſcrupeo ligat. Atque adeo cis, & trans Alpes Galli ſunt. Vnde regio vlterior Gallia Tranſalpina: citerior, quæ Inſubria, Ciſalpina Gallia nominatur. Qui delicias Italiæ vocant: rectè quidem appellant. Sed non à Campania multùm diſtinguunt. Ac ne meo quidem iudicio ſatis à pleriſque Italiæ regionibus, in qua tanta eſt tum amœnitas, tum fœcunditas ſoli, vt tota deliciis conſtare videatur. Quare alia mihi ratio ineunda, vt genuinâ ei quaſi notam & næuum indam. Pudet inerti & bruto exemplo vti. Non tam ego Principem Italiæ partem abiecero. Tranſlatâ opus eſt vitâ, & rhetorices anima nobili corpori inſpiranda.

Paul. Iou.

Boterus.

Mediolanum ego Italiæ frontem, ſi ſitum; ſi robur, neruos, ſi vſum ſpectes, cor Italiæ dixerim. Nec abs re opinor. Nam crinita & hirſuta Alpium iuga molliter excipiens, frontem Italiæ format læuem & politam. Oppidis munitiſſimis, arcibus editiſſimis, præſidiis inſtructiſſimis frequens, neruos exhibet. Deinde vti à corde omnia vitæ munia pendent, & motu quodam vitali à corde profecto membra agitantur: Ita à Mediolano, accepto rerum vſu, & commercio virium opumque facto, reliqua non Italia modò, ſed Europa etiam animatur. Quinimo

ipſa commeandi ratio cor ſignificat. Quemadmodum enim à corde ductæ arteriæ, ſpiritus in omnes corporis partes deuehunt: Ita à Mediolano initæ viarum rationes, in cunctas Europæ regiones, quæ ad vitæ vſus ſunt neceſſaria, perducunt. Inde in Galliam, in Belgium, in Germaniam, in Hiſpaniam, in reliquam Italiam ducta itinera totum Europæ corpus peruium, & commeabile reddunt. Quare Imperator Carolus V. apud Paulum III. in concione Clauem Imperij, ob ſingulares, & multiplices vſus Mediolanum dixit. Vtinam quàm hoc verè, tam cætera animo alieno à cupiditate dixiſſet. Illeſc. in vita Paul. III. Sandoual.

Verumenimuerò hæc dignitas, vtilitas, vſus Mediolanenſis prouinciæ, non Italicorum modo, ſed externorum etiam Principum animis cupiditatis faces admouit, vt de ea quaſi ampliſſima poſſeſſione acquirenda cogitarent. Illa ſibi ipſi nocumento fuit. Præmium iuxtà, & præda. Inuitauit oculos, manus non vitauit. Accendit faces cupiditatis, & flammas auaritiæ ſenſit. Suâ opinione celebris, at infelix. Sed hæc aliàs. Præfari tamen pauca debui, vt obiter ortas inter tot Principes ſuper ea occupanda prouincia contentiones excuſarem. Et quamquam illa mihi tâtum quæſtio ſit propoſita. Vtrius ſit iuris, Gallici ne, an Hiſpanici Mediolanum? Altius repetenda res eſt: vt ex inde ducto principio appareat vnde? propè ne? an longè? rectâ, an obliquè: purè, an inquinatè iuris riuuli deducantur?

Primùm conſtat (nam vetuſtiora perſequi non eſt animus) Longobardorum in Italia Reges, in hac potiſſimum prouincia Regni ſui ſedem poſuiſſe. Iis exactis Carolum Magnum diuiſâ Italiâ: hanc Longobardis habitandam, colendamque reliquiſſe. A quorum nomine Lombardiæ vulgo nomen accepit. Initio ſuis legibus vſi: ſed Gallis Principibus ſubiecti, & certæ penſionis onere obnoxij: mox gentiles Principes habuerunt, & paulatim iugum excutere Gallorum cæperunt. Donec id conſecuti; vt ſicuti reliquæ Italiæ prouinciæ, libertate ſua fruerentur. Sed ingruente demùm dominandi cupidine tyranni, exorti qui publicum rerum ſtatum deformarunt. Ob id ab imperatoribus præfecti, & Vicarij inſtituti. Sed non diù ea conſuetudo viguit. Nam ortis inter nobiliſſimas Vicecomitum, & Turrianorum familias factionibus, quorum ſtudia factiones aliæ peruerſiſſimæ, Guelphorum, & Gibellinorum diuidebant, recta eſt adminiſtrandi prouinciam ratio diſſipata. Poſt multa grauiaque certamina Vicecomites Turrianis ſuperiores, eos nec quidquam ſe opponête Ioanne II. Pontifice, & Guelphorum factione, non Mediolano tantum, ſed præcipuis etiam prouinciæ vrbibus eiecerunt. Eginhard. Paul. Diac. Baron. Spondan. Paul Æmil. Paul. Iouius. Platin. Illeſc. Petr. Mex. Turſel. Volaterran. Sabellicus Mexia.

Galeacius Vicecomes imperium vſurpauit: quod vt firmius eſſet, illud à Ludouico Bauaro Imperatore Accius & Marcus Galeacij filii auro coëmerunt. Accio tradita imperatoria autoritate poſſeſſio. Cui Luchinus ſucceſſit. Hic in ea quam Benedictus XII. Principatuum diuiſione, inſtitutis è tyrannis Principibus, fecit: Mediolanenſis imperii ius accepit: ab eoque inauguratus legitimè Rempublicam tenuit. Cum præſertim illum, qui poſt Benedictum Clemens VI. Pontifex fuit, eo in ſtatu confirmarit. Luchino mortuo, Galeacius, & Barnabas coniunctis ſtu- Illeſcas. Iouius. Æneas Sylu. Spondan.

diis, ac viribus Rempublicam geſſerunt. Sed Galeacius, Barnaba Patruo per ſummum ſcelus extincto, Ducis nomine imperium ſibi arrogauit. Et debellatis vicinis Toparchis ampliſſimum reddidit: atque adeo è Comite Virtû, quem cum Iſabella vxore, Ioannis Galliæ Regis filiâ, ſtatum in dotem acceperat, Dux initiatus, inauguratione à Venceſlao Imperatore ingenti pecuniarum vi obtentâ, viginti quinque vrbes in ditionem ſuam redegit. Fons & caput Mediolanenſium Ducum. Qui ei ſucceſſit Ioannes Maria, natu maior ex Catharina Vicecomite filius, breuem imperij vſuram habuit, quòd breui è medio ſublatus, pœnas nefariæ libidinis dedit.

Donat. Æmil. Sammarth. Bozius.

Philippo iuniori poſt varios euentus Ducatus obuenit. Hic cùm prole maſculâ orbus deceſſiſſet, præteritâ (ſumma iniuriâ) Valentinâ ex Iſabella Franciæ ſorore, Ludouico Aurelianenſi Carolo V. Regis filio, VI. fratri nuptâ, Alphonſum Aragoniæ, & Neapolis Regem teſtamento hæredem inſtituit. Sed Franciſcus Sfortia, Sfortiæ Attenduli filius clariſſimus eius tempeſtatis Dux, qui Blancam vnicam Philippi Vicecomitis ex adulterino thalamo filiam duxerat, ſpreto Carolo Duce Aureliani, Philippi ex ſorore Nepote, & excluſo Alphonſo peregrino hærede, è tranſuerſo irruens ſtatum occupauit; atque ei ſe ſponte Mediolanenſes dediderunt. Hinc ad Sfortianam gentem tranſlatum à Vicecomitum ſtirpe imperium.

Iouius. Caſſian. Turſell. Pineda. Spondan.

Franciſco filij duo, Galeacius Maria, & Ludouicus, qui Morus nuncupatus. Galeacius natu maior ad ſe traxit ex hæreditate imperium. Sed iure acceptum malis artibus amiſit: atque adeò à coniuratis in S. Stephani crudeliter interfectus: relictis Ioanne, & Hermete, Blancâ & Bonâ pupillis. Ea vſurpandi principatum occaſio Ludouico Patruo fuit. Nam ijs tutor datus prætextu tutelæ ad Imperium irrupit. Ac quo firmitatem tyrannidi pararet, Imperatorem Maximilianum, collocatâ ei Blancâ ex fratre Galeacio nepte, Ioannis ſorore, ſibi deuinxit. Et quidem dũ prætextatus Ioannes, ac infrà iuſtam ætatem, fucum Ludouicus cupiditati fecit: ſed vt compos ſui, ac omninò integri iuris, & ætatis factus eſt, nullus tyrannidi obtentus eſſe potuit: cùm præſertim adoleſcens, qui Iſabellam Alphonſi Calabriæ Principis filiam duxerat, iuris Patruum ſui admoneret, & ea ad gerendam Rempublicam habilis eſſe videretur. Verùm tetra dominandi libido, quæ animo Ludouici inceſſerat, fas omne abrupit. Spreto diuino omni, humanoque iure, excluſo prorsùs nepote, Imperium ex integro vſurpauit. Itaque miſerum Principem in ordinem redegit; & certâ, nec ſatis congruâ redituum portione aſſignatâ priuatum viuere coëgit, ne vmbrâ quidem Ducis relictâ. Non tulit vxor altos Regio cum ſanguine ſpiritus gerens, ac inſuper Hiſpano ingenio mulier, iniuriam ademptæ poteſtatis; cumque domeſticis artibus, & iuris adminiculis nihil proficeret: ac in viro nec ſatis eſſe animi, nec virium, nec opum ad vendicandum imperium videret, altiùs ſpectare cœpit. Patrem itaque Principem, & auum Regem appellauit, ac vt ſibi coniugique adeſſent enixiſſimè orauit. Extat de hac re epiſtola apud Iouium plena indignationis, plena querelæ: quæque ſpirare ignes ira-

Guicciard. Iouius. Capella. Pineda. Spondan. Iou. Illeſc. Sabellic. Ferron. Pineda. Iou. Hiſt. l. 1.

cundiæ videatur. Eâ accenſi Auus paterque. Sed maluerunt lenibus primùm vti medicamentis, ne impotentis hominis animum irritarent. Igitur epiſtolis humaniſſimis, officijs, & pollicitationibus plenis tentarunt, mox legationes honorificas miſerunt, deinde conditiones æquiſſimas obtulerunt: tādem cum expugnare non poſſent, minas adhibuerūt.

Hinc labes, & mali caput. Vnde malorum Lærna in Italia extitit. Ferocis iuuenis Alphonſi Principis minis territus, & conuitijs irritatus Ludouicus in iram vltra cupiditatem exarſit, ac veritus vt ſibi eum hoſtem concitaret, cuius viribus par eſſe non poſſet, quo eum auerteret & frangeret, maiorem ei hoſtem deſtinauit. Is fuit Carolus VIII. Galliæ Rex. Nobili ad eum miſſa legatione iuris ad Neapolitanum Regnum Andegauenſis monuit: ad vendicandum Gallici nominis hæreditarem accendit, opem ſuam obtulit: aliorum principum auxilia promiſit, ſpei & gloriæ impleuit: prona omnia, & expedita fore recepit. Igitur perſuaſit. Rex ſuſceptâ alacriter expeditione, pulſo Alphonſo Aragonio Regnum cepit. Hàc arte repreſſa Iſabella, Aragoniorum conatus auerſi, Ioannes coniux prorſus excluſus, Ludouicus ſeruatus.

Sammarth. Comines. Guaguin. Spondan.

Breui itaque Ioannes haud ſine veneni ſuſpicione extinguitur, duobus relictis liberis, Franciſco, & Bona. Eius morte Ludouicus, qui in omnem inuadendi principatus occaſionem excubabat, & colorem cupiditati prætexru iuris inducere ſtudebat, perinde ac ſi vacaſſet feudū à Maximiliano Imperatore, inueſtituram, vt aiunt, impetrauit, & honeſto tituli obtentu Rempublicam tutiùs adminiſtrare cæpit, & familiæ ſuæ ſucceſſionem addixit, præteritis omnino Nepotibus, quibus ad eam dignitatem aditus prorsùs interdictus. Sed ei ſe tamen ex aduerſo potentiſſimus competitor oppoſuit Ludouicus Galliæ Rex XII. Auiæ ſuæ Valentinæ Vicecomitis ſororis Philippi Mediolanenſis Principis iure nixus, cui armato, & in Inſubriam irruenti, haud obſcurè Pontifex Alexander VI. fauebat: cuius cum viribus reſiſtere non poſſet imperio exutus, & non multò poſt ab Heluetijs, quorum opem implorarat, miſerè proditus in Ludouici Regis poteſtatem venit: à quo in teterrimum carcerem coniectus fuit, vbi decennium afflictiſſimus vixit, & turpi morte perſidiæ & tyrannidis ſuæ pœnas dedit. De Nepote Franciſco Sfortia legitimo Sfortiani ſanguinis hærede varia fama eſt. Guicciardinus locuples author, & grauis ductum à Ludouico XII. Rege victore in Galliam, ibique in Monaſterium incluſum, & religioſam vitam profiteri coactum ſcribit. Alij contrà (quod propius vero eſt) à Ludouico Patruo è medio ſublatum ferunt.

Sabellic. Pineda Illeſc. Ionius. Illeſc. Guicciard. Vign. Tillet. Ferron. Ioan. Auſon. Guicciard.

De filijs Ludouici Mori, Maximiliano, & Franciſco planè conſtat eos ad Maximilianum Imperatorem confugiſſe: à quo poſt cladem Rauennæ, auſpicijs Iulij II. Pontificis, Maximilianus natu maior paterno principatui reſtitutus. Non diù tamen eo frui licuit per Franciſcum I. Valeſium qui Ludouici Soceri fato functi veſtigijs inſiſtens, ſuperatis pluſquam Punico auſu Apibus, proſtratis Herculeâ virtute Heluetijs, Mediolanum vi cepit, & Maximilianum in arcem compulſum ad deditionem coëgit. Quem in Galliam miſſum Nemorenſi ad ſplendorem Ducatu, præfe-

Paul. Iouin. Bzouius. Pineda. Bellayus. Ionin. Guicciard. Ferron.

Illeſc. Bzouius. Pineda. Sandoual. Carolea.

fectura equitum ad ſolatium, ampliſſimis reditibus ad victum donauit, ac ſpe regij ſanguinis vxoris habendæ ad gloriam erexit. Sed indulgente Sfortijs fortunâ iterùm à Franciſco Rege ad Franciſcum Sfortiam reliquum ex ea familia fratrem, operâ Imperialium Ducum, principatus rediji; ne dum Sforziani ſanguinis hæres ſupereſſet, ad externos principes tranſiret Imperium. Huic bis variante cum bello rerum aleâ ſtatus gentilis redditus. Donec illo fatis concedente, Carolus V. Cæſar teſtamento hæres inſtitutus, fruſtrà reclamante Franciſco Chriſtianiſſimo, Mediolanenſem ſtatum vendicauit, anno ſalutis M. D. XXV. Nec ab illius deinceps poſſeſſione poſteri Hiſpaniarum principes ad hoc æui (tam ſunt accipiendi auidi, tam accepti tenaces imperij) depelli, vel iure, vel armis potuerunt. Atque huiuſmodi ſanè ratio inſtituti, poſſeſſi, adminiſtrati, principatus Mediolanenſis fuit.

Nunc de iure nobis quæſtio explicanda.

CAPVT SECVNDVM.

Ventilatâ de iure in vtramque partem queſtione, Gallici tandem, non Hiſpanici iuris eſſe Mediolanenſem Principatum, concluditur.

Vti docent de feminis Imol. & Domi. Philip. Fran. in cap. grandi de ſuppl. negl. prælat. Et Decius conſ. 119. verſ. ſed tamen. & Panorm in cap. dilecti. col. 3. de arbi & Guilliel. in cap. Rainutius verb. 2. n. 74. & Alex conſ. 10. poſt n. 6. lib. 5. & conſ. 93. n. 9. lib. 6. & Rum. conſ. 18. n. 13. lib. 1 & alii apud Iul. Clar. lib. 4. §. Feud n. 1. & Valaſc. de iure emph. q. 41. & de nothis tradit. Pariſ. conſ. 17. lib. 1 &

ERit qui hac rerum ſerie inſpectâ ſentiat, iure ab Hiſpanis obtentum olim, poſſideri modò Mediolanenſe imperium, & id magnis ſuadere velit argumentis.

Ac primùm: inſtitutionis lege feudali. Nam cum conſtet Mediolanum imperij feudum eſſe, atque adeò membrum ab illo corpore Imperatorum conſenſu auulſum, liquidò apparet, illud mortuo feudatario, dominò apertum ad Imperatores rediiſſe.

Secundùm: iure teſtamenti, quo Alphonſus Aragonius à Philippo Maria Vicecomitum nouiſſimo hæres inſtitutus; à quo in Hiſpaniarum Reges fuit titulus deriuatus. Nam neque Bona adulterino ex thalamo filia hæreditatem rectâ cernere poterat: nec ſe ex obliquo Sfortia inferre, peregrinitate in Vicecomitum ſanguinem infuſâ. Cum lex feudi tũ fæminas, tùm ſpurios, tum externos excludat. Quòd verò populi aura Sfortiam afflarit, & vento fauoris impulerit ad Principatum occupandum, id ſpecioſi potius tituli, quàm ſolidi iuris eſt. Cum populus vim legis, & inueteratæ ex lege conſuetudinis, infringere, mutare ve non poſſit: ſed tantùm ſpirante legis anima velificantem in ipſum, quaſi iuris portum, vnanimi conſenſionis plauſu inducere.

Tertium: ſi quo Sfortiæ gaudent titulo, eo certè Hiſpani Reges fruuntur. Nam vt Franciſcus pater & Ioannes natu maior frater Ludouici mori, iure fuerint deſtituti, quòd ad Imperium obrepſerint citrà Imperatoriam facultatem, illudque non ex præſcripto adminiſtrarint, negari certè non poteſt, Ludouicum mortuo Ioanne Galeacio nepote, ab Imperatore Maximiliano poteſtatem legitimam accepiſſe, proindeque rectè

imperaſſe. Cum conſtet iuſtum ab eo titulum impetraſſe, & inueſtituram obtinuiſſe: atque adeo feudi lege ritè initiatum Rempublicam geſſiſſe. At enim ab eius filio Franciſco, Sfortiarum vltimo poſſeſſore, legitimus hic titulus ad Imperatorem Carolum V. teſtamento fuit tranſmiſſus. Quare neque alter Franciſcus conſobrinus ex Ioanne Pattuo filius, ad ſe trahere Principatum potuit; cum illum pater Ioannes nec geſſerit, nec vt geſſiſſet, confirmatum ab Imperatore Domino acceperit: nec huius Franciſci ſoror Bona, capax feudi fuit, tum quòd femina quæ prorſus excluditur, tum quòd nullum ius à parente fratreve, qui ſine titulo imperitarant, in eandem deriuatum fuit.

Tandem ipſimet Chriſtianiſſimi Galliarum Reges, quia d illud imperium maximè aſpirarunt Ludouicus XII. & Franciſcus I. quaſi iuri ſuo diffiſi ab Imperatoribus inueſtiri voluerunt. Fertur enim Ludouicus ingenti pecuniæ ſumma Maximilianum Imperatorem inuitaſſe, vt ſibi titulum Mediolanenſis Ducis donaret, quod legitimum eſſe Dominum cognoſſet. Nec minore ſtudio Franciſcus traditur, cum Carolo V. egiſſe, vt vel ſibi, vel vni ex filiis Principatum illum cederet, ad idque operam Pauli III. Pontificis adhibuiſſe. Quippe cui compertum erat Mediolanẽſem Ducatum non regij iuris eſſe. Quid? quòd pacifica ſublato Franciſco, & per tot annos ducta, nec vllo vnquam turbine intercurrente perturbata poſſeſſio, titulum magnopere Hiſpanicum confirmat. Adeo vt ipſa Gallorum de huiuſmodi ſtatu recuperando profunda obliuio, & Hiſpanorum ipſum poſſidentium alta ſecuritas planè commonſtret, nec eos eſſe dominos, qui non repetunt, & eos eſſe, qui retinent.

Iſer cap. 1. §. quid ergo de inueſti de re alien. facta. & eſt tx expreſſus in ca. § naturales ſi de Feudo defuncti ff. iuxta (un.a. conſ 1.8 n. 4 & Poet. deciſ. 123. n. 6 & alij apud Clar q. 82. & de externis autores ſunt Bal in l eius in fine pri ff. de ſolut mat. & Gozad. conſ. 9. & conſ. 16. n. 30. & Socinus iunior. conſ 112. n. 8. lib 2. & conſ. 27. n. 26. & alij apud Cal. conſ. 10. ſub. tit de verb. ſign. & Rub. conſ. 154 n. 31 & Alex. conſ. 16. n. 3. vol 2.

§. I.

Verùm nihil huiuſmodi argumenta conficiunt. Quare ſtatuendum Mediolanenſem Ducatum non Hiſpanici, ſed Gallici iuris eſſe. Et quidem non eſſe Hiſpanici, proximæ rationes oſtendunt. Omnes enim, ſi ſecundam excipias, probant illum ad Imperatores, quòd Imperij res ſit, pertinere. Qui ergo à Regibus Hiſpaniæ vendicatur & retinetur? Nam quod ad Carolum V. redierit, non regio, ſed imperatorio titulo tractus redut. Itaque cui imperium, ei & Mediolanum tradere debuit: nec rem Imperii alienare ab Imperio potuit, nec ab eo corpore membrum cum gemitu iuris auellere. Atque vti Pontifices, quæ Romanæ ditionis oppida erant, alienare auſi non ſunt: ne Petri patrimonium diſſiparent: ita Imperator Carolus non debuit, quæ Auguſtalis erant ditionis alieno dominio tradere, & te ſuâ Imperium fraudare. Adde: ipſo Carolo autore conſtare imperatorij iuris Mediolanenſem Principatum eſſe. Cùm apud Paulum III. Pontificem Maximum, quem Romæ conuenerat, vt de ſumma Chriſtianæ Reipublicæ cum illo ageret: quæ tum in eo ſita videbatur, ſi cum Franciſco potentiſſimo Galliarum Rege depoſitis ſimultatibus in gratiam rediret, & inita ſocietate coniunctis vterque animis, & opibus Turcarum vires frangeret, eleganti & ardenti oratione contra Franciſcum perſuaſerit, retinendum ſibi prorſus eſſe Mediola-

Iouius. Caſſan.

Guicciard.

num ductis è re Imperii rationibus, petinde ac ſi truncatâ Inſubria Imperium non poſſet conſiſtere: eoque Pontificias pro Franciſci Regis iure preces eluſit, quòd diceret neruos ſe, & clauem Imperii non abiecturum.* Quod & antea in Germania cum Ferdinando fratre diſſeruerat, profeſſus paſſurum ſe poriùs quidquid durum & aſperum foret, quàm illa parte imperii ſpoliari, quam cùm nobiliſſimam, tum permagni ad tuendum Imperium vſus eſſe comperiſſet. Itaque maluit Belgico, eoque auito, & maximè hæreditario Principatu cedere, locata in matrimonium regia vxore Carolo Franciſci Regis filio, quàm Mediolanenſi imperio carere. Quam & ſi poſtea ſententiam mutarit, & Mediolanum tandem in dotem eidem Principi cum eadem vxore obtulerit, id maximè inuitum feciſſe, & fore vt conceptæ ſponſionis pæniteret, atque adeo eâ non ſtaturum haud obſcurè apparuit. Igitur vel Caroli ipſius iudicio Mediolanenſis Ducatus, cùm imperij res eſſet, Imperatoribus, non Hiſpaniæ Regibus addicendus. Quod iudicium Galeacius Cappella de bello Mediolanenſi lib. 1. candidè & apertè proponit. *Carolus*, inquit, *ægrè ferens Galliarum Regem Mediolanenſibus, qui antiquo iure ad Romanum Imperium pertinerent, dominari, Leonem Pontificem nuntiis ſollicitare cæpit.* Quî igitur potuit idem met Carolus Mediolanenſes Imperio obnoxios addictoſque ei ſubtrahere, & ad Hiſpanos traducere, inuitos præſertim, & repugnantes, & Hiſpanicum iugum vtiiniquum detrectantes? Quod cùm aliàs ſæpè, tum præcipuè apparuit cùm pulſis Gallis, qui Franciſcum exegerant, Principatum illum retinere Carolus voluit, nec vllam Franciſci Sfortiæ ſuum repetentis patrimoniũ rationem habere. Quam ob iniuriam tota penè in Hiſpanos Europa conſpirauit: nec deſtitit: donec Franciſco Sfortiæ ſuus eſt Principatus redditus. Ex quo deducitur Mediolanenſes inuitos & reluctantes in Hiſpanorum poreſtatem veniſſe, quod fieri per feudi leges non poſſe planè conſtat.* Quinimo hoc ipſo actu alienationis inuitis Vaſſalis, Carolus ipſe Imperator dominus, proprietatis iure priuatus eſt, iuxta communem ſententiam iuriſconſultorum, quam proponit & ſequitur Aluarotus in cap. 2. & Curr. iun. conſ. 164. poſt num. 34. & Iul Clar. lib. 4. §. Feudum q. 2. 28. à pari enim dominus & Vaſſallus iudicantur, quæ eſt ratio Innocentii expoſita ab eodem Clar. q. 21. 27. & 28. & ſumitur ex tex. iuncta glo. in cap. 1. de form. fidel. & ibi Bal. & Alua. in not. bar. in proem. digeſtorum §. 1. At placuit Carolo libidine dominandi ius auertere, & Hiſpanæ cupiditati litare.

Opponitur ex ſecundo argumẽto: Philippi Vicecomitum poſtremi teſtamentum, quo hæredem Alphonſum Aragonium inſtituit. Sed non hoc titulo ſatis ipſi Hiſpani fidunt: homines acuti, cauti imprimis, ac ſagaces: tum quòd videant lege feudi externum vocari non potuiſſe: tum quòd ſciant teſtamentum ſine conſenſu domini factum non valere, tum quòd pro comperto ſit Valentinam legitimam iuſto ex thoro ſororem præteriri non debuiſſe. De quo proximè fuſius agemus.

§. II.

Pineda.

Iouius.

Capella.

Paol Iou.

* Iuxta gloſſ. 1 ff de fideic miſ. libert. Quæ eſt cõmuniter approbata vt tradit Epiſcopus Loazes in ſuis alleg. pro Marchion. Velez in 1. dub. & Curt. iunior de Feud. in 6 p. principali in 2. q. & Grat. conſ. 14?. n. 5 & ſec lib. 1. & Dec conſ 594 n 9. cum ſeqq. & Iaſ. in lib. de bitor. n 7. Cod de pact. & Afflictis in dec. 29 n. 69 & videtur expreſſius in cap. 1. § ex ead. lege de lege Conradi rationem affert Inno in cap. audiris de præſcript.

§. II.

Remoto Hiſpano Gallum inducimus. Ac primùm iure auito, eoque primario Galli Reges fruuntur; vt qui autores illius Imperij extiterunt, ij hærede legitimo deficiente ad ſe iterum poſtliminiò trahant, ne ad alienos dominos deuoluatur. Iraque cum compertum ſit à Carolo Magno, euerſo Longobardorũ in Italiâ Regno, Inſubriam ijs ab eorum nomine Lombardiam nũcupatam in ſedem attributam, ne reliquum Italiæ bello attentarent, non eſt ambigendum quin vbi legitimi hæredes deficerint, ad autores eſſet reditura. Eo maximè titulo, quòd à quibus extortum ſit Longobardorum Principibus, ij Schiſmatici, & à Pontifice proſcripti, & haud dubij Eccleſiæ hoſtes erant: quibus nullo iure licuit Chriſtianorum prouincias obtinere. Quapropter quidquid ijs ademptum, addictum ei qui vendicaret. Nam quæ vel infidelibus, vel manifeſtes Eccleſiæ hoſtibus eripiuntur, ea certè eripientis ſunt, & vindicantis.

Cum igitur Lombardiam Galliæ Reges à Longobardorum, qui tunc aduerſus Romanos Pontifices rebelles Eccleſiam bello vexabant, poreſtate liberarint, eamque beneficio ſuo poſſidendam ijſdem poſteà domitis permiſerint, dubium non eſt quin eam iuris ſui fecerint, & ſupremum in eam dominium retinuerint, quòd ſanè per Magnum Carolum, qui, Horatio Turſellino autore, nobili teſte, *Regnum quod Longobardi tenuerant ſibi retinuit, id reliquâ fermè Italiâ Pontifici donatâ, ad poſteros translatum eſt.* Nec obſtat penes Imperatores eam poteſtatem fuiſſe: nam quo tempore Longobardos deuicit, & Imperio Italiæ exuit Carolus, nondum Imperatoris munere fungebatur. Quare ad Reges Galliæ, cuiuſmodi erat ipſe, ius Mediolanenſis imperij ſpectabat. Quòd ſi poſteà Imperatores interceperunt; egerunt quidem iniuſtè, nullo facto in Caroli perſona Regis, & Imperatoris diſcrimine. Quod ſi fieret nunquam profectò ius Gallicum & Regium cum Germanico & Imperatorio confunderetur.

Quid? quod Mediolanum Pipinus Caroli Magni filius Regni in Italia ſui ſedem fecit, eaque ciuitas cum reliquis ditionis ſuæ opibus Gallis paruit? Nam quemadmodum Oſtrogorthi Rauennam, ita Galli contra Mediolanum Regni caput elegerant: quò *ea vrbs*, reſte Æmilio, *arx Italiæ, Galliæ, Germaniæ haberetur.* Ita cùm primùm Longobardica eſſe deſijt, Gallica eſſe cæpit. Quòd ſi poſteà excuſſo iugo libertatem nacta reſpirauit, id cùm beneficio Galliæ obtinuerit, certè debuit cùm ſeruiendum deinceps fuit, veteres dominos recognoſcere, neque ad alienos, & Gallico maximè infenſos nomini, cuiuſmodi ſunt Hiſpani, tranſire. Accedit, quòd initio illo imperij etſi ſuis legibus Mediolanum vtebatur, arbitrio tamen Gallorum Principum gerebatur Reſpublica: adeò vt ex inueterata adminiſtratione, & cum Gallis conſuetudine illa prouincia, Ciſalpina Gallia diceretur.

Deinde: eſto ius ſibi directum dominij Imperatores arrogarint, illudque Galliæ Regibus eripuerint, ac longa vſucapione præſcripſerint: vſu certè fructu & vtili, quod aiunt, dominio nemo Gallos iure fraudarit,

Baron. Sigon. Authores qui ſupra cit. Iuxta regul. legis naturalem § vlt. ff. de acquir. rer. dom. Et l. ſi captiuis. verb. Publicatur. ff de capt. & ſecundum doctrinam Diui Thomæ. l. 3. de Regim. Princip. c. 11. & alios Theologos & Iuriſconſultos citatos ac Couarr. d. 2. p. § 11. n. 1. & 6. Eſtque tex. opt. in cap. Abbate de re iud. in 6 ibi ſimct. Gloſſ. ib. verb. Ab infidelibus poſt Innocent. quem citat. Ita communis ſenſus apud Felin. Menoch. Auendan. Burg. Garc. Andr. Sicul. Velaſc. Padill. & alios complures. quos affert Iuriſconſulti Luſitani in lib. de iure ſucced. l. 1. 2. 2. n. 8. & 9. Horat. Turcel. Paul. Æmil. Regino. Ado. Sammarth.

Caſſan. Til. Volaterr. Illeſcas. Iouius.

ijſvè Hiſpanos præponer. Nam qui Luchino Galeacius ſucceſſit, è Comite Virtû Dux Mediolanenſis effectus, cum Regia vxore Valentina Gallicas opes ad Imperium obtinendum adduxit, ac honeſto graritudinis titulo ſtatum illum Galliæ obnoxium fecit. Nec deſunt qui exiſtiment Ioannem eius filium hæredes Gallos Principes teſtamento inſtituiſſe: quod poſteà ferunt à Philippo Vicecomite confirmatum: ne hac quoque parte Galli Hiſpanis inferiores ſint. Sed grauioribus res Gallica nititur argumentis, illud Achilles ſit.

§. III.

Iul Clar. Guicciard. Sabellel. Iouius. Odofred. Dec. Pariſ. Curt. Roland. Iouin. Clar.

Philippo mortuo ſuperſtes erat ſoror Valentina Ludouici Aurelianenſis Ducis vxor, quæ in ſtatû ſuccedere debebat, atque adeo excludi hæreditate non poterat. Quo igitur iure Alphóſus Aragonius hæres inſtitutus, manifeſta iniuria facta Valentinæ? Nec obſtat lex feudi fœminas excludētis, quò minus Valētina ſuccederet: *Nam*, vt ait Iulius Clarus, *quidquid ſit de iure, videmus de conſuetudine contrarium obſeruari, quia mulieres quotidiè in Comitatibus, & aliis dignitatibus, & etiam in Regnis ſuccedūt.* Atque hoc ipsū eruditè probat Tiraquel. de iure Primogeniorum q. 10. & inductis exēplis ſecundum conſuetudinem probat ipſe cum Imo. Perr. Anch. Phil. Fran. in cap. grandi. de ſuppl. negl. præl. & Bal. & Card. Alex. in cap. 1. §. hoc autem, qui feud. da. poſ. & Boër. conſ. 663. nu. 7. & 9. lib. 1. Quod indubitatum quidem eſt in ijs feudis in quibus illa quæ à maſculis præſtantur præſtare fœminæ poſſunt. Vti docet Iac. de beluis. cap. 1. §. quin etiam rit. Epiſcopum & Goz. conſ. 59. n. 18. & Cur. iunior. 1. reg. verſ. non fallit. Adde quòd in ipſo Principatu Mediolanenſi, hoc prætextu, perinde quaſi feminarum etiam notharum ratio haberetur, Franciſcus Sfortia Blancæ coniux, fauore populi ſtatum occupauit. Ius non probo: prætextum adſciſco. Itaque Philippi teſtamentum Valentinæ ſorori ac eius nepotibus præiudicare non potuit, cùm ea non debuerit heredirate excludi. Qua de re eleganter Iul. Clarus. diſſerit q. 80. maximè cum illud feudum emptum fuerit, vti proximè dicemus; in quo haud dubiè feminmæ ſuccedunt. Iuxta Odofredum in ſumma qui poſſint ſuccedere in feud. & Dec. conſ. 390. n. 7. & Pariſ. conſ. 4. n. 39. lib. 1. & Cut. iuniorem 1. reg. verſ. ſexto limitare & Rol. conſ. 41. vol. 4. & conſ. 40. eodem vol. & Socin. iuniorem conſ. 65. poſt n. 16. verſ. vol. tertio lib. 1. & alios apud Clar. & Commen. q. 73.

Bald. Alex. Rubeus. Gra. Dec. Pari.

Probo vlterius teſtamentum illud Philippi Vicecomitis Gallico per Valentinam iuri officere non potuiſſe: neque Hiſpanos quicquam Reges iuuaſſe. Quia feudum illud, quod gentile erat, peregrino relinqui non potuit: ex recepta lege feudali apud Bal. in l. etiam in fine principij ff. de ſolu. matr. & Alex. conſ. 16. num. 3. vol. 2. & Rubeo conſ. 164. n. 11. & Gra. conſ. 29. n. 41. lib. 2. & Dec. conſ. 175. poſt num. 1. & conſ. 395. n. 8. & Pariſ. conſ. 2. n. 32. lib. 1. Cum præſertim principes gentilis familiæ ſupereſſent. Quòd ſi nulli ſuperſtites forent, adhuc inſtitui externus princeps non debuit. Imò ea inſtitutio irrita & inanis fuiſſet,

cùm manifeſta domino iniuria fieret, ad quem tunc feudum pertinebat. Nunc ad cauſam. Alphonſus Aragonius omnino externus, & alienus erat. Non deerat princeps gentilitiæ Vicecomitum familiæ per Valẽtiniam, aliosque principes. Igitur non valuit inſtitutio. Quæ tam eſt ratiocinatio vera, vt eâ ductus Galeacius ille, qui cum Maximiliano Cæſare aduerſus Gallos in Italiam venerat, legitimum ſe Mediolanenſis Imperii contra Sfortias hæredem iactaret, quòd ſe ſuperſtite ex illo Vicecomitum ſanguine, non poſſet ex alieno externus ſe princeps intrudere. Nec deerant homini ſuffragia: vti ſibi etiam affore non dubirauit ille Sacramorus, qui pro Gallis aduerſus Maximilianum Sforriam bellauit, qui, vt inquit Iouius, *quòd ad Vicecomites quamquam ex notho proauo genus referret, Sfortianis tamquam inſititijs nouiſque principibus Imperium ſemper inuiderat, quod poſt Philippum fato functum, ex Blancæ ſpuriæ connubio, freti armis illud intercepiſſe viderentur.* Et quamuis neutri eorum ius eſſet, præ Ludouico Rege ex Valentinia legitimo ſucceſſore: ab vtroque tamen argumẽtum ſumitur; externo, dum ſupereſt domeſticorum aliquis, ſuccedendi in feudum locum non eſſe. Quare hæreditario iure ad Valentinam Mediolanenſe Imperium ſpectabat, nec eam potuit Alphonſus Aragonius teſtamento, quod inane prorſus, & irritum fuit, excludere. Paul. Iou. Hiſt. lib. 11.

Iam verò Sfortianum ius in præiudicium Valentinæ, ac hæredum nullum eſſe potuit: cum Sforria nec per ſe, nec per vxorem Blancam habilis ad ſtatum illum fuerit. Nam ipſe alienus à Vicecomitum ſtirpe: Blanca ex adulterino thoro ſuſcepta. Vnde igitur ei ius eſſet? Quare intruſus ille per vim, contra fas legeſque, deluſo Mediolanenſi populo, cui ſpeciem primùm libertatis obtenderat, vt ſecuriùs Imperium occuparet. Quod vt ſenſit Senatus, vicem ſuam dolens, de illo expellendo deliberauit, & in ea conſultatione haud dubiè Ducem Aurelianenſem prætulit, quòd iure præſtaret: licèt quidam, Venetis intercedentibus, Alphonſum Aragonium mallent. Sed neuter obtinuit, deſtinante Sfortiis Imperium fortunâ, quæ Franciſco prolixè indulgebat. Vti poſteà in bello, quod aduerſus eum motum eſt apparuit: in quo cum ſuperior extitiſſet, principatum ſibi, vel totâ fremente Italiâ & Galliâ, vendicauit. Pont. Sabel. Illeſc. Guicciard.

Agè verò, oſtendamus Sfortiam nullo iure præditum: nec vllo deinceps eius poſteros gauiſos fuiſſe. Conſtat illum confirmationem ſtatus ab Imperatore impetrare non potuiſſe, atque adeò cùm ipſum, tùm eius filium Galeacium inauguratione debitâ caruiſſe. qui autem eam primus à Maximiliano Cæſare obtinuit, Ludouicus Morus, is certè nullâ ratione obtinere potuit. Pudet hac in re quid Hiſpani ſcriptores tradant, afferre: mirorque tantùm apud eos libidinem dominandi valere, vt cogat tranſuerſum ire, & non iuri modo, ſed rectæ item rationi ac pietati refragari. Aiunt Ludouicum iſtum Sfortiarum omnium primum Mediolanenſem Ducatum iure occupaſſe, primúmque Ducem Mediolanenſem inſtitutum, quòd primus à Maximiliano Auguſto inueſtituram, & titulos rite acceperit. Proh Deum atque hominum fidem! Ergo ne ille monſtrò, quàm homini propior, ex omnibus penè nefariis vitiis concretus, nullius fidei, nullius pietatis, nullius frontis, excluſo, & in or- Vide Pind. & Illeſc.

dinem redacto Ioanne innocentiſſimo adoleſcente,ſpretâ legum authoritate, contempto iuris honore, ruptis ſacræ neceſſitudinis vinculis, in principatum per ſummam libidinem, & impudentiam intruſus ritè ſit à Maximiliano initiatus? Equidem cùm lego, quibus ille artibus pararit Imperium, quibus retinuerit, non hominem, ſed Furiam ab inferis excitam mihi videor intueri. Quid enim quæſo Alecto illa Virgiliana, inuiſum numen,tam immane & atrox molita,quo non Morus iſte immaniora, & atrociora multò patrarit? Quamobrem iuſtiſſimas ille miſerè proditus, & acerbè afflictus, in teterrimo ergaſtulo pœnas perſoluit. Et tamen ab hoc monſtro decorum ſibi putant Hiſpani iuris titulos mutua-
Virg. lib 7. ri. An ille potuit viuo Ioanne Nepote, & mox veneno extincto iuſtè imperare? Ergo ſuperſtite Franciſco, & Bonâ liberis, ritè,ac rectè Ludouicus adminiſtrarit Rempublicam,violato iure, inductâ tyrannidè, côculcatâ pietate? At occidit Franciſcum,& ſanguine ad Imperium viam ſtrauit. O praclaram imperandi rationem! Hac & Tullia carpento per cadauer patris cum gemitu oſſium acto, & Athalia ſuper aceruos Regio-
Tit. Liuio Dec. i. lib. i. 4. Reg. ii. rum iuuenum occiſorum inuecta ad regnum iit. Hoſtium cruore effuſo, non Nepotû, Regna comparantur: Nec ſuper cadauera propinquorum recalenti adhuc ſangnine fumantia, ſolium collocandum. Emptum à Maximiliano Imperatore Principatum, Ludouici aſtus; venditum, Maximiliani dedecus fuit: *Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames*? Non
Virg. l. 3. Æn. Iouius. Mexia. Guicciar. hâc ſolum vice turpem egeſtatem Maximilianus expertus: infelix ſæpè in Italicis præcipuè expeditionibus Imperator. Vendidit hic ergo ſtatum, & iuſtitiam liberorum Ioannis Galeacij, Franciſci, & Bonæ ſuperſtitum, Dei hominumque fidem inclamantium.

Non tamen abibunt impunè hâc ſuâ raptâ Helenâ Hiſpani; ſic enim hoc argumento refutem vt palinodiam dicere cogantur. Si Ludouicus Morus ritè inſtitutus, cur idem Maximilianus Cæſar ſuſcepta Mediolanenſi expeditione, vnum è nepotibus ſuis, Ducem Mediolanenſem inſtituere cogitabat? Si Franciſcus eius filius legitimus hæres, ac dominus illius Imperij erat, cur Carolus V. eum in ordinem redigere ſtatuebat. & ſibi ſtatum vendicare? vti ſanè egiſſet, niſi Clemens VII. initâ cum reli-
Guicciard. Paulus Iou. quis Italiæ Principibus conſpiratione obſtitiſſet. Quare ſi iuſtum Maximilianum, ſi religioſum Carolum credimus, non debemus affirmare Lu-
Iou. Illeſc. douicum, & eius liberos jus in eo Principatu habuiſſe: quando vterque Cæſar eum illis adimere, & ad ſe trahere decreuit. Itaque eo Hiſpanos aduerſarios adduximus: vt aut Sfortiam iniuſte imperaſſe, aut Cæſares iniuſtum quiddam attentaſſe, fateri debeant.

Nec potuit ipſemet Ludouicus Morus, jus Regis Gallorum Ludouici, vti erat acutus ignorare, qui videret eum Valentinæ auiæ gentili Vicecomitum titulo niti. Quod re poſteà probauit. Nam eo, quod communi totius penè Italiæ conſenſu, aduerſus ipſum ſuſceptum eſt, bello, cum
Iouius. peti ſe à Ludouico Rege, ſua repetente vidiſſet, ita cum eo paciſci voluit,
Hiſt. lib. 6. epiſt. vt ab eiuſdem manu Imperium acciperet, & annuum tributum penderet, perinde ac ſi eius beneficio imperaret, quod Paulus Iouius diligentiſſimus ſcriptor, literis mandauit, qui autor item eſt indubitati eiuſdem

Ludouici ad Mediolanenſe Imperium iuris. Ita enim, expoſita diuiſione Italiæ, ex fœdere inter Alexandrum, & Ludouicum Chriſtianiſſimum, Venetumque Senatum factâ ſcribit, *ex ea diuiſione Mediolani Principatus non obſcuro iure hæreditatis Ludouico quærebatur.* Et quidem vti Morus fædè irrepſerat, ita turpiter retinere Principatum voluit: miſſis ad Bajazetem Turcam legatis, vt ſui tutelâ ſuſceptâ in Chriſtianos armis graſſaretur. Sed cum à ſuperis Turcæ conatus repreſſi, tum à Ludouico pænæ tyrannidis expetitæ: nam bis victus, bis Mediolano exutus, demùm à ſuis, quos conduxerat, militibus proditus in Ludouici Regis poteſtatem deuenit. Hunc igitur Morum, multò maiore, quàm Illeſcas, qui ab eo in Hiſpanos ius deriuat, cùm prudentia, tum fide tradit Corderius item Hiſpanus, contra ius faſque in ſtatum Mediolanenſem irrupiſſe, & tyrrannum, non principem egiſſe. Quo eum etiam nomine appellandum cenſet Pineda, quòd veros ac legitimos Mediolani dòminos, vti ait, Ioannem Nepotem, & liberos excluſiſſet. Licet tamen ad ingenium redeat, & ius Hiſpanicum tueatur, ſed leuiſſimis ex inani fallacia, & ridicula pataemia, non ex ſolido iure depromptis. Hiſt. lib. 5. Illeſc. Corderius. lib. de Iconib. Pineda Hiſt. l. 4.

Atque hic ego illato gradu Hiſpanòs vrgeo. Sfortiæ ante Ludouicum nullum ad Principatum ius habuerunt, quòd, ſicuti ipſi Hiſpani tradunt, ab Imperatore non ſunt, aut inueſtiti, aut confirmati. Sicuti nos aſſerimus, quod non potuerunt excluſâ Valentinâ Vicecomite, ac eius legitimâ prole Imperium occupare. Ludouicus autem Morus haud dubiè tyrannus extitit, nec pôtuit à Maximiliano Cæſare contra leges inſtitui, cum quo inſtitutus eſt tempore, Franciſcus, & Bona Ioannis liberi ſuperſtites eſſent. Quos non potuit Imperator iure paterno ſpoliare. Igitur quando ius vel Morus acquiſiuit, vel ad Hiſpanos tranſmiſit? vel quæ Maximiliano autoritas ad ius Nepotum infringendum, & feudi rationes proculcandas? Cum præſertim Ludouici Aurelianenſis nullam omninò habuerit rationem, qui iuſtis ad Mediolanum titulis poſſidendum trahebatur. Cum de Ludouico eius auo ſcribat Paulus Æmilius libro decimo: *Regis Frater Ludouicus mortuo Philippo Mediolanenſium Duce, omiſſo Aurelianenſi Ducatu, Mediolanenſis Dux creatus.* Non his artibus comparantur Imperia, quibus ſanè euertitur ius, virtus, modeſtia, temperantia, nihil integrum iuſtitiæ, ac pietati relinquitur. Adde quod Borbonius, ac Triuultius, Franciſco Rege Gallorum, alter Mediolani Prorex, alter Imperator, Maximiliano armato, & prætextu capiendi inſignem è ferro coronam, aditum in eam vrbem quærenti reſponderunt, *eam in poteſtate Franciſci Regis eſſe, qui non ambiguo iure, & virtute bellica vindicarat. Nec vllum ipſimet Cæſari ius relictum, cùm quidquid authoritate imperatoriâ retinebat, auro ad Tridentum Ludouico Regi vendidiſſet.* Qua ratione vſus eſt ſemper Franciſcus: ne illo Principatu Carolus V. Cæſar frueretur: cum nec deberet quod pretio venditum fuerat repetere, nec poſſet à quo iure ſanguinis erat alienus, id tanquam proprium vendicare. Paul. Æmil. Paulus Ioui. Hiſt. lib. 16.

Iam verò, quòd aiunt, Franciſcum alterum Maximiliani fratrem, Sfortiarum vltimum, hæredem Carolum inſtituiſſe, atque adeò quo iure gaudebat, id ad Cæſarem tranſmiſiſſe, nullius ſanè momenti eſt. Cùm Sandoual. Illeſc.

Franciſco vti nullum ius erat: ita non liceret ius tranſmittere, nec vt tráſmitteret, ad Hiſpanos id Reges tranſire decebat, ſed ad Auguſtos, quòd Auguſtali titulo principatus additus, & in eius vtilitates explicatus. Cum præſertim illa Franciſci teſtamento facta legatio, coacta prorſus, extortáque fuiſſe videatur; quòd neque impoſitam à Carolo ingentis pecuniæ ſummam expedire, ac ſoluere, nec paratam vndequáque armorum vim ingruentium auertere, ac euitare poſſet.

Præterea ſi donationes, & teſtamenta Sfortianorum quid præſtant ad titulum tribuendum: certè, vt omittam alia Vicecomitum: extat Maximiliani maioris natu Ludouici filii, ſolemnibus concepta Verbis, & teſtamento excepta donatio: qua ille Regi Chriſtianiſſimo Mediolanenſem Principatum legauit. Quæ eò certè plus habere virium debet, quò maioribus ille donis cumulatus, ac beneficiis affectus à Rege Franciſco fuit: vt vnus è ſummis Galliæ Principibus, quâ honore, quâ gradu, quâ opibus exiſteret. Itaque quocumque ſe titulo commendent Hiſpani, eo etiam Galli commendantur. Ita vt nullo Hiſpani gaudeant, quo Galli non fruantur: multis fruantur Galli, quo Hiſpani priuentur. Nam neque Vicecomitum gentilitio iure vocantur, neque emptionis titulo poſſident; qui vterque Gallorum Principum proprius eſt. Quare iuſtiſſimus ille æquitatis arbiter Rex Franciſcus, quo nemo aut foris ardentiùs bellauit, aut domi prudentiùs Rempublicam geſſit, eò ferme cogitationes omnes ſuas ac opes contulit, vt Mediolanenſem agrum, vti in Apologia vocat, recuperaret. Id poſtquam armis non potuit, literis, legationibus, præmiis, minis, non deſtitit ſollicitare, ac eo tantum contentus, quod ſui maximè iuris eſſe putaret, de reliquis in Italiâ prouinciis poſſidendis, minùs cogitauit. Quò apparet, conſtare illi Mediolanenſem Principatum ſuæ haud dubiè ditionis eſſe: adeo vt Neapolitani Regni expeditionem, nomine Valdemonii, Andegauenſium Ducis rectâ lineâ hæredis, ſuſceperit: profeſſus: nolle ſe aut quod alienum eſſet attentare; aut quod ſuum eſſet relinquere, vtrobíque æquus iuris æſtimator. Nec Carolo dubium eſſe potuit, quin ad Franciſcum Mediolanum pertineret, quòd cum eo ſit pactus, vt locarâ in matrimonium Ferdinandi Regis fratris filiâ, Regio iuueni Carolo, Imperium Mediolanenſe dotis nomine tribueret; imò & quòd illud numquam voluit dimittere; non ex eo fuit, quòd de Franciſci iure ambigeret, ſed quòd cum profunda ambitione imperandi teneretur, nolebat quidquam quod ſemel occupaſſet, relinquere, & quòd credebat Franciſcum Mediolano non contentum, aliis Italiæ prouinciis oculos adiecturum. Quas ſanè cauſas non obſcurè Iouius indicat, & perſpicuè Franciſcus ipſe proponit in Epiſtola apologetica ad Paulum III.

Magna item ex Pauli ad Carolum ipſum V. adhortatione, & Mediolanenſium ciuium ergaCarolum Franciſci Regis filium, amore momenta ſumuntur: quippe quòd conſtat, ſæpè ab illo Pontifice monitum Carolum, vt Mediolanum Franciſco redderet: & ab his magnoperè expetitum Carolum Aurelianenſem: quem ſibi votis omnibus cuncti Mediolanenſes Principem exoptabant: quemadmodum ingens de illius

[Marginal notes: Iouius Guicciard. Bellay Parad. — In epiſt. apologet. ad Paul. III. — Iouius. — Bellay Guicciard. Sammarth. Parad. — Epiſt. apolog — Ciacon. Illeſc. Iouius.]

acerbâ morte conceptus dolor magnis ſignificationibus proditus teſtatur. Vnum illud adhuc refrico vulnus, cui mederi non poſſint Hiſpani. Concedamus Mediolanum Gallici iuris non eſſe: Hiſpani certè eſſe non poteſt: cum Auguſtale ſit, atque adeo Imperatorum ſupremæ ius poteſtatis. Addiderimque pondus coniecturæ adductis proximè rationum momentis. Cur quæſo Carolus V. Imperator fœdere apud Sueſſiones illo celebetrimo pactus eſt, ſi filiam Aureliano Principi Carolo locaſſet, Belgium: ſi neptem ex Ferdinando fratre, Mediolanum in dotem daturum? Cur pactum ita inſtituit, nec mutauit vt Mediolanum filiam, Belgium neptem ſequeretur? Sanè quod vidit Mediolanum ad fratris filiam Imperatoris deſtinari, non ad ſuam propriè pertinere: atque adeò vt conſcientiæ ſatisfaceret, & rem quam putabat eſſe Imperii, Imperatoris filiæ redderet; & huiuſmodi ſpecie, iuſtitiæ Cenſoribus blandiretur. Etſi eum poſteà ab hoc recto propoſito, quæ omnes actiones virtutis peruertunt, priuatæ, quas politicas vocant, rationes, ex Hiſpanico ingenio deduxiſſent. Guicciard. Iouius.

Vnus tamen ſcrupulus ſupereſt: nec is ſanè ſpecie leuis, quo minùs Mediolanum iure vendicare Galli poſſint; quem idcirco Hiſpani importunè objiciunt, quòd ex eo ſibi titulum cum Gallicæ fidei detrimento affectent. Atque is eſt huiuſmodi. Fœdere inter Maximilianum Imperatorem, & Ludouicum XII. Galliæ Regem icto: recepit is deſponſurum Claudiam filiam, & quidem deſpondit, Carolo tum infanti, Philippi Flandriæ Comitis, mox Hiſpaniæ Regis filio, Maximiliani Nepoti. At quò firmius vinculum ſponſalium eſſet, eam ſibi legem Rex ipſe impoſuit, vt ſi fidem falleret, præſtaret culpam, & iure ad Mediolanum ſuo decederet, & in Carolum deluſum tranſmitteret. Quæ quidem ritè concepta cum onere iuſtitiæ ſtipulatio fuit. Hanc quòd Rex non impleuit, quippe qui Claudiam Franciſco Engoliſmenſium Duci, Regi Gallorum futuro vxorem, prętermiſſo Carolo, dedit, pœnam violati fœderis incurrit, atque adeo ius omne Mediolanum retinendi amiſit, & ad Carolum tranſmiſit. Mexia. Paul. Iouius. Illescas.

Sed non tanti faciendus, quanti Hiſpani volunt ſcrupulus eſt: nec vt ſit, eo aduerſus Gallos, quaſi argumento, vti poſſunt: niſi velint eadem ratione, alijs, quæ poſſident, Regnis ſpoliari. Ac imprimis ea ſtipulatio, non niſi re integrâ ſtare potuit: eâ mutatâ, cadere omnino debuit: quòd rei naturam ſequeretur. Agè verò atrocia poſteà ſecuta ſuper Neapoli, & Perpiniano inter Gallos, & Hiſpanos bella, ſtatum rerum prorſus cómutarunt, & initi rationem fœderis corruperunt. Quare conſulendum fuit Gallicæ inpoſterum tranquillitati, & erumpentibus vndique bellis occurrendum. Nam nec pax eſſe domi, nec foris victoria parari, niſi Franciſco in generum aſſumpto, poſſe videbatur. Præterea non mediocriter recrudeſcente ex amiſſa Neapoli Gallorum dolore, commota Reſpublica, & inſuper ſollicita, parturiente in Venetorum excidium bellum totâ penè Europâ cóiuratâ. Quæ res, & alij non obſcuri eiuſdem Cæſaris, & Philippi filij, maximéque Ferdinádi anteà Catholici, omnia ex priuato commodo metientis, in Gallorum perniciem conatus, iuſtam rumpendi Paul. Iouius. Guicciard.

fœderis cauſam dederunt. Deinde quî potuit conditionem illam ex fœdere ſeruare Ludouicus, cui fidem in Comitiis Cameracenſibus ſolemni ſponſione datam Iulius II. Pontifex, & Ferdinandus Catholicus toties fregerunt? Quare cum fidem frangenti frangenda ſit fides, quâ ratione perfidum Ludouicum Hiſpani fuiſſe volunt, eâ iuſtus maximè fuiſſe videtur.

Guicciard. Illeſc. Iouius.

Accedit ſtare illud fœdus non potuiſſe, quod fuerit in hæredum præiudicium inſtitutum. Non tam facilè hæreditaria iura, vel amittuntur, vel interuertuntur. Alioqui ſi poſſidentium voluntate primogenia, & nexa primogenijs bona alienantur, ecquis tandem locus iuſtitiæ poſterorum? Non ſunt huiuſmodi bona vnius tantum arbitrij aut poteſtatis. E communi parentis & autoris radicę trahuntur, & cum ſanguine deriuata ſtirpibus miſcentur: nec perſonæ addicta ſeruiunt, ſed ſobolem liberiùs latiuſque ſequuntur. Quare ſi quod Ludouicus pactum inſtituit, rupitve, non idcirco poſteri eo aut inſtituto tenentur, aut rupto damnantur. Quàm enim eſt à ratione alienum, ſi vnius tantũ hominis culpâ, qui nec autor nec inſtitutor fuit, nec legibus hæreditaté onerare potuit, totam progeniem iure ſuo ſpoliari? Num placet Hiſpanis primam illam originalis maculæ labem in hæreditaria bona inducere, & vnius vitium inſtar Adami culpæ viritim per poſteros diſtribuere? Qua de re poſtea, cùm egerimus de Regno Nauarræ, fuſiùs diſſeremus.

At quod inducunt admittamus. Fractæ fidei & violati iuris, ſpoliationem Mediolanenſis Imperij, pœnam repoſcunt. In eos hæc faba cuditur. Nam quod quæſo apud eos pactum inuiolatum? quæ ſtipulatio integra? quod fœdus ſanctum? quæ ſponſio firma? quæ fides incorrupta? Pudeat eos leuiſſima culpæ labe aſpergere Ludouicum, à quo refutari poſſunt obiectâ Cameracẽſis fœderis toties à Ferdinando Catholico rupti famosâ prorſus violatione; quam grauis autor Guicciardinus tantoperè in hiſtorijs deteſtatur. Meminerint pacis Nouiodunenſis leges à Carolo Cæſare V. fœdiſſimè proculcatas. Si hoc crimine Regna amittuntur, ne vnum quidem vbi pedem ponant, Hiſpanis Imperij veſtigium relinquetur. Tam enim fuerunt fœdifragi cùm in occupandis, tùm in amplificandis imperijs, vt penè nihil integro iure poſſideant. Pauca è multis delibo. Percuſſum cum Carolo Magno ab Alphonſo Caſto ea conditione fœdus eſt, vt pro nauata contra Mauros opera Hiſpaniæ Regnum poſſideret, quod Alphonſus Carolo cedebat cùm prole careret. An non repulſam Carolus tulit fractâ fide, fœdere violato? Blancæ Diui Ludouici matri ex iure, & conſuetudine Regnum Hiſpaniæ debebatur nullo maſculo hærede ſuperſtite, intulit ſe è tranſuerſo ſoror Berengaria ętate minor, & natu maiorem euerſo iure auertit, Regnumque vſurpauit. Prętereà quo gemitu iuris Alphonſus Aragonius Neapolitani Regni Ferdinandum nothum hæredem inſtituit? Qua fidei querela illud Ferdinandus poſtea Catholicus Federico ademit? Et eodem deinde Ludouicum Gallum ſpoliauit? Qua iniuria pietatis & legum Philippus II. Prudens ſpreto iure Catharinæ Brigantinæ Luſitaniæ Regnum vſurpauit? Quid agebat Maximilianus, quid Carolus V. Cęſar cum Sfortiis Mediolano pulſis

Guicciard. Sammarth. Paul. Æmil. Mariana. Illeſcas. Ioannes Mariana. Hiſtor. Caſtellæ. Caſſan. Nos ſuprà. Paul Iou. Corita. Souſa: Anonym. de iure ſucced. Biragos. Paul. Iouius.

pulſis, & viuis ad ſe filioſque ſuos Principatum illum trahebant.

Quod ſi violatum, commutatis cum inſigni ſponſalium iniuria nuptijs fœdus deteſtantur, domi habent ſuæ quod abominentur. Cùm Alphōſus Imperator ictum cum Garcia Rege Nauarræ pactis inter Sancium filium, & Blancam Garciæ filiam nuptiis fœdus, iis diſturbatis corruperit. Mariana.
Nec id tantùm, ſed & aliud deſponſata filiâ Sanciâ Raimundo Aragonēſis filio percuſſum violarit. Nam quid ego commemorem de fœdiſſimis Padilliæ & Coroneliæ, vſque ad Blancæ, ſæuiſſimam necem inſanis amoribus, quibus ſe Petrus Rex Caſtellæ conſpurcauit? Annal. Hiſp.
Quid quæris? Lege quæ de iure violato, de fœdere rupto, de indueijs fractis, de legibus conculcatis à Carolo V. Imperatore, Franciſcus I. Chriſtianiſſimus epiſtolà ad Paulum III. Apologet. agens de iniuria, & contemptione Gandauenſium, de Marchionis Salaſſorum dehoneſtamētis, de Brunſuicenſis Principis deformatione, de Cleuenſis Ducis ſpoliatione, de Rincenis & Fregoſij cæde elegantiſſimè diſſerit: In Epiſt. apologet. ad Paulu III. contra Carol V. Imperat.
comperies profectò leuiſſimum eſſe quod ex hoc fractæ fidei exemplo ſumitur aduerſus Gallos argumētum: Du Bellay. Iaumarth.
vt nemo ſit Hiſpanus, quem illa Caroli exempla legentem Hiſpanæ perfidiæ non diſpudeat. Iam verò, quòd Hiſpani aiunt à Franciſco Primo ius illud eſſe amiſſum, futile omnino, & inane: cum id Madriti vi coactus fecerit; atque adeò poſtea reſciderit; nec vt confirmaret, eo potuit ſucceſſoribus præiudicare: quod, & quia perſpicuum eſt, & ab Caſſano & aliis cōmuniter vrgetur, ſuperuacaneum puto latiùs commemorare.

Ex his apparet Mediolanenſem Principatum Gallici prorſus iuris eſſe tùm antiquo inſtituto, tùm recenti titulo: & vi ſanguinis, & teſtamenti, & emptionis, & tranſmiſſionis, vt quamcumque tu iuris formulam concipias, ea ſanè omnis Gallis reſpondeat. Quod ſi alterius ſit, Hiſpanici certè iuris non eſſe, Auguſtalis eſſe, nec niſi per vim ab Hiſpanis, vel olim potuiſſe occupari, vel hodie poſſe retineri. Quare laborandum eſt Gallis, vt quoniam tot ſuſceptis pro communi ſalute, & libertate bellis in Europa ius ſtatuunt, iniuriam depellunt, & Hiſpanicæ impotentiæ reſiſtunt, & armorum ſibi arbitrium partis vbique victoriis pepererunt, rebus imprimis ſuis proſpiciant, & Inſubriam tot titulis debitam repetant, & frontem illam, arcemque Italiæ exactis Hiſpanis occupent: nec eos ſinant tandiù rapto frui, & Italiæ viſceribus incubare. Ac mihi quidem ille coluber Mediolanenſium Principum gentile ſtemma, vndulato intortiles gyros corpore Gallis abblādiri illoſque ad vendicandam Inſubriam vocare videtur. Et eò magis quòd quem hiante præfert ore infantulum, is non abſurdè Ludouicum XIV. Galliæ Regem auguſtâ ſpecie repræſentat, qui vel recens à cunis ſerpentes geminos Hiſpanicum & Auſtriacum, Herculis more elidens, à Colubro Mediolanenſi patulo ore vocatus, in viſcera Imperii inuitatur.

QVÆSTIO QVARTA.

VTRVM REGNVM NAVARRÆ ad Catholicos Hiſpaniæ, an ad Chriſtianiſſimos Galliæ Reges pertineat.

CAPVT PRIMVM.

Status quæſtionis proponitur.

NON hic ego operæ pretium fecero, ſi quo in proximis quæſtionibus vſus ſum ſtilo, eundem in hac de Vaſconum Regni iure ſuſcepta controuerſia ſequar. Cum nec admodum inſtituta de Regum ſucceſſione narratio ad propoſitum referat, nec multum ſcire quænam fuerint in eo Regno, vel acceſſiones, vel mutationes, interſit: nec ſit opus filo vti, vbi vni tantum nodo hærendum, qui controuerſiæ ſcopus cùm ſit, omnem ſtili intentionem requirit.

Vix cuipiam, ne Hiſpano quidem autori, venit in mentem, ante Ioannem Alabrethum, titulum Regibus Hiſpaniæ quærere, quòd ex ipſa Regum Vaſconum ſerie compertum ſit, nullum è tranſuerſo iniicienti ſe Principi aditum fuiſſe: atque adeo ſemper iuri ſanguinis ſiue paternâ ſe lineâ, ſiue vbi maſcula defecerat, maternâ, infunderet, cohæſiſſe. Quanquam enim ſit, qui ſcribat Regnum Nauarræ appendicem Regni Aragoniæ eſſe, prætérquam quòd id à veritate omnino alienum eſt, cum non Ferdinandus Ioannis Secundi Aragoniæ filius Iſabellæ Catholicæ conjux, ſed Eleonora ex Blanca Nauarrea filia in Regnum Nauarræ ſucceſſerit: eiuſdem authoris teſtimonio conſtat ab Aragonia poſteà auulſum per ſe conſtitiſſe, & eâ tantum lege rediturum, ſi Aragoniis Regibus debitus per Nauarram tranſitus negaretur: de quo poſtea. Quare eò res ſemper deducitur, vbi conditio iſta violari cœpta eſt.

Pala elu. de Reten. Regni Nauarræ.

Igitur eò authores conuolant, vbi Alabrethus, Ferdinandi operâ à Iulio Secundo anathemate percuſſus, ceu in ordinem redactus eſſet pronam & obnoxiam Regni poſſeſſionem hoſti reliquit. In quam cùm Ferdinandus Catholicus veniſſet, arbitrij ſui Regnum fecit, & ad poſteros tranſmiſit.

Pineda. Guicciard. Paul Iou. Mariana. Spondan.

Sed cùm hic titulus conſtare non poſſit, niſi compertâ rei veritate, quæ neceſſe eſt è narratione exiſtat, oportet cùm hanc fideliter proponere,

rum cauſas diligenter examinare; quò appareat, an ſatis fuerit cauſæ ad priuandum Regni iure Alabrethum, eoque donandum Catholicum? & vtrum ſi quo vitio Alabrethi ius laborauit, illud vniuerſæ ſtirpis ſanguinem infecerit, & ius omne gentis corruperit? quod omnino neceſſe erat, vt eius poſteri Regnum amitterent, & Catholici Regis Nepotes poſſiderent. Quæ cum ex vno capite, id eſt cauſa priuationis, pendeant, illud iam accuratè expendamus.

Ac primum ne quis dubitet Ioánem Alabrethum in Vaſconia iuſtè regnaſſe: & de titulo conſtet, quo Regnum tenuit, & vnde ius ad Galliæ Reges manarit liquidò appareat, operæ pretium erit paulò rem altiùs repetere, ac eum in ſolio Regni Nauarræ collocatum oſtendere, vt de illo deiecto meliùs iudicemus.

Igitur ex Blanca vnica Caroli vltimi Vaſconum Regis filia, quæ nupſit Ioanni II. Aragonio Carolus, & Eleonora liberi nati. Carolo ſine prole mortuo: ad Eleonoram ſpes Regni, & hæreditas integra rediјt. Hæc ex Gaſtone Comite Foxenſi quatuor filios habuit. Quorum primogenitus in Regniſpem natus, Gaſto Princeps Viennenſis, cum Magdalenam Caroli VII filiam duxiſſet paulò pòſt eſt mortuus, relictis duobus liberis Franciſco Phœbo, & Catharinâ. Phœbo ſine prole decedente, Catharina ſuperfuit nupta Ioanni filio Alani, Alabrethi Domino, ad quem cum thalamo ſceptrum detulit. Itaque citra controuerſiam Ioannes Alabrethus iure vxorio Regnum Vaſconiæ iuſtè obtinebat. Nunc iure ne, an iniuria? ſe Ferdinandus Catholicus intruſerit, diſceptemus. Pineda. Hiſtor. Hiſp. Garibay.

CAPVT SECVNDVM.

Fueritne aliquis Ferdinando Catholico occupandi Nauarram titulus?

IVris colorem manifeſtæ iniuriæ Hiſpanici quidam Authores inducere conantur. Pineda, Palacius, & Nebriſſa. Quorum poſtremus cùm eo maximè abſtinere debuiſſet, quod intra ſepta Grammatices contentus in aliarum vix facultatum fines tranſilierat, eo temerè eſt prouectus, vbi pedem ponere vix licuerat. Hiſpanicæ quã ſuſceperat cauſæ inſigni detrimento; quam ſic egit vt præuaricatus, non tutatus eſſe videatur. Sed aliud ille in agenda cauſa ſibi propoſuerat, vt nimirum Hiſtoriographi Regii munus conſequeretur. Igitur magno verborum ſtrepitu quatuor iuris Ferdinandici Fontes aperit. Primus eſto vxorius à Germana vxore ſecunda. Hic nihil ad cauſam iuuat, cum multò antè Regnum Nauarræ vſurpaſſet. Sed eo retinendi titulum vſurpator quæſiuit. Imò eo ſe Ferdinandus reum furti prodidit, cùm prætextu vxorio iniuriam tegere ſtatuiſſet. At miror Nebriſſenſi huius tituli in mentem venire potuiſſe: nam nullũ omnino Germanæ ad coronã ius fuit. Cũ ea ſoror Gaſtonis Ducis Nemorẽſis, ſummi Imperatoris, apud Rauennã par- Pineda de Regno Nauar. Palac Ru de retentione Regni Nauar. Anton. Nebriſſe in tract. de Retent. Nauarr. Caſſan. lib. t.

tâ clariſſimâ victoriâ occiſi, & filia Ioânis Foiſſenſis, Vicecomitis Narbonenſis, Eſtampenſis Comitis fuerit qui Gaſtonis & Eleonoræ natu ſecũdus filius, nullum; Germanæ filiæ ius ad Regnum Nauarræ obtinendum conferre potuit, quod ad nepotes Phæbos ex fratre Primogenito pertinebat. Quod tam eſt perſpicuum, vt ſolem, qui hoc neget, tollere videatur. Nebriſſenſis eo eſt deceptus, quod vidit à Gaſtone fratre Germanæ, mortuo Fräciſco Phæbo, litem Catharinæ ſuper Comitatũ Foiſſenſem eſſe motam, quaſi ad ſe pertineret, cũ maſculo iuri ex linea virili adiectus videretur. Qua certè ratione, ne mortuo quidem fratre Gaſtone ad Germanam ſpectare poterat; cũ qui Catharinæ Franciſci ſororis, & Regni hæredis eſſe non potuit, multò certè minùs Germanæ eſſe potuiſſet. Longè alia ratio obtinẽdi Regni, quod mortuo Franciſco ſororis eſſe iure femineo cœperat; nec ad tranſuerſam tranſire lineam, dum recta Catharinæ ſupererat, vllâ ratione licebat. Quare nullum omnino à Germana, vel prætextum, vel colorem Ferdinandus mutuatus: nec à Nebriſſa fucus inductus. At placet admittere ius aliquod Germanæ fuiſſe. Cur ergo ei, mortuo Ferdinando, ſuperſtiti, non eſt Nauarræ regnum reſtitutum? Cur non illud cum thalamo ſecundis nuptiis ad Ferdinandum Aragonium Ducem Calabriæ, Germana deduxit? nempe non quid ius, ſed quid ambitio dictaret, auſcultatum.

Annal. Nauar. Garibay. Sammarth. lib. 12. Paul. Iouius. lib. hiſtor. ſui tempor.

Caſſan lib. 1

Caſſan.

Secunda ratio Nebriſſenſis infirmior eſt adhuc, & inhoneſtior illâ primâ, quam modò refutauimus. Ait: ereptum iure vindictæ Regnum Catharinę Eleonoræ nepti, quòd Eleonora cum coniuge Gaſtone, mortis Blancæ maioris natu ſororis author fuerat. Quare qui eam, vt Regnum vacuum redderẽt, ac regnarent, ſuſtulerant, digni erant, qui regno adempto in ordinem redigerentur. Puderet ingenuum virum huiuſce commenti. Primùm enim conſtat Blancam nihil detrimenti paſſam à ſorore, ſed à Regina coniuge Ioannis Aragonij, Eleonoræ Nouercâ, quæ cum in ſecundos thalamos intraſſet, & Ferdinandum peperiſſet, vti erat ambitione corrupta, Regnũ Nauarræ filio parare decreuit, & in ſpem erecta obtinendi Caſtellæ Regnum dedit operam, vt Henricus Rex IV. Blancam repudiaret, ne quis ex eo thoro filius hęres naſceretur. Quo illa dolore correpta intra Monaſterij clauſtra deceſſit. Quæ eodem nouercali odiô priuignos inſectata, ſubornauit, qui venenum Carolo Vienenſi Principi propinaret, vt eo ſublato Regnum ad Ioannem coniugem, & poſtea ad Ferdinandum filium perueniret. Vix enim aliàs profuſioris ambitionis femina inuenta: quęque maiores ſibi ſpiritus arrogaret; quorum Ferdinandum filium hęredem reliquit. A quo id, quod à matre tentatum omnino perfectum, Regno Nauarræ per ſummam iniuriam vſurpato. Itaque hac in re contra fidem hiſtoriæ à Nebriſſa peccatum. Iam vero quàm ſit aliena huiuſmodi à Theologia ratio demonſtrem. Qui enim tutâ fieri conſcientiâ potuit, etiam illo admiſſo crimine, vt in pœnam Regnum ijs adimeretur? An licet alijs Regibus alios de ſtatu deijcere, & propria authoritate damnare, Regno ſpoliare, eoque vindicandæ iniuriæ ratione potiri? Iure opus eſt ad Regnum

Nebriſſa.

Hiſtor. Hiſpan. Mariana. Sammarth. Caſſan. lib. 1.

occupandum: naturæ vbi ſucceſſione regnatur lege agendum eſt, non crimine alieno. Certè non apud Auguſtinum, vel Magiſtrum, vel Alenſem huiuſmodi Theologiam Nebriſſa didicit, imo ne inter ſubſellia Rethoricorum audiit à magnis Eloquentiæ magiſtris: qui Rempublicam optimis diſciplinis inſtituerunt. Eum iſta dicentem ne Rabulæ quidem in foro tolerarent.

Aliæ duæ rationes quibus nititur Nebriſſenſis communes ſunt Hiſpanis Authoribus: ac iis maximè conſtat iuris fucatus titulus, quo Ferdinandus Regnum illud vſurpauit. Quæ quoniam ex narratione rerum à Ludouico XII. & Iulio ſecundo Pontifice inter ſe geſtarum pendent: opus erit euentus commemorare.

Anno milleſimo quingenteſimo decimo, ſimultate inter Iulium ſecundum, & Alphonſum Eſtenſem Ferrariæ Ducem exortâ, inferente ſe vehementiùs Iulio, ad Ludouicum Duodecimum Alphonſus confugit, nec defuit Patronus: alacriter eius cauſam ſuſcepit, ſeque Pontifici oppoſuit. Hinc iræ, & faces, & bella extiterunt. Vterque ardens ingenio, indole bellicoſus, conſtans & tenax odij, & in ſuſtinendis inimicitiis generoſus. Vtrinque acerrimè pugnatum. Ludouicus indicto Turones, mox Piſas concilio: Iulius conflato anathematis fulmine, & excuſſo. Eo tonitruo excitato Angliæ, ac Hiſpaniæ Reges Henricus, & Ferdinandus Ludouici hoſtes ſuſcepto conſilio bellum anteà inchoatum renouarunt, eoque ancipiti, diuiſis inter ſe quà inferrent arma, prouinciis, Ludouicum vrgere cæperunt. Ac vt illud ſumam, quod hæret cauſæ, Ferdinandus à Vaſconia, & Cantabria impetum fecit. Et vt aditus in Galliam eſſet: rogandus fuit Rex Ioannes Alabrethus, vt tranſitum in Galliam expeditum, tutumque præberet. At illi, qui Gallo Regi coniunctiſſimus & neceſſitudine & officio erat, indignum prorſus & fœdum viſum eſt, operam hac in re ſuam hoſti præſtare: ne, quæ natura ipſa clauſtra oppoſuerat, perfidia aperiret, & quos fines illa inductis molibus diſcreuerat, fraude ipſe committeret. Eo in ſe Pontificis Iulij indignationem concitauit, atque adeo ab eo cæleſti fulmine percuſſus, & eiſdem quibus Ludouicus pœnis ſubiectus. Quare in eum Ferdinandus Catholicus bellum vertit, cuius tanta vis in Ioannem incubuit, vt cùm ferre non poſſet, pulſus Regno in Galliam ceſſerit. Quod Ferdinandus Catholicus eo nomine occupauit, tum quòd illâ Alabrethus Apoſtolicâ ſententiâ priuatus, & in ordinem redactus eſſet, tum quòd ei tranſitus de iure gentium licitus iniuriâ negatus, vti Nebriſſa ratiocinatur. Ita in Vaſconiam, quaſi in vacuam poſſeſſionem Ferdinandus intrauit.

Atque hic quidem titulus idoneus, tum, & poſtea Hiſpaniarum Regibus viſus eſt Vaſconiæ obtinendæ. Is ſanè noſtræ quæſtionis ſcopus ac idcirco diligenter examinandus.

CAPVT TERTIVM.

Nullam omnino vt Regno Ioannes Alabrethus ſpoliaretur cauſam fuiſſe.

NON eſt meum hîc de Poteſtate Pontificum, deque iure Regum diſputare. Id vendico nihil Ioannem Alabrethum contra ius faſque commiſiſſe, atque adeo nullum prætextum Ferdinando ad illius Regnum occupandum eſſe potuiſſe.

Id vt conſtet, quid egerit videndum.. Igitur ſuſceptâ in Ludouicum à Britanno, & Aragonio Rege coniunctis viribus expeditione, bellum ei à Cantabriâ, & Vaſconia inferri cæptum. Id vt procederet, aditus per Vaſconiam, in Galliam quærendus. Vt explicaret iter, Ioannes Alabrethus conuentus, rogatuſque. Hîc diſſidium inter authores eſt. Quidam negaſſe aiunt, alij annuiſſe: ſed eùm obſides fidei ab eo peterentur, hoc abnuiſſe. Sunt qui tradant Ferdinandum Catholicum non contentum poteſtate itineris expedita, arces oppidorum quâ tranſibat, ne à tergo interciperetur occupare, & in fidem accipere voluiſſe. Indignitate rei commotum Alabrethum tranſitum denegaſſe, iter obſtruxiſſe: imò & armis ſeſe oppoſuiſſe, & à Gallo auxilium poſtulaſſe, bellumque mouiſſe, quo victum ſeſe in Galliam recepiſſe.

Pineda. Palac. Caſſanus. Guicciard. Polydor.

Ego quòd ad rem attinet, iudico, à Ferdinando Catholico non ſolùm poſtulatum tranſitum, ſed etiam obſides imperatos, neque de arcibus inſidendis quicquam dubito: ac eo magis in hanc ſententiam propendeo, quòd videam id ab externis grauiſſimis ſcriptoribus Guicciardino, & Polidoro affirmari. Quòd ad ius ſpectat, Author ſum nihil peccaſſe Ioannem, neque vllam irrumpendi Ferdinando cauſam dediſſe. Idque me facilè contra Hiſpanos demonſtraturum, ac breuiter eſſe confido.

Guicciard. Polydo. Pineda.

Qui iniuriam repellit, ſeque tuetur; is iure ſuo vtitur, & culpâ vacat. Id egit Ioannes Alabrethus, igitur nihil commiſit, cur à Ferdinando Regno exueretur. Iuſta ratiocinatio huiuſmodi eſt. Propoſitio patet. Aſſumptionem oſtendo: nam res erat ipſa plena aleæ, atque periculi. Quî enim tutò poſſet Ioannes armatas copias intra Regnum ſuum recipere, quo maximè tempore ſuſpectę erant propter vtriuſque Regis Regnique Gallici, & Nauarrici Societatem, cum præſertim arces in fidem dedere & obſides dare cogeretur? Præterea Catholici Regis animus ad diſſimulationem apprimè, fraudemque comparatus occulti alicuius doli ſuſpicionem haud temerè faciebat. Nec dubia eminebant indicia, non paucis, iiſque recentibus exemplis comprobata. Ab eo enim deluſa Ioanna Princeps Henrici Hiſpaniarum Regis IV. filia, quam nuptam Alphonſo V. Regi Luſitaniæ paterni Regni hæreditate excluſerat. Nec minùs ſe iniquum, & perfidioſum oſtenderat in Alphonſum Ferdinan-

Hiſt. Luſit. Vaſconſel. Faria. Paul. Ioa.

dumque Aragonios, quibus per ſummam iniuriam bellum cum Gallis hoſtibus intulerat, vt auito Neapolitano Regno exueret. Quin & ipſi Ludouico, cum quo arma, copiaſque coniunxerat, poſteà fidem fregit, & Regni partem ſolemni pactione conſtitutam ademit. Ad hæc ſacroſanctum illud Cameracenſe fœdus, in quod cum Pontifice, Imperatore, Regeque Chriſtianiſſimo iurauerat, temerè violarat, vt temporibus, & priuato commodo inſeruiret. Quid? quòd ab eius Parente Ioanne, & Regina matre ad illud Regnum oculi fuerant adiecti, eique Iſabella Catholica inhiarat, cui vt morem gereret Ferdinandus, in opportunam occaſionem intentus excubarat, cum præſertim teſte Nebriſſa Nauarræ dominium priuatis ſuis rationibus magnopere conducere ſciret, ac proinde de eo occupando cogitaret: non temperaturus ſi prætextum inueniret. Quæ cum Alabretho eſſent explorata, iuſtum ei timorem creabant. Guicciard. Caſſanus. Iouius.

An non eſt excuſandus Ioannes, cùm peti Galliam per viſcera ſua videret, atque adeo vereretur, vt idem vtrumque Regnum ictus confoderet? Ac eò magis, quod cùm aliunde poſſet à Ferdinando inuadi Gallia, eâ præcipuè parte petebatur, quam ipſe adiicere imperio ſuo cupiebat. Quod non latuit Guicciardinum, & Iouium. Atque hoc ipſum euentus probauit. Vt enim conſtat, occupatâ Nauarrâ deſtitit à bello Ferdinandus, nec vlteriùs ire perrexit, & à Gallia prorſus abſtinuit, nec Anglis id ex pacto exigentibus auſcultauit, quemadmodum animaduertit Guicciardinus, haud dubiè, quòd eius conatus, & ſtudia eò tantùm tenderent, vt Nauarricum ſibi Regnum vendicaret. Quare id quod initio propoſui concludo, culpam ad amittendum Regnum in Alabretho nullam, & Ferdinando tantùm prætextum ad occupandum fuiſſe. Guicciard. Paul Iouius. Caſſanus. Guicciard.

Sed agè: audentiùs nos, & violentiùs inferamus. Eſto: negarit peruicaciter tranſitum Ioannes Ferdinando, adituque in Galliam excluſerit. Quid tum? Crimen illud fuit? Iuſtè ſe oppoſuit ne tranſiret, ne arma inferret; rem ſuam egit, ſibi conſuluit, ius ſuum tuendo vim arcuit: ergo vt inde ſequeretur Ludouici tutela, non ea ex inſtituto ſuſcepta, ſed aliunde annexa, & conſequens inſtitutum. Quare iuſta ad incurrendam pœnam cauſa non fuit.

Imò etſi Ludouicum ille armis protegeret, rectè ac ex fide ageret, cùm magna ex parte beneficiarius eius eſſet, ac non paruam Regni partem beneficij nomine donatâ poſſideret. Imò niſi defenderet: primùm eius ſe præſidio nudaret, & periculo exponeret, ne eodem ictu percelleretur, & qui in eadem eſſet naui, eodem naufragio periret. Deinde timendum, ne ſi Regem ſocium, amicum, conſanguineum, & affinem, ſeque multò potentiorem deſereret, eius animum irritaret, iram accenderet, & arma in ſe commoueret, quæ haud dubiè poſtea periculo explicatus, in ſe tanquam deſertorem Ludouicus conuerſurus eſſe videbatur. Et quidem iure: quod lege fœderis, & beneficii afferre opem tenebatur. Certè minore culpa Comes Baſſeuille à Guillielmo Rege Siciliæ principatu ſpoliatus. Igitur non modò licuit negare tranſitum, ſed ip-

ſum quoque hoſtem vi arcere, imò & ſocium Regem armis defendere: cùm hoc ipſum ad iuſtam ſui defenſionem, & debitum obſequium pertineret.

Atque hinc liquidò apparet, nullo iure Ferdinandum Catholicum Albrethum Regem Regno exuiſſe, ea præſtantem, quæ ius naturæ ipſum ſuaſiſſet. Fucum ille ſane iuri fecit, & Religionis ſpecie iuſtitiæ luminibus officere parauit. Vſus pietatis obtentu eſt, vt fœdum facinus honeſtaret, & decorâ inductâ perſonâ, Chriſtianum orbem ludificauit. Quod ei proptium vitium fuiſſe nobiliſſimi ſcriptores ttadunt. *Ita enim d:eo Guicciardinus lib. 12. Copri quaſi tutte le ſue cupiditâ ſotto colore de honeſto zelo de Religione, de Sancta intentione alben comune.* A quo etiam ſcriptore fides promiſſorum, ac ſponſionum, in eo ſæpe deſideratur. Conſentit Iouius, qui eius multis in locis perfidiam, & animi leuitatem cum profunda ambitione coniunctam reprehendit, eo maxime loco, vbi de huiuſce Regni Nauarræ iniuſta occupatione commemorat. Nam non ſolum contra i ıs vſurpaſſe Regnum, Regemque exegiſſe, ſed & Henricum Angliæ R··gem, cuius ope rem tantam præcipuè patrarat *violata turpiter fide, fefelliſſe. Enim vero*, inquit Iouius, *Ferdinandus cunctas belli rationes, fæderumque iura, vel cum pudenda mutatæ fidei labe, & graui ſociorum iniuria ad commodum ſuum referre erat ſolitus.*

Guicciard. lib. 12.
Ib. & lib. 11
Paul. Iouius. in Hiſtor.
Iouius. Hiſt lib. 11.

Spondan. Anno. 1512.

Iuuat huc adſcribere iudicium grauiſſimi Authoris Spondani. Anno 1512. *Ferdinandus*, inquit, *Hiſpaniæ Rex Angliæ copiis fretus Regnum Nauarræ oc upat pulſo Ioanne Alebretho, & Catharinâ Foxenſi prætextu excommunicationis, & interdicti in Regnum, quod fauerent rebus Ludouici Francorum Regis hoſtis Eccleſiæ declarati, cum iis omnibus, qui Concilio Gallicano, ſiue Piſano adhæſiſſent. Quod quidem ipſius Ferdinandi arte fraudulenta ad abſorbendum aliquo prætextu illud Regnum, procuratum eſſe, omnium nationum, ipſiuſquemet Hiſpaniæ Hiſtorici fatentur.* Ex his Marianam produco. *Suſpecta*, inquit, *Ferdinandi fraus erat & paulatim in plures ſerpit rumor Nauarra eo annuente ſeuere decretum prodiiſſe. Conicctura probabilis, quoniam diu penes ſe arcanò id diploma Pontificium obtinuit.*

Et quod æternæ illi infamiæ notam inurit, addit Ferronus, ab eodem qui ſpecie tuendi libertatem Pontificiam, ſchiſmaque vindicandi à Ludouico Rege diſceſſerat. pacem, penè inter eundem Regem, & Pontificem coalitam iniquo animo diſturbatam, quod illa pax quæ Chriſtianæ Reipublicæ ſalutaris eſſet, ſuis priuatis rationibus parum vtilis fore videtur. Qua in te multo grauiùs, quàm Ludouicus deliquit, cùm in quem ille inciderat errorem, eo ſe explicandi Ferdinandus rationem adimeret: atque adeo Pontificem magis offenderet, quo cum, ne in gratiam rediret Ludouicus, effecit. Nebriſſenſis calculos nihil moror, qui putide ac ineptè argumentatur, ac exemplum nobis ·motum Iſraël intrudit, quibus, quòd negarent tranſitum Chananæi populi ab iis ſunt deleti, perinde ac Ferdinandus Moyſem & Ioſuë ageret, Nauarræi Chananæos, nec quid inter vtroſque intereſſet vidit. Nam non tam Hebraicæ genti illi, quàm Deo ſe opponebant, à quo puniri poterant eo prætextu, ob alia grauiſſima ſcelera perpetrata. Deinde Iſraëlitæ etſi armati tranſibant

ſibant, nihil profectò damni inferebant, nec aut obſides imperabant, aut arces obſidebant, neque tam vaſta ambitione tenebantur. Non tam ſe temere projiceret Nebriſſa, ſi quę in Digeſtis de ſeruitutibus traduntur legiſſet, ſed ille cum venale haberet ingenium, ac pecuniis ſeruiret, voluit liberum Nauarræ Regnum ſubijcere ſeruituti.

CAPVT QVARTVM.

Omnia Gallici Regni membra, vndecunque tandem acceſſerint, iure cohærere, ac iuſtum ex iis Corpus conflari.

ASſerto & aucto externâ, ſed præciſâ Regnorum ac Principatuum ditione: vnum illud reliquum eſt oſtendere Ducatus, & Comitatus, qui Francico Regno ſunt adiecti, & eius quaſi corpori commiſſi, iure à Regibus Chriſtianiſſimis poſſideri. Nec id ſanè potuit prætermitti, ne quis obiiceret, nos dum aliena adjicimus, propria obliuiſci: cum præſertim Hiſpani Authores ante Chiffletium contendant, non paucos ex iis Principatibus à Gallis iniuſtè retineri, conenturque iure femineo ad Catholicos Hiſpaniarum Reges trahere; cuiuſmodi ſunt Ribera, & Tapia, quibus modo acceſſit Chiffletius in ſuis vindiciis, etſi minùs doctè, narrando potius, quam ratiocinando confirmet. Et quanquam à Clariſſimo ac Eruditiſſimo viro Marco Antonio Dominicio Iuriſconſultorum eloquentiſſimo, & eloquentium Iuriſconſultiſſimo res ea ſatis pro dignitate tractata, & à Caſſano anteà illuſtrata, & à Choppino maximè confirmata; non ideo tamen à me prætermitti tam celebris quæſtio debuit, cùm ſciam quid Hiſpani deſiderent, & qua ratione iis nerui incidendi, nec mihi idem qui hiſce Authoribus ſcopus ſit propoſitus: aliterque de re totâ diſceptandum, non tam vt priuatum authorem refutem; quam vt omnem Hiſpanis authoribus inferendi ſe in Gallorum poſſeſſiones aditum intercludam. Dabo interim operam, vt noui aliquid inueniam, nec pudebit me iis Principibus miſtum diſputando noſcitari. Nec Parem mihi quenquam in arenam deſtinem: ſed quod meum eſt inſtitutum, deſuper, Actij inſtar apud Virgilium Apollinis dimicabo.

Ribera. tract. de Ducatu Britann.
Tapia. in comment ad eundem.
Chifflet. in vindic. ca. 8.
Marc Anton. Domin. Alſert Gallic. c. 8
Caſſan. li. 2t. & 2.
Recherch.
Choppin. de Doman. Franc.
Æneid 8.

Igitur in Regno Franciæ conſiderare oportet illud, quòd propriè corpus, & quaſi truncus eſt Regni, & Terræ Salicæ iure cenſetur, quodque nec diſtrahi, nec alienari, nec feminis patere poteſt. Hoc propriè Regnum dicitur. Cui vti & in aliis accidit, partes quædam, & membra acceſſerunt, quæ Regno adiecta iuſtum & integrum cum eo corpus effecerunt. Et quidem de iis quæ aut empta pretio, aut maſculæ hæreditatis titulo ſunt adiuncta, nemo ambigit, ita cohæſiſſe vt vti in vnum corpus, ita & in eandem naturam tranſierint. Cuiuſmodi fuerunt Matiſconenſis Comitatus à Ioanne Dreux & Aliſia, & Dominatus Beaumon-

San. Iulian. in miſcellan. Hiſt.

Sammarth. in Ludou. du Tillet. Treſor de France. Sammarth. in Ludouic.

tenſis, Rogerenſis, & Brioſnenſis à Raoul Meulant D. Ludouico Regi IX. vendita: & Comitatus Claromontẽſis à Philippo Comite Boloniæ Patruo eidem met Ludouico hæreditario iure tranſmiſſus. In iis quæſtio verſatur, quia à feminis ſunt accepti. Nam cùm Regnum Salicum omninò ſit, & feminas prorſus excludat, Bona quæ femineo iure veniunt, alterius generis cùm ſint, & feminas ſequantur in ciuile Regni corpus conuerti nequeunt, ac proinde caduca ſunt. Quòd ſi aut feminæ ſuperſint eiuſdem lineæ, aut filiæ ex eo thoro naſcantur, ad eas debent femineo iuris titulo pertinere. Qui ſanè ſtatus cum multi magnique ſint, ſi nullus eorum Regni proprius efficitur, næ mutilum, & diſcerptum magna ex parte Francicum Regnum permanebit. Hac ratione Hiſpani, & Burgundiam, & Flandriam, & Britanniam ſuas eſſe iactant. Quippè Burgundia Carolo Audace mortuo ad Mariam eius filiam vnicam ſpectabat, quæ cum Maximiliano nupſiſſet, ad eum ſecum Burgundicum Ducatum trahere volebat, qui nunquam Franciæ poſſet cohærere. Eadem ratione Flandriam vendicant, quæ ad eandem Mariam ſpectabat. Britanniam verò iuris ſui eſſe dictitant, quia cùm hic Ducatus ad Annam Franciſci Ducis vnicam filiam deueniret, eiuſque Claudia filia hæres eſſet, ac eius iure Hẽricus II. vſus ad filias quoque tranſmitteret: natu maxima Iſabella Philippo II. Hiſpaniarum Regi nupta, ſuſceptâ filiâ Iſabellâ Clarâ Eugeniâ ad eam Ducatum hęreditarium traduxit, à quâ Philippus IV. Rex Catholicus eius ex aſſe hæres teſtamento accepit, vti Ribera & Tapia deducunt, contenditque Chiffletius.

Annal Fland. Philippus Comin. Zypæus. l. 1. c. 16. Sammarth. Caſſan.

Ribera in tract. de Ducat Britan. Tapia in notis ad Rib. Chifflet. in vindic. c. 8.

Nec alio argumento negant Hiſpani Comitatus Toloſanum, Arteſianum, Bononienſem & alias Prouincias à Franciæ Regibus iure poſſideri, niſi quòd tanquam riui à femineo fonte in Galliæ Regium lacum influxerint. Et quidem ſi ratio auſcultetur, omnino æquum fore videbitur, vt à quo Regno, quòd maſculi ſit iuris feminæ, excluduntur, in id nec femineæ hæreditates veniant: quippè quæ maſculæ illius virtutis neruos incidẽt, & virile corpus effæminabunt. Deinde par pari reponi matibus à feminis oportet, & quoniã ipſis aditus non eſt in Regnum, & hi ab earum bonis excludantur. Prętereà ſicut ius Salicæ hæreditatis ſanguine deductũ maſculo, alueo ſe continet, & coërcet ſuo, quin ad feminas deflectat; ita & Fons feminini iuris ſuo tramite corriuatus diſtinctum omnino curſum tenere debet; nec diuortia virorum pati; nam certè iniquum & abſurdum eſſet filias, à paternâ hæreditate excludi, & ad maternas non admitti, atque adeo nullo prorſus iuris, imo ne naturæ quidem beneficio gaudere.

Ita Hiſpani non ignari, vel iuris, vel Politices ſentiunt. Gallorum alia mens, aliud inſtitutum; qui nec iudicio, nec acumine, nec ſcientia quidquam Hiſpanis concedunt. Illud primum fatentur, multos ex Ducatibus & Comitatibus Franciæ à Feminis acceptos. Aiunt deinde primùm ea ratione donatos, vt Feudi nomine haberent, ac proinde vti partes Regni, eiuſdem cum eo naturæ, vt cùm ad illud redirent, illi vnirentur, ac Salicæ legi ſubiicerentur. Vnde colligunt iure acceptos; nam ita ad feminas peruenerant, vt non omnino

auulſa à Regni corpore, & excuſſa quodammodo pertingerent;
ſed beneficij vinculo ligata, & velut amento quodam emiſſa, quo
cum opus eſſet retraherentur, & reliquo Regni trunco iungeren-
tur. Atque hoc modo data olim huiuſmodi beneficia inquit Domi-
nicius, *quæ temporaria erant, & ad libitum reuocabantur.* Sed quoniam à Aſſert. Gallic
Caroli fermè Calui, & præſertim Hugonis Cıpeti temporibus remiſ- c. 8.
ſius agi cæptũ eſt, & beneficia in hæreditates tranſire cæperunt, à Carolo Choppinus.
V. ſtatutum, & in Molinenſi conſtitutione ſancitum, vt quæ portiones Caſſan.
ſucceſſione ad feminas veniſſent, eæ, licet extra Fiſci Regij rationem eſ-
ſent, maſculis deficientibus, Coronæ adhærerẽt. Sanè quibus huiuſmodi M. Anton.
addita conditio eas redire opus erat; quæ hac lege carebant, eas interpre- Domin
tatio ipſa, menſque Salicæ legis reuocabat: nec opus erat exprimi, cùm Sammarth.
recta è re publica adminiſtratio id ſuaderet, ac qui vellent, vt ad feminas
eæ hæreditates venirent, Reſcripto Principis vterẽtur. Rationi, & iuri cõ-
gruum videbatur, vt quoniam omnia à radice Regni deciſa fuerãt, quo-
cumque tandem modo donata forent, ad eandem retraherentur: ita vis
ſemper ijs ac virtus maſcula inhærebat. Hanc doctrinam ſed latiùs mul-
tò, & vberius explicatam in aſſertore ſuo eloquentiſſimo M. Antonius,
Dominicy tradit: ac inter alia ſic iudicat. *Cum hæc ita ſe habeant: etſi Duca-* M. Ant. Domin in Aſſert. Gallic. c. 8.
tus Burgundiæ, Aquitaniæ, Normaniæ, Comitatus, Campaniæ, Toloſæ, Prouinciæ,
aliaque huiuſmodi feuda, quæ recenſes à feminis olim fuerunt poſſeſſa, non ideo ius Sa-
licum abrogatum: nam cum ſub finem ſecundæ Regum ſtirpis beneficia in perpetua
patrimonia euaſiſſent, mirum non eſt mulieres hæreditatis non incapaces in beneficiis
ſucceßiſſe. Sed cum primum beneficia ad priorem rediere naturam, & fiſco annexa
Salicæ terræ portiones deuenere feminis deinceps fuere interdictæ: & quidem de Ar-
teſia conſtat à Ludouico VIII. Rege Auguſti Philippi filio Roberto, eam Choppin de
in feudum, Apanagiam vocant donatam. Hac lege, vt eo ſine hærede Dom. Franc. l. 3 tit 5.
mortuo ad Regnum rediret, cum tamen Arteſia dotis nomine cum Iſa- num. 1
bella Comitis Montis Haunantenſis filia veniſſet. Burgundiam verò Ioã-
nes Franciæ Rex Philippo Audaci beneficij titulo conceſſit. Vnde à Ca- Choppin. l. 3. n. 3
rolo item Audaci ad Nanceium occiſo poſtliminio reuocata, nulla eius
filiæ Mariæ habita ratione. Eius rei duo ſunt exempla perſpicua in dua- Sammart.
bus Ioannis, altera Philippi Longi, altera Caroli Pulchri filia: illi enim Fratr.
Comitatus Pictonum: huic Marchiæ ademptus, ne ad feminas hæredi-
tates maſculæ deuenirent. Quo alio quæſo iure Auxerrenſis, & Char-
tenſis, & Bleſenſis Comitatus, cum à feminis poſſiderentur, ad Coronam
Franciæ, niſi huiuſmodi iure poſtliminij redierunt? Quare meritò Vigne-
rius de Ducatu Burgundię loquens à Ludouico Rege Vndecimo occupa- Sammarth.
to dixit vacaſſe eum *nullo à Carolo Audace hærede relicto*: atque adeo *fu-* ex Vigner. &
iſſe legitimam Franciæ, & Salicæ capionem: quod Maria filia eius hæres eſſe Chopin.
non poterat. Nam Carolus ipſe V. Philippi Audacis Frater conſtitutione
ſanciuit, vt ditiones à Fiſco deriuatę ad fiſcum maſculis deficiẽtibus ſpe- Choppin tit
ctarent. Eadem ratione Britanniam à Regibus Franciæ iure poſſideri do- 3. n 6. Do-
cent Gallorum ſcriptores, etſi enim ad feminas quater peruenerit, vbi ta- min. c 8.
men Regno Galliæ commiſſa ei adhæſit, nec auelli potuit, quòd poſtlimi-
nio reducta, ſummi iuris eſt vinculo copulata.

Atque hoc ſe modo Galli Authores quæſtione expediunt. Contra Hiſpani acutè obiiciunt. Primùm, non omnino, an omnes Principatus à Galliæ Regno quaſi à trunco deflexerint, conſtare: negare proinde ſe quicumque à Regibus poſſidentur, eo iure poſtliminii vendicaros, cũ præſertim ipſi Galli fateantur, quoſdam Duces ac Comites Regio ſe more geſſiſſe, ac cum Gallis Regibus tanquam pares agere voluiſſe: quemadmodum de Duce Burgundiæ, ac Britanniæ compertum eſt. Deinde etſi omnes à Regno Fráciæ fuerint quaſi rami profecti, non inde ſequi eos ad Regium patrimonium pertinere. Nam multæ Salici iuris Prouinciæ Regij iuris non ſunt. Idque patet ex eo quod Salicæ terræ nomine non ſolùm Regium patrimonium: ſed etiam militare veniebat, vt Duces ac milites ſui iuris facerent, quæ armis vendicabant. Quâ ratione fieri potuit, vt ſtatus aliquis feminam excluderet, nec tamen ad Regnum pertineret: proindeque ad conſanguineos hæredes feminæ ſpectaret, qui eum iure ſuo Salico obtinerent. Præterea feminas à Feudis non prorſus omnes excludi: ab ijs præſertim, quæ feminei iuris titulo inſtituta, putà, dotis, aut hæreditatis. Vnde cùm non pauci ex ijs ſtatibus dotis cauſâ donati, & accepti, atque adeo femineo iuri addicti, non potuerunt ſuccedentibus feminis negari: cùm quod initio feminam admiſit, eam & potuerit proceſſu temporis tolerare: iniquum quippe eſſet quo iure mater gauiſa, eo filiam priuari. Id magnopere confirmatur exẽplo Ducatus Britanniæ, qui cum Fráciſco vltimo Duce mortuo ad Annam eius vnicam filiam hęreditate deueniſſet: non illam Ludouicus XI. Rex abiecit: nec ad ſe Ducatum reuocauit: ſed vxorem Carolo VIII. filio deſtinauit, vt ei ampliſſimam illam hęreditatem pararet: imò & Carolus repudiatâ Margaritâ Auſtriacâ Annam ſibi matrimonio copulauit: ne iſta quæ Maximiliano pacta erat, Ducatum ad eum cum thalamo transferret. Quin & conſtat eam hâc lege ductam fuiſſe, vt ſi vidua maneret, non niſi aut alteri poſt Carolum Regi, aut Primo Gallico ſanguinis Principi nuberet: ne Ducatus ad externũ transferretur. Quod certè euenit, cum Annam Ludouicus XII. ſoluto Ioannæ Franciciæ matrimonio vxorem duxit. Ex qua ſuſcepta Claudia, quæ cum vnica appareret Carolo item Auſtriaco, cui deſponſa, negata, & Franciſco Valeſio Gallicæ coronæ hæredi collocata: idoneo iuris in Britanniam feminei argumento, cùm ideo thalami ambirentur, vt par eos ad ſolium Francicum ius tranſiret, ac idcirco externis principibus ſubducti, ne ad eos cum thoris dotalis ditio perueniret. Illud cõpertum eſt Annam & Claudiam dominas eſſe, nec illum Ducatum Britanniæ cum Beneficium eſſet, ad Regnum vnde exierat poſtliminio rediiſſe. Vnde cum Chiffletio deducunt Hiſpani Britanniam Hiſpanici iuris eſſe, quòd Valeſia maſcula extinctâ ſobole ad Iſabellam tùm matrem, tùm filiam, atque adeo ad Philippos Caſtellę Reges feminei ductu ſanguinis peruenerit: quemadmodum ſtemmate propoſito Chiffletius, & antè illum Ribera, & Tapia demonſtrarunt.

Hæc me in Luſitaniâ ratiocinatio vehementer angebar, cùm pręſertim viderem Caſſanum, & alios Gallorum authores ſentire Burgundiæ Du-

Aſſertor Galli.

Argentré. Sammarth. Iouius. Ribera. Tapia.

Ita Sammarth. l. 14.

Spondan. epitome.

Iouius in Hiſtor.

Chiffletius. Ribera in tract. de Ducat Britan & Tapia. ibidem.

catum & Flandriæ Comitatum, non idcirco Mariâ filiâ Caroli Audacis ſuperſtite à Ludouico XI. fuiſſe vindicatos, quòd iure poſtliminij ad Regnum rediret, ſed quòd Carolus in læſæ maieſtatis crimen inciderat, quo ſtatu priuari eius hæredes merebantur. Vnde momentum adjicimagnum Hiſpanicæ ſententiæ videbam, nam niſi illud interceſſiſſet, ad Mariam filiam ſtatus illi hæreditate venturi erant: cum tamen nemo non Gallus eos Apanagia & beneficia Franciæ cenſeret: eúmque ſollicitudo creſceret, & vim intentionis acueret: inueſtigare cæpi rationem, quâ ius Gallicum omnino aſſererem & confirmarem. Ac poſt longam ratiocinationem ea occurrit, quæ omnino ſatisfecit. Eam candidè propono, & ingenuè fateor paratum eſſe me ab eruditiſſimis Iuriſconſultis Gallis, ſi minùs placeat, vel corrigere, vel explodere, nec erit quiſquam, qui ſi ſententiam improbet, affectum vituperet. Hiſpanos oro eam patienter audiant, & quo ſolent iudicio expendant, fortaſſe à contentione litigandi deſiſtent. Itaque altiùs ducto principio.

Caſſan. hic. Sammarth. Ludouico XI.

Mens Salicæ legis inueſtiganda. Quæ vti proximè diximus fuit, externis Principibus aditum in Salicam terram interdicere: ideoque feminæ excluſæ, ne dum thalami paterent, & locus ex thoro in hæreditatem daretur. Hac quidem ratione non modo Regnum, ſed quicquid Salici iuris erat peregrino interdictum. Cum verò & terræ Salicæ portiones militares eſſent, ac Ducibus & militibus in præmium virtutis donatæ, vt ex ipſomet titulo de Allode & omnium ſententia conſtat: quæ ijs obueniebant eâ lege tenebantur, ne ad externos dominos tranſirent. Et quamquam remiſſiori iure quàm Regni vterentur ac feminis donari poſſent, vt hac parte Regnum excelleret, illud tamen nunquam remiſſum, vt peregrinus intraret. Igitur dum feminæ ijs Principibus nuberent, qui ciues eſſent, permiſſum ijs illas portiones retinere, ac ſecū deferre, vbi periculum erat nubendi externis. Salica lex poſſeſſioni intercedens iniecta manu terras vendicabat, & maſculo iuri, ac Regio addicebat, ne in poteſtatem externorum venirent. Vbi autem Regni corpori adhærebant, in eius naturam tranſibant: nec iam à feminis poterant vlteriùs poſſideri. Qua ego ratione prona omnia, imò expedita inuenio. Nam etſi de origine, & conditione minùs conſtet: lateatque an feudi, & beneficij lege à Regno deciſæ portiones fuerint, nil ſanè ad rem intereſt, cùm pateat omnes portiones terræ Salicæ eſſe, nec poſſe ad externos ſpectare. Deinde illud apparet, potuiſſe illas ſæpè ac diu à feminis poſſideri, dū ſcilicet intra Francicam ditionem, & iuris Salici comites erant: nec rationem excludendi eſſe ſexum femineum, ſed incurſum externorum: nec hæredibus iniuriam fieri, ſed hæreditati conſuli, & Salicum ius conſeruari.

Vide Seyſſellum & Bonaud. Et quæ ſuprà diximus. de lege Salica Pta Dominius c. 8. & nos ſuprà latiſſimè. Vide legem Salicam, Pithæi. Et Chantereau l. in tract. de Ansberto, & Blechildi.

Iam verò nulla, adductis magis exemplis, rem noſtram confirmare argumenta potuerunt. Nam idcirco Anna Britanniæ Domina in thorum à Carolo, & Ludouico accepta, ne Auſtriacis Principibus nuberet: atque eâ ratione, & ſuum ſtatum retineret, & Regno Francico, ne iterum periclitaretur adiungeret. Si enim illa nubere velle pergeret Maximiliano, certè Ducatu priuaretur, cuius capax externi ſanguinis Princeps non

Argentré. Sammarth. Tillet. Hiſtor. de Bretag.

erat. Hinc illæ conditiones Annæ impoſitæ: vt ne vidua alteri, quàm vel Regi futuro, vel primo ſanguinis Principi nuberet, vt ne poſſet, ſi vidua remaneret, cum Ducatum alieni iuris facere, ſed Regibus Franciæ donaret: ne vnquam ad peregrinos deueniret. Quæ ſanè conditiones iterum ſunt, cum Ludouico XII. nupſit, renouatæ. Ex quibus conſtat quanta Iuris Salici ratio habita ſit, vt ne ipſi quidem Dominæ licuerit de ſuo Ducatu liberè diſponere. Nec Anna huiuſce legis vim ignorauit, cum, inito cum Carolo VIII. matrimonio, ceſſit iure omni ſuo, & in maritũ tranſtulit, profeſſa eius naturæ eſſe Ducatum, vt non ad exteros poſſet pertinere, nec à Salici Regni trunco ſeparari. Contra vero Maria Burgundia Caroli Audacis vnica & hæres filia idcirco priuata hæreditate, quòd Maximiliano Auſtriaco locara ad eum ſuos cum thoro ſtatus deferebat. Id ne accideret, Ludouicus XI. occupauit, & alio item iure vſus ex crimine Caroli Parentis, (quod Felloniam vulgò dicunt) iuris punitiui titulo, Regio Fiſco addixit. Ita perpenſis, & collatis interſe exemplis apparet, Annam ſuum ſtatum retinuiſſe, quòd ad externum non transferebat, ſed ad ciuem ex lege Gallica deducebat: Mariam amiſiſſe, quod ſuum ſine dubio ad Peregrinum tranſmittebat; cum cæde Parris irritata externos eſſet thalamos quæſitura. Hinc mihi iuſta ratio conflata videtur, cur feminæ non omnino omnes beneficio cadant, cur hæ retinuerint, illæ reliquerint: nec iis tamen facta ſit iniuria: nec aliarum titulo poſſent gaudere. Nam certè aliter, meo iudicio, nec ſatis conſtat titulus, nec iniuria remouetur. Illud ratiocinationem meam magnoperè confirmat, quod ſtatus huiuſmodi non deficiente maſculo hærede, non poterant ad fiſcum tranſire, & tum ſolum licebat repetere ac vendicare, cùm illo deficiente ſpectabat ad feminas. Igitur cauſa repetendi, ac vendicandi erat, periculum, ne ad externos à feminis transferent. Tunc enim lex ſe Salica inferebat, & iure ſuo vſa auertentia ſe à tramite iuſtitiæ bona reducebat, ac ne abirent corpori Regni committebat: cui omnino tanquam rami trunco adhærebant.

Sammarth. l.14. c.10.

Iidem Authores.

Philippus Cinus.
Choppin. l.3. tit.3.
Sammarth. l.14.
Vignerius.
Caſſanus.

Choppino, & Caſſanno acutis, & eruditis ſcriptoribus eâ ratione vti placuit, ad hoſce Principatus vendicandos. Aiunt virtutem Gallico Regno ex lege Salica eſse, Magneti, & Adamanti ſimilem, quæ ad ſe trahat, & adiungat alios Principatus, & adiunctos à ſe auelli non patiatur. Francicam Coronam ignis naturam referre, quæ depaſcit, & conuertit in ignem quæ corripit. Lapidis, quem Philoſophalem appellant, qui minoris pretii metalla in aurum commutat, vim habere. Chopinum primum dicentem audiamus. *Regale Francorum dominium trahere adamantinâ quadam vi, arctiſſimeque ſibi coniungere viciniora prædia quo iure, quo titulo Principi ſint quæſita.* Caſſanum deinde Gallicè repræſento. *La Couronne de France eſt de la nature du feu, qui transforme en ſa nature tout ce qui en approche: c'eſt vn Elixir qui change en or les autres metaux, & partant tous les biens qui luy eſcheent ſont cenſez de ſa nature, & ne peuuent eſtre alienez.* Hoc quidem conueniunt, eo differunt, quòd Choppinus minùs quam Caſsanus extẽdi vult: negat enim Regna, & Principatus liberos, eſto annexi, & adiuncti Franciæ Regno fuerint titulo connubii, vel iure alio hæreditatis per feminas poſſe

Choppin l.1. de Domin. Franc. l.1. tit. 7.

Caſſan. lib.1. de la Recherche.

naturam Salicæ terræ induere : atque adeo ſemper ad feminas debere tranſire; Caſſanus vero affirmat, tantam eſſe Salici iuris potentiam, vt ſi hos Principatus & Regna apprehendat, ſuos faciat, nec iterum ad feminas redire permittat. Vnde ait Choppinus, Regnum Nauarræ cùm in ius Coronæ Salicæ incidiſſet, non potuiſſe manere, ſed paulò pòſt Ioannę Hurini Ludouici filiæ donatum, vt ad ſuam naturam feminei iuris capacem rediret. At Caſſanus contendit, ſi Regnum Hiſpaniæ per Blancam Regno Franciæ iure hæreditario adhæreret, omnino futurum Salicæ legis, atque adeo nunquam ad feminas reuerſurum.

Chopp.n. l 3. tit. 3.n.7.

Caſſan. l.1.

Ego vt ab hoc poſtremo incipiam : à Caſſano partim, partim à Choppino diſſentio, & veluti inter vtrumque arbiter, ſic iudico. Regna adiuncta ius ſuum non amittere, neque in Salicam tranſire naturam: minores vero Principatus omnino iuris Salici effici, nec poſſe ad feminas deinceps ſpectare. Ratione meam ſententiam confirmo. Nam Regna cùm integra ſint, & iuſta corpora, per ſe ipſa ſemper conſtant, nec tam conuertuntur in Regnum, quàm ex æquo vniuntur: at verò minores Principatus, tanquam membra & partes accedunt, ac proinde in corpus tranſeunt, cui adhæreſcunt. Quare ſentio Regnum Hiſpaniæ, ſi ad Blancam, & Ludouicum Regem Nonum veniret, non potuiſſe Salicâ lege teneri. Sed liberum fore, vt in id maſculi, feminæque ſuccederent.

Cæterum quòd attinet ad primum: ita ſentio illas adductas comparationes appoſitas eſſe, valereque ad probandum retinenda, quæ iure Francia acquiſiuit, non tamen ad vindicanda. Aliud eſt enim iure acquiri, aliud retineri. Itaque quod ſemel acquiſitum iure, corpori ita Salico adhæret vt non ab eo poſſit ſeparari, ac eiuſdem omnino cum eo, cui acceſſit, legis & naturæ eſſe debeat. Quare ſemel adiuncta Regno Britannia, eius naturam ſecuta, iuris Salici eſt effecta: nec deinceps ad feminas poterit peruenire. Eâdem de alijs ſtatibus ratione ſentiendum. Atque huc maximè quadrat illud vulgare axioma, *Acceſſorium ſequitur Principale.* Quemadmodum enim parua flumina, magnis commiſſa, nomen amittunt, & ab ijs abſorbentur, ita & minora Imperia cum maioribus accedunt, iure ſuo cadunt, & cum ijs cenſentur. Nec id nouum ac inſolens videri debet, cùm ita fermè in rerum natura comparatum ſit, vt quæ ſunt potentiora reliqua minùs valentia ſibi accommodent, & in vſus ſuos conuertant. Hiſpanis ea doctrina placuit cum de Primogenijs, & maioratibus diſputant. Ita docet vnus è Præcipuis Iuriſconſultis Ludouicus Molina. *Quando Poſſeſſor Maioratus propria bona antiquo Maioratui addidit, ſimpliciter & abſolutè; & nullas conditiones, ſeu vocationes adiecit, in hoc caſu perinde ſuccedendum, ac ſi bona priori Maioratui vnita Primi Fundatoris eſſent.* Cuius ſententiæ ſunt Aluarez, Caſtillo, Azeuedius cum pleriſque tum Hiſpanorum, tum externorum. Apparetque exemplo appoſito Eccleſiæ: Cui ea quæ deinceps vnitur, ita ſe habet, vt prioris aſſumat naturam, & proprietates: atque adeo & conſuetudinis, & legis, & ſtatuti conditiones ſequitur, perinde ac ſi ſui oblita ad illam deſciſceret, vti multis, & Gloſſis, & rationibus, & exemplis deducunt Garcia de Be-

Molina Hiſp de Primog. lib.1.13. n. 36.

Aluarez 2. p. q 5.n.11.

Caſtillo lib. 3.c num.9.

Azeued.l.6. tit.9. n. 401.

Peregrin de fideicommiſſ. a.16 n 114.

Maſtill. Decis 190 p. 2

neficijs. p. 12. c. 2. a. n. 12. & 13. & Mierez 2. p. q. 5. n. 11. Nec opponas id non eſſe in legibus, aut inſtitutis Gallicis expreſſum, nam vti proximè obſeruauimus, non opus eſt exprimatur quod ſolet fieri, ex eo enim mens legiſlatoris apparet, cui non poterit contra iri. Adeo vt duo tantùm actus ſufficiant, ad mentem declarandam. Quemadmodum tradit Gratian.

Gratianus. Rota. Fontanel. Caſtillo. Martha.

tom. 5. diſceptat forenſ. c. 928. n. 27. & Rota in Nouiſſ. Deciſ. 100. p. 2. à n. 1. ad 7. & Fontanel. de pact. matrim. l. 2. clauſ. 3. p. 2. & Caſtillo. l. 5. c. 93. n. 6. & Martha. in ſum. tot. ſucceſſ. legal. 4. p. q. 6. a. 4. Quare nil eſt quod Hiſpani obiiciant cum iſte mos retinendi Principatus receptus in Gallia ſecundum ius Salicum fuerit: iſque mentem regum, & vim legis interpretetur, & confirmet, iuxta deciſ. Iuriſconſulti in l. ſi de interpretatione. ff. de legibus, vbi id conſenſu omnium definitur: & l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regulis iuris, & l. ſi ſeruis plurium § finali. ff. de legatis. 1. l. qui aliena. §. ſed ſi non. ff. de acquir. hęredit. l. ſi filius. C. de petit. hæredit. l. cum poſt. ff. de iure dotium. Obſeruantia enim in rebus dubijs legis non ſcriptæ vicem gerit, ac pro lege habetur: & rei totius præiudicium continet, vti docent Caſtillo ſup. c. 93. §. 1. n. 9. & præcepit. tract. de effectib. obſer. & Perez. de Lara. de Anniuerſ. & Capellan. l. 1. c. 5. n. 47. eſtque vnanimi Iuriſprudentium conſenſu ſtabilitum. Quin addunt ſatis eſſe ad inducendam obſeruantiam quòd ſemel fiat, & decennio conſiſtat, vti iidem tradunt Authores quibus accedit Gama deciſ. 48.

Caſtillo. Lara. Molina & alii apud Laram. Caſtillo c. 93. § 9. n. 8. & §. 7 n. 12. Lara. ſupra c. 5. n. 46.

Quòd ſi adhuc Hiſpani obniti, vti ſunt pugnaces, & refragari conentur: vehementiùs in eos inſurgo, & ſtatione dejicio. Nam licet ſtatus illi à feminis accepti, nempe Burgundiæ, Arteſiæ, Britanniæ dubio iure ſint à Francorum Regibus acquiſiti, iam hodie certo præſcriptionis iure poſſidentur. Cum ratio illa ſuccedendi virili ſtirpe contra feminas ſpatio annorum quadraginta præſcribatur: quo illæ omnino ab hæreditate excluſæ, & ſoli viri admiſſi. c. cum de beneficio de præbend. l. vlt. Molina de Primogen. l. 2. c. 6. Cabedo 1. p. deciſ. 121. n. 3. & 4. Valaſc. 1. tom. Conſult. q. 5. n. 4. & 2. tom. conſ. 111. n. 8. & conſ. 132. n. 16. vbi ſic. *Poteſt, inquit, præſcribi conſuetudo, quod bona ſuccedantur iure maioratus, vel quod ſuccedatur per maſculos, & non per feminas: & hæc conſuetudo pręſcripta obligat futuros ſucceſſores.* Quibus cum multi alij conſentiunt. Et ſi autem quidam immemoriale tempus ad pręſcribendum requirant, nemo tamen præſcribi poſſe negat. Cuiuſmodi eſt Caſtillo c. 93. §. 9. Huc ſanè applicanda doctrina de maioratibus tradita, à Clariſſimo Iuriſconſulto Hiſpano Ludouico Molina, qua tota hæc iuris Salici in ſuccedendo & præſcribendo ratio confirmatur. Igitur ſic ille de Primogen. l. 3. c. 1. Concl ait. *Si in Maioratus inſtitutione eiuſdem inſtitutor profiteatur, ſe eâ ratione Maioratum inſtituere, vt bona ipſa perpetuo in agnatione conſeruētur, ex huius rationis expreſſione feminę ac maſculi ex iis deſcendentes perpetuo excluſi cenſendi erunt, etiam in caſibus in diſpoſitione non expreſſis, eaque diſpoſitio de caſu ad caſum extendenda eſt. Cuius concluſionis ratio ea eſt, quod feminę ſucceſſio agnationis conſeruationi repugnat, cum ipſa ſit finis agnationis. l. Pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verborum ſignificatione, & l. Iuriſconſultus in princip. ff. de gradibus.* Itaque maneat Principatus

Molina. Cabed. Valaſc. Gama. Deciſ. 345 vel 347. Surdus conſ. 14. n. 45. l. 1. aliique apud Pereira Caſtro 1. p. deciſ. 21. n.

Ludouicus Molina.

illos

illos qui à feminis accepti, Regno Galliæ ſunt vniti, eodem Salico iure cenſeri, nec poſteà deinceps ad feminas peruenire, ſiue poſtliminij iure, ſiue dotis cauſâ, ſiue alio quouis titulo acquiſiti: cum id ſit expreſsè declaratum, vel obſeruantiâ ſtabilitum, vel interpretatione firmatum, vel conſuetudine ratum, vel iuſtâ vſucapione præſcriptum. Idque ego non modo à Gallis authoribus, ſed etiam ab Hiſpanis aduerſarijs ratiocinando extorſi. Illam Gallico huic iuri coronidem impono, quam velim mihi Galli gratulentur. Conſuluiſſe hac de tota me quæſtione in Luſitania cum iam ad viam accinctus eſſem, ſummum illum, & numeris omnibus abſolutum virum, iuris vtriuſque columen, eruditionis theſaurum, Politices ideam, ſcientiarum fontem, quem alias nominaui, & nunc honoris cauſâ nomino, Antonium Capralium Caſtelbranco, ac quid ſentiret ipſe rogaſſe, qui mihi confirmauit, omnes eiuſmodi Principatus hac ratione à Francia, & acquiſitos, & poſſeſſos, in Salici iuris naturam tranſiſſe: & cum meam vehementer ratiocinationem probaſſet, multis, & magnis, quorum hic ego aliqua adduxi, argumentis locupletauit, additurus, vt mihi recepit alia, ſi minùs aut à me properatum, aut illi magis vacuum fuiſſet.

D. Antonius Capral. Caſtebranco inſignis Iuriſconſultus Luſitanus.

QVÆSTIO VLTIMA.

DE PRÆROGATIVIS ET EXCELLENTIIS Regum Galliæ.

CAPVT PRIMVM.

Prima ex antiquitate, tum originis, tum Regni ducta præſtantia.

QVO minùs certa & conſtans de Francorum origine Authorum ſententia, quòque maior eorum de illa inter ſe diſſenſio, & vel proxima, vel inuoluta fabulis videtur, eò antiquior illa exiſtimanda. Nam niſi tam in receſſu vetuſtatis abdita, & ab hominum memoria remota eſſet, & inueſtigaretur faciliùs, & manifeſtiùs appareret. Itaque ſiue à Trojanis, ſiue à Sicambris, ſiue à Germanis, ſiue à Francis, ſiue à Scythis Franci oriundi, de quo non admodum conſtare puto, illud certè liquet, eorũ vetuſtiſſimam eſſe originem, cum ea quæ ſit, ob antiquitatem ignoretur. Vti enim quæ oculorum aciem fugiunt altiſſimè eſſe poſita credimus: ita & quæ memoriâ conſequi non poſſumus, ea longiſſimè tempore abeſſe iudicamus. Cum præſertim, quod in rem aptè obſeruat eruditiſſimus Valeſius, quoties præcipui Germanorum populi recenſentur, primum ſemper locum Franci obtineant: comitante nimirum Religione antiquitatem, cui maior eſſe ſolet ex longinquo reuerentia. Vnde fabulis, multorum ſententia, datus eſt locus, quòd in eo receſſu liceret vmbras veritati addere, & ſuperſtitioſo horrore humanis maiora fingere, & ex timore cõcepto diuinum quiddam ineſſe, ſuſpicari. Adeo verùm eſt illud:

Supràq.1. Vide Iſac. Pontan. & Sammarth.

Valeſius l.1.

Primus in orbe Deos fecit timor.

Stat & Petron.

Nullius tu gentis antiquiores Reges inuenies: nec de Troizantibus ego temerè inductis commemoro, ſed de certis atque cõſtantibus: quoſque ex Turonenſi, ac probatiſſimis Authoribus ſuprà retulimus. Quibus vix in Annalium monumentis ſuppares repones. Atque vt iſta omittamus: operæ pretium erit in lucem hiſtoriarum prodire, & Regna celebria inſtituta, eum Franciæ Regno erecto conferre, ac inde deducere, nullum eo vetuſtius inueniri.

Vide q.noſtr. 1.

Et quidem Luſitaniæ, Scotiæ, Angliæ, Poloniæ, Hungariæ, Aragoniæ Neapolis, ac Siciliæ Regna, facilè primas Franciæ Regno concedent,

Hiſpania, quæ illius ſemper, neſcio quo fato, æmula eſſe voluit, fortaſsè non ſinet hàc prærogatiuâ, à Francia ſuperari. Quare nobis multò, quàm à quibuſdam Gallis Authoribus, accuratiùs res examinanda.

Sammarth. l. 2 c. 6.

Igitur Gothorum in Hiſpania Regnum, quis inchoarit dubitari vehementer ſolet. Sunt qui Theodoricum, non illum maiorem qui cum Attila pugnauit, ſed eo minorem velint. Quidam Amalaricum nepotem malunt. Qui longiùs recedunt, Genſelaricum authorem aiunt, quos Sammarthani ſequuntur. Qui altiùs initium ducunt, Euricum Regum omnium antiquiſſimum conſtituunt. Omnes præter Euricum & Theodoricum ætate Clodoueo inferiores. Horum verò Theodoricum, conſtat Clodoueo parem fuiſſe, eiuſque Alboſledam ſororem vxorem duxiſſe. Quare, vt ille Hiſpaniarum Rex, vti quidam cum Iſidoro & Vaſæo tradunt, fuerit, multò eſt Gotthorum Regnum in Hiſpania, Regno in Gallia Francorum recentius. Vnus ſupereſt Euricus, de quo inſtitui poſſit quæſtio. Hic igitur Alarici Pater fuit, qui ſynchronos Clodouei, ab eo eſt in Catalaunenſi celeberrimo prælio victus, & interfectus. Hoc explorato, apparet Euricum Merroueo Rege ſupparem fuiſſe, Childerico filio parem, atque adeo anno circiter 570. Regnum Gotthicum in Hiſpania inchoaſſe, cum anno fermè 420. Pharamundus Francicum inſtituerit, ac Meroueus anno 448. regnare cæperit. Ne quis autem putet ante Euricum Gotthos in Hiſpania imperaſſe, omnes Hiſpani authores conſentiunt, Sueuis Regnum Hiſpaniarum obtinentibus Euricum eò veniſſe, & partem Regni vendicaſſe, quorum celebriores ſunt Faranta & Remiſmundus, qui de Imperio inter ſe contendentes, occupandæ Hiſpaniæ Eurico occaſionem fecerunt. Quare, licet hoc Hiſpanis concedamus, Euricum, qui tamen Galliarũ partem occupabat, & Arelati deceſſit, in Hiſpania regnaſſe, conſtat eum multò Francici Imperij authoribus recentiorem extitiſſe. Quòd ſi contendant Hiſpani, alios ante Euricum Gotthos Reges Hiſpaniæ partem tenuiſſe, atq; adeò Theodoricum illum antiquiorem Meroueo parem appellent, iure certè non agent, cùm hi Reges multò in Italia plura Galliaque, quàm in Hiſpania poſſederint, & in hac Sueui & Alani, & Vandali imperarint: atque adeo ſedem in Hiſpania Regni non habuerint: niſi velint eos, qui in Galliarum parte regnabant Gotthos, Hiſpanis imperaſſe; vnde ſequitur Hiſpanos Galliæ Regibus paruiſſe. Ego ne Euricum quidem admitterem, niſi viderem ab eo leges Hiſpanis datas, quas qui accipiũt fatentur, ſeſe in ius dicẽtis fide ac poteſtate futuros: qua re vna imperium & conſtituitur, & ſtabilitur. Nec interim id negare volui, Gotthorum in Hiſpania Regum ſobolem vllam poſt Rodericum Regem fuiſſe, atque adeo à Pelaio alterius ſanguinis Principe ineundam eſſe Regum ſeriem, nam nec id neceſſe eſt ad aſſerendam Regni Gallici antiquitatem, nec detrahere quicquam de dignitate Hiſpaniarum Regum placet; ſed eâ integrâ digniorem Franciæ Regibus locum aſſignare.

Iſidor. in Hiſt. Goth. Morales. Brittus 2 p. Monarch l. 6. c. 10. Vide Valeſ. l. 5. Iſidor. in Hiſt. Goth. Vide Britt. 2. p. Monarch. l. 2 & c. 8. Vaſæus tom. 1. Chron. Moral. l. 12. Valeſ. l. 5. Hiſtor. Oſtrogoth. Iornand. Iſidor. Valeſ. l. 5. & 6. Brittus ex Iſidor. & Moral. l 6. Monarch. c. 20. Garibay l. 8. c. 30. Vide Dominicy 12. Aſſert. Gallicus.

CAPVT SECVNDVM.

Altera à Religione deſumpta excellentia.

FRancorum Regum Genealogiam, iam inde ab initio rectâ deductam ſerie, ſed triplici linearum flexu diſtinctam, accuratius inſpicienti, illud videre ſolet, ad ideam ſacræ Genealogiæ Regis optimi Maximi IESV Chriſti, ſingulari quadam Dei Prouidentia conformatam. Nam quemadmodum hæc vno, & continenti filo, ab Abrahamo ad Chriſtum trahitur, ac ter, paulùm adductâ lineâ conſiſtit, vt Primus ab Abrahamo ductus, Abrahamicus: ſecundus à Dauide, Dauidicus: tertius à Iechonia Iechonianus, velut à tribus linearum flexibus, dici poſſint, ac vna illa genealogia tres gradus quibus quodammodo reſiſtat, contineat: ita Francica Regum ſeries perpetuo ducta filo, ter tamen à recto deflexa, diuerſa capita in eandem lineam inducat, & Merouingiam, & Carolingam, & Capetinam ſobolem comprehendat, vt qua illa Chriſti, & hæc Chriſtianiſſima genealogia ratione procedere videatur. Ac eo quidem conueniunt: nec minus eo differunt, quod Chriſti Domini ſanguis à Fonte Abrahami deductus, nuſquam in tranſuerſa latera deflexerit, ſed rectâ à fonte vnico ſemper & inuiolato ſulco in Chriſtum influxerit, atque adeo tres illi lineæ gradus, non tam diuerſi diuortia, quam eiuſdem ſanguinis lacus effecerint. At Chriſtianiſſima ſoboles, non vnico ex fonte, ſed ex triplici ſanguinem hauſerit, vt vbi linea ſubſtitit, ibi etiam diuortium fecerit; nam etſi Regium ſemper, non eiuſdem tamen maſculi fontis ſanguinem conſeruauit. Quare in Dauidem, & Iechoniam idem omnino Abrahami maſculo tramiti ſanguis infuſus: non idem prorſus in Merouco, ac Pipino, & Capeto, ſed diuerſus inductus. At non idcirco minus Religioſè Francica Genealogia habenda. Nam eo, & ad Chriſtianam accedit, quòd vti hæc vnius ſanguinis puritate Deum, vti eſt exprimit, ita & illa Francica triplicis illius ſtirpis differentiâ Dei Trinitatem repræſentat. Vnde in quo deficere à ſimilitudine videbatur, eo maximè ad Religionem accedit: ac omninò cum Chriſti genealogia conuenit. Dum hæc Dei vnico ſanguinis ductu vnitatem, illa diuerſo Trinitatem adumbrat.

Matth. 1.

Quid? quod & illud Religionem addit. Cum à Parente Abrahamo ſanguis tanquam à fonte profluxerit, non ab eo tamen poſteri, ſed à Iuda, ſobolis nomen acceperunt: nec Abrahamici, ſed Iudæi nuncupati. Eadem ratione Franci, cùm à Pharamundo primo quaſi capite deſcenderint, non Pharamundici ab eo, ſed à Merouco Merouingij dici maluerunt. Itaque Chriſtianiſſimæ Genealogiæ arbor, ſacrum ſibi quiddam vendicat, & ab eius trunco ad Ramos, & folia Religioſus horror deriuatur. De qua illud iure vſurpetur.

Sacra comam, multoſque metu ſeruata per annos. Virgil. l. 7.

Atque ea Prima illius prærogatiua ſit, quòd ex quo Fides ei Chriſtiana eſt inſita, Rege Clodoueo ſacris initiato, nunquam poſteà defecit; ſed ad ſummam Francici nominis gloriam effloruit. Nam in nulla tu alterius gentis paris, vel ſupparis antiquitatis Regum genealogia, puram, & inuiolatam abſque hæreſeos labe fidem iuuenies. Vti & in antiquis Italiæ, & Hiſpaniæ, & Angliȩ Regibus, (nam non hic ego de Luſitanis, aut Aragoniis, aut Neapolitanis, qui etſi omnino puri multò ſunt recẽtiores cõmemorem) videre eſt. Inter quos non pauci Arrianiſmo, & Lutheraniſmo infecti extiterunt. Cùm nemo ex numero Francorum Regum, ab orthodoxa Fide defecerit, imo etſi quis alienus intrauit, ad eius ſe gremium, Rex inſtitutus reduxerit, vt Francica Corona Catholicæ addicta Fidei videretur, & cuius capiti debebatur, illud Catholici Chriſti Corporis, id eſt Eccleſiȩ, membrum efficeret.

Igitur huiuſmodi prærogatiua Clodoueo illi Magno accepta referenda, qui cum vnus omnium ſuæ ætatis Principum Catholicus extiterit, & tanquã Phœnix ſingularẽ ſibi Puræ Fidei gloriam vendicarit, cuius fuit, & Apoſtolus, & Defenſor, eam à Deo poſteris ſuis meruit impetrare. Sanè illius temporis monumenta legenti cõſtabit reliquos præter vnum Clodoueum Reges, aut Paganorum tenebris obrutos, aut hæreſeos labe infectos fuiſſe. Quemadmodum grauiſſimi Galliæ Authores teſtantur. Ex quibus Valeſium eligo, cuius teſtimonio rem confirmem, *Clodoueum*, inquit, *exiſtimo vnum ex omnibus ætatis ſuȩ Regibus Catholicum, & Orthodoxum fuiſſe, quippe eo tum in ſtatu res Chriſtiana erat, vt hæreſi vbique dominante Imperium orientis Princeps Euthychianus obtineret: & Reges Barbarorum qui in Prouinciis occidentis conſederant, nimirum Sueuorum in Gallęcia: Burgundionum & Gotthorum in Gallia: Vandalorum in Africa, Oſtrogothorum in Italia: Longobardorum in Pannonia ſecunda: Gipedum quoque in Dacia Tranſdanubiana, Arii ſectam ſequerentur: cæteræ gentes tenaces patrij moris, idola venerarentur.* Nec ille tantùm Fidem Catholicam ſuſcepit, & tenuit, ſed, vti Magnus Imperator Conſtantinus, author Genti Francicæ fuit eiuſdem Fidei amplectendæ, idque cum exemplo ſuaſiſſet lege imperauit, & quibus armis Regnum aſſeruerat, Religionem propugnauit. Quare à Remigio, *Defenſor illuſtris, & Prædicator Fidei Catholicæ* appellatur.

Symond. in not. ad Auit. Vrennens. Sammarthani. l. 1. c. 5. Valeſ lib. 6. Aſſert. Gallicus. c. 23. Remig. Epiſt. 2. Vide Pont. & Valeſius.

Eo Duce Francica gens prima omnium pro Fide Catholica ſigna cum hoſtibus contulit, cum de Alarico partâ victoriâ, aſſertâ Religione, hæreſi triumphatâ ille à Rhemigio *Regionum Præſul* dictus: qua ratione ab Euſebio *Communis Epiſcopus* Conſtantinus vocatur. Eum Aurelianenſis Concilij Patres *Catholicȩ Eccleſiȩ Filium* nuncuparunt. Eundem *Veneratorem Eccleſiæ Catholicæ* Auitus: *Dilectum* à Deo Aymonuis: *Amoris Dei plenum*, grauis Author vitæ ſancti Arnulphi: *Filium Eccleſiæ Primogenitum* multi Conciliorum Gallicanorum Patres appellarunt. Ab eo Chriſtianiſſimi titulus ad Reges Francos, cum ſanguine, meritiſque deductus. Nam cum hoc nomine Rhemigius Teſtamento illũ donaſſet, ſacrum illud authoritate Pontificum, & totius Eccleſiæ conſenſu eſt habitum, & hæreditarium redditũ, maiore, quàm ſi Triumphatores gloriâ ducerentur. Et

Æmil. lib. 2. Panucin l. 2. Dominicius. c 15. Valeſ. l. 6. Sammarth. lib. 5. c. 5. Symond in Conc. Gallic. Valeſius. l 6. Baronius. Spondan. Dominic. 15.

quidem iam priſcâ illâ ætate à Gregorio III. ſummo Pontifice *Chriſtianiſſimi* titulus in Carolo Martello Epiſtolâ ad eum miſſâ confirmatus, ac eò magis quod ad eum cum ſacris Clauibus legationem ad poſtulandam contra Longobardos anno 760. miſit, vti Baronius, & cum eo Spondanus commemorant.

Baron. & Spond. anno 740.

Vt illud Chriſtianiſſimi nomen impreſſis Diui Petri Clauibus firmius remaneret. Illo erſi primum donati Clariſſimi Imperatores Conſtantinus Magnus, Arcadius, Honorius, & Gratianus, quod argumentum eſt id præclaræ eſſe dignitaris, & ad Fidei commendationem glorioſum, vagum tamen & incertum ferebatur, donec in Regum Francorum ſolio conſidens, conquieuit. Itaque à Carolo Martello, quaſi hæreditarium Carolingij Principes acceperunt, & ad Capetinos cum Regno poſteà tranſlatum. Pipinus ab eodem Pontifice, Carolus Magnus ab Stephano IV. Ludouicus Pius ab Aquenſi Chapellenſi Concilio, Carolus Caluus à Nicolao I. Chriſtianiſſimi titulo decorati. Capiti Tertiæ lineæ Hugoni additum nomen *Defenſoris Eccleſiæ*. Iam vero in hac lineâ Philippus Auguſtus, & Ludouicus VIII. ab Innocentio III. & Honorio III. Ludouicus IX. Sanctiſſimus à Gregorio IX. Omnes denique Francorum Reges vno nomine ſemel à Clemente VII. ſolenni Bullâ Chriſtianiſſimi appellati. Nec eo primæ ſtirpis Reges antiquiſſimi caruerunt. Nam hi præterquam quod Eccleſiæ ſint Filij, communi vocabulo à Concilijs & Epiſcopis illius ætatis dicti, certè Childebertus, & Dagobertus primi Chriſtianiſsimi nomine, ille à vetuſtiſsimo Authore, hic à Concilio Aurelianenſi, inſigniti. Imo Imperaror ipſe Mauricius Regem Childebertum II. ante annos mille Parentem Chriſtianiſsimum appellauit. Hinc apparet nulli ante Clodoueum, & Childebertum, & Dagobertum Reges Chriſtianiſsimi nomen Regi donatum. Catholici, quod ſibi proprium Hiſpaniæ Reges vendicant, primus, opinor, omnium in Toletano Concilio nomen Recaredus obtinuit: Anno circiter 592. cum eo multò anteà à Magno Gregorio Pontifice fuiſſet Childebertus Rex Franciæ in Epiſtola decoratus. Eum ſibi poſteà titulum Ludouicus VIII. & Philippus VI. Valeſius vendicarunt. Itaque nec Hiſpaniæ Catholici, nec Defenſoris Fidei Angliæ Reges primam nomenclaturam tulerunt, cum multò ante Reges Galliæ vtroque ſint titulo potiti. Ad Regnum Chriſtianæ Pietatis gloria à Regibus emanauit. Extat præclarum apud Magnum Gregorium Epiſtola ad Ludouicum, & Theodeberrum de illo, in rem noſtram aptum elogium. *Deus*, inquit, *Regnum veſtrum Fidei rectitudine decorauit, & integritate Chriſtianæ Religionis intergentes alias fecit eſſe conſpicuum.* Gregorij Elogio concinit Innocentij Tertij ad Archiepiſcopum Bituricenſem ſcripta ſententia. *Chriſtianiſsimum Regnum Francorum ſemper conſtantem Fidei Orthodoxæ murum, & inconcuſſum parietem libertatis Catholicæ fuiſſe.* Idem à Gregorio IX. *Benedictum à Domino* vocatur. Ideo Francos Agathias *Rectiſsimæ Fidei inter omnes Chriſtianos* appellat. Vuillelmus Carnotenſis electus Epiſcopus *Regno Francorum nullum eſſe in toto orbe, fide, charitate, deuotione erga fidem Apoſtolicam comparandum: nec eſſe Eccleſiam Romanæ Gallicâ Eccleſiâ in omnibus anguſtiis ſuis vtiliorem.* Quare meritò Stepha-

Canon. eccle. diſt. 93. — Sammarth. l. 1. c. 3. — Baronius. — M Anton. Domin. l. vltimo. — Spondan. — Sammarth. — Papirus Maſſon. lib. 5. — Marculph. l. 2. c. 4. — Vide Domin. c. 8. & Sammart. c. 5. — Baronius & Spondanus Anno 593. — D. Gregor. Epiſt. ad Childebert. — Author. vit. Reg. Ludouici VIII. — Sammarth. — D. Gregor. Magnus in Epiſt. 58. — vide Sammarth. & Dominic. — Agath. l. 1. — Baron. anno. 1168. — Spondan. ibid.

nus Papa implorans auxilium à Pipino Rege,ſic ait, *Cunctæ genti Francorum per Dei præceptionem, & Beati Petri, Sanctam Dei Eccleſiam,& noſtrum Romanorum Reipub. populum commiſimus protegendum.* Quo Protectionem Eccleſiæ ad Francorum Regnum pertinere docuit:non quod Franci ex pietate ſolum liberè ſuſceperint, ſed quòd exigentibus Pontificibus iure præſtiterint. Nec aut præcepto,aut voto Franci defuerunt. Re ab iis exhibitum quod mente cogitatum. vide Dom. c. 8.

Nam quoties aduerſus Pontifices turbæ, tumultus,bella concitata, ſemper in Gallia perfugium,& Aſylum repererunt. Eò ſe Ioannes VIII. eò Gelaſius Secundus,eò Innocentius item Secundus,eò Eugenius Tertius, eò Alexander V. vt manus hoſtium vitarent, receperunt. Francorum opem aduerſus Longobardos Pelagius,& Gregorius II. & III. & Stephanus item III. & Adrianus, & Ioannes VIII. aduerſus eoſdem, & alios Chriſtiani nominis aduerſarios implorarunt. Superiori patrum noſtrorum memoriâ Clemens VII. Româ captâ, incenſâ, in ſummo diſcrimine à Franciſco Magno Gallorum Rege auxilium obtinuit,& impetrauit. Cuius imperio miſſus multarũ Palmarum vetus Imperator,Lautrechius hærentẽ vrbis afflictiſſimæ faucibus pertinacem hoſtem auulſit, & Pontificẽ,cuſtodiâ,dedecore,& anguſtiis liberauit,lucem Italiæ reſtituit, & bellorum caliginem diſsipauit. Recens adhuc eſt memoria Ducis Guiſij Franciſci Lotharingi, qui cum exercitu miſſus ab Henrico II. in Italiam vt Paulum IV. Papam, aduerſus Ferdinandum Toletanum Ducem Albenſem, qui eius capiti imminebat,defenderet. Vt verè dictum ſit ab Stephano Pontifice *Saluos factos eſſe omnes,qui ad Francorum fortiſsimam gentem refugerunt.* Baron. Spondan. Ciacon. Platina. Illeſcas. Annal. Fran. Guicciard. Du Bellay. Paul Iouius. Ciacon. Illeſc. Thuanus. Sanmarthani. Baron. Anno. 755.

CAPVT TERTIVM.

Tertia ex ſacræ vnctionis Chriſmate, & Gratiæ curationis dono prærogatiua conflata.

QVi primus Regum Clodoueus,Chriſtianiſsimorum caput,& initiũ fuit, ille non communi Rex more erat inſtituendus, aut inaugurandus. Ante cum Regnum ſuo iure inierat Rex à populo, ſed profanus à profanis ſalutatus,cum Chriſto à Baptiſmo renatus, ſacratiùs, vti Rex Sacer, è cœlo delapſo Chriſmate initiandus: vt non,iam vti Reges Hæbreorum, ſed vti Chriſtus ipſe Rex Regum & Dominus Dominantium à Spiritu Sancto vnctus eſt,ita Clodoueus & Poſteri vngerẽtur. Proindeq; Franciæ Reges & Regia, & Sacerdotali dignitate fruerentur. Vt & hoc etiam Chriſtum referrent,qui & Rex,& Sacerdos ſacris in litteris dicitur, ac proinde Patrum teſtimonio ex vtroque & Iudæ Regio, & Leui Sacerdotali ſit ſanguine procreatus. Allatam eſſe à Candidiſsima Columbâ, vel Angelo eam referente,ſacram ampullam argumento eſt Spiritus Sancti auſpiciis Reges conſecrari. Atque vt ille olim hac ſpecie Columbæ Vide Britard. & Theganũ, & Henriqu. de Euchariſt. c. 44. Sammarth. l. 1. c. 2. Hincmar.

Ammon. Frotoard. Hadr. Valeſ. lib. 6.

Baptiſmo Chriſti apud Iordanem ad fuit, cum ei teſtimonium Filio Dei dilecto redditum: quaſi cum ex aqua eductum ſuſciperet; ita & Clodoueo cum ſacro luſtrabatur fonte, adeſſe voluit, vt eum alis ſuis protegeret, & obumbraret: ac omnem in eo Chriſtianiſsimorum Regum poſteritatem amplecteretur. Quam ſibi vnicè dilectam eo Chriſmate ſignificabat, quo illos ex omni Regum aliorũ numero ſeligebat. In Fráco-

Pſal. 44.

rum enim Regum ſeriem quadrare illud merito poteſt. *Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Ac eò maiori iure, quod & Pſalmus ille Incarnato verbo teſti-

Auguſtinus.

monium reddat, & *Pro liliis* inſcribatur. Nam Verbum Incarnatum ipſiſſimus eſt Chriſtus, qui paſcitur inter lilia, cum Reges Galliæ Chriſtianiſsimos reddit, & cum Francica amat lilia habitare. Ac eo ſanè Pſalmi

Vide Petr. à Sanct. Romualdo. an. 595. & Spondan. Tomo 2. vide Valeſ. lib. 6.

verſu ſatis indicatur ſolos Franciæ Reges cœleſti oleo & vngi, & conſecrari: vnde quod Angliæ Reges ſibi vendicant, aliam ſibi eſſe Ampullam, cuius Chriſmate conſecrentur omnino, ceu ad ſpeciem gloriæ fictum, rejicimus: nam qui æmuli maximè omnium Francorum Regum eſſe voluerunt, & huiuſmodi commentum, vt luminibus Galliæ officerent, temerè excogitarunt, Si qui vero aliarum gentium Imperatores vel Reges: cuiuſmodi viſi Gotthorum fuerũt, vncti aliquando oleo, illud certè non è cælo delapſum, nec à ſuperis acceptum. Itaque tam diſtant à Francis, vt hi Cælites, illi mortales eſſe videantur.

Brittus Brandan in l. p. Monarch. c. 1. & 2. Sammarth. tom. 2. Zurita in chron. reg. Eduardo c. 5.

Nolo hic quod ad laudem gentis meæ, & ad inſtitutum facit omittere. Portugalliæ Regibus (qui vnici fortaſſe inter omnes ab Hugone Capeto maſculum ſanguinem trahunt, ab Henrico Burgundio Portugalliæ Comite per Robertum Primum Ducem Burgundiæ deductum) Priuilegium illud ſacræ vnctionis fuiſſe conceſſum. Nam id à Martino V. Petrus Infans Romæ impetrauit, ac deinde in Baſileenſi Concilio idem Eugenius Pontifex Eduardo Regi confirmauit. Quo apparet Francicum ſanguinem ſacratiùs in venis eius ſtirpis Regum contineri: quando illius ductum ſacrum oleum conſequatur. An vero omnes à

vide Hadr. Valeſ. lib. 6. Spondanus. an. 1106.

Clodoueo Reges cœleſti illo ſint Chriſmate delibuti, an ſoli quidam à Pipini temporibus eo vncti: & ritu ſolenni inaugurati: & vtrum extra Rhemenſem Eccleſiam id fieri liceat; ſpinoſiora ſunt, quàm vt lilia Gallica, tenerrimas florum delicias, deceant. Nec ego hic digladiari amo

vide Sanmarthan. l. 1. c. 2.

ſed Francicam coronam illuſtrare. Huiuſmodi quæſtiones Gallis authoribus ventilandas relinquo: non tamen patiar ab eorum quoquam de veritate accepti Chriſmatis dubitari.

Thegan. Panormit. c. extri. p. præb. Sammarth. l. 1. c. 2. Henriqu. de Euchar. c. 44. Fortunat. lib. 2. Poem. de Eccleſ. Paris.

Agè verò, quo iure huiuſmodi Galliarum Regibus conſecratio debeatur, è ſacris eorundem prærogatiuis ſpectemus. Nonne ij in Sacerdotalis officij partem vocati, Canonicos in Eccleſiis, Abbates in Monaſteriis, Epiſcopos quodammodo in Territorijs agunt. Annon iure quodam ſpirituali donantur, ad Præſules, Epiſcopos, Abbateſque nominandos? Annon Eccleſiaſticorum redituum participes fiunt? Imo & in ipſo Altari cum ſub vtraque ſpecie pro libito ſacram Euchariſtiam ſuſcipiunt, Sacerdotum munere funguntur? Quod nullis aliis eſt permiſſum. Quare non miror Childebertum à Fortunato ſanctiſſimo Epiſcopo *alterum*

Melchiſedechum

Melchiſedechum Regem , ac Sacerdotem dici: nec Pipinum à Paulo Primo *Papa*, *Fundamentum & caput omnium Chriſtianorum appellari*: nec omnes à Ioanne Gerſone Pariſienſi Cancellario ac ſingulos Francorũ Reges Spirituales Reges eſſe, & habitu ex Regio & Sacerdotali mixto iudicis, & Sacerdotis munera exercere. Itaque & id conſecuti, vt multa eorum decreta, legeſque inter Sacros Canones collocentur.

vide Sammath. l. 1. c. 2.

Can. de capi. 10. diſt.

Quemadmodum ita Chriſtus Dominus eſt vnctus, vt in nos eius gratia emanarit, ad Salutem corporis & animi comparata, ita quodammodo Cæleſtis olei virtus, intra capita Regum ſtetit, ſed ab iis admirabili virtute defluxit: neque ſicut Aaronis vnguentum à Superiori parte in veſtem deſcendens eius ſe lacinia definitum continuit: ſed in extera quoque Regna, & omnem terrarum ambitum effudit. Fons in incerto eſt, riui, imo & fluuij patuerunt. Itaque lethalis illa, & pertinax ſtrumarum lues leui, ſed ſacro Regiarum manuum tactu depellitur. Virtute ſanitatis oleum conſequente, nec enim ante inaugurationem medicina exiſtit, ea ſacro addicta Chriſmati Cælo donatam gratiam teſtatur: nominis Francici oleo per orbem diffuſam, nec enim aut regionibus circumſcribitur , aut nationibus terminatur. Vti Cæli in omnes orbis partes influxus, ita & cæleſtis illa virtus in omnes ſe & populos, & locos diſpergit. Antiquiſsimam eam eſſe non dubitem , imo à Clodoueo emanaſſe prope Author fuerim : vt à quo & olei vnctio in Reges, & cœleſtis virtus medicamenti emanaret. Nec deſunt nobiliſſimi Authores, qui ab eo in ſucceſſores Reges profectam gratiam affirmẽt, Alij ſupparem ei & Marculpho parem medicinam faciunt. Quidam Ludouico Craſſo attribuunt; malim antiquiorem. Sed abſtineo quæſtione. Gratiam commendo, & à cælo conceſſam Regibus arbitror. Nam qui Hiſpani eam naturæ viribus tribuunt, deſipere inuidia, & odio videntur. Etenim non illa tantum Regni Galliarũ contenta finibus : in alias quoque partes peruadit. Cum ſuſceptæ à Carolo VIII. à Ludouico XII. à Franciſco I. in Italiã expeditiones, virtutem illam, non loco hęrere, ſed perſonis demõſtrarint. Quin & Franciſcus Madriti in cuſtodia detentus liberam curandi poteſtatem habuit. Quod autem ei Crucis ſignum cum manus adhibẽt ad curandum adjiciunt, & ad Deum, tanquam gratiæ authorem liberatem referunt, argumento eſt, eos Superiori virtute, non humana infirmitate ſanare. Ac ineſſe Diuinum quiddam Regibus, quod ad ſalutem accipiant, quoque ius Regium atteſtentur. Mirum ſanè Priuilegium , non Aſtris, non Planetis conceſſum , quod quia cæleſte, Doctor Angelicus Thomas, & commendat, & veneratur. Quod ſi eodem gaudet, vti vulgo dicitur , Aumontenſis Baro , Comes Chaturoucenſis nihil id de dignitate Regum detrahit ; cum qui id aſtruunt , & affirment , quod tria in eius ditione Regum Francorum cadauera prope fontem ſint ſepulta , hoc ei Diuinitus munus collatum. Eo ſanè apparet vltra mortem ſalutarem huiuſmodi virtutem protendi, ac in emortuis Regum oſſibus ſimilem Eliſæni Cadaueri vim , ad immortalem Francici nominis gloriam reſidere.

vide Forcad. l. 1. del. Empya c. Philos. des Gaulois. & Laurent traité des Ecroueles. Suarez de prætu. Clonoet. Lege Robert Cenalij. & Pomponac. & Petr. à S. Romuald. anno. 514 Sammarth. l. 1. c. 2. Iouius Guicciard. Ioan. 1. cat. D Thomas. l. 2. de Regi. Princip. Petrus à S. Romualdo. tomo 2. ann. 514.

CAPVT QVARTVM.

Quarta Trililiati ſtemmatis, & Auri flammei Vexilli Excellentia.

QVi pulcherrimum huiuſmodi Florem inter herbarum virides choros molliter aſſurgentem, & erecto ſe caudice faſtigiantem, & in candidiſſimum odoriferæ niuis calicem explicantem, triaque in eo reſupinis labellis folia ſtriata, comantibus aureis diſtincta filis in amœna veris oſcula offerentem: ſibi tanquam ſceptro innixum: & ſuo ambitu floreo coronatum viderit, ille demùm Regni Gallici germanum ſymbolum agnoſcet. Nullum enim vel pulchrius ad ſpeciem, vel floridius ad voluptatem, vel ſpecioſius ad pompam, vel ornatius ad dignitatem, vel illuſtrius ad gloriam inuenitur. Vt ſicut inter flores lilium, quod iure Florem Regium Nazianzenus appellat, ita inter Imperia Francia, Regnum, antonomaſticè dictum eminere videatur. Et vero ampliſsimam liliorum dignitatem non humana commendat, ſed diuina conſecrat authoritas. *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. Nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.* Regium Florem Chriſtus aſſeruit, quem Salomoni Regi præpoſuit, eoque ſatis glorioſum oſtendit, quod ne ille quidem, qui omnis gloriæ ſpeciem conſumpſit, lilio potuit comparari. Nec ego dubitem quin illud Salomonem ſuperet: cum non modo non ſe ad laborem abjiciat, quo nobili ſe ſtirpe natum oſtendit, ſed neque ad mollitiem femineam inflectat, colum oderit, & penſa vituperet: cum ſe tamen Salomon maſculæ virtutis neruis inciſis, molliſſimis feminarum amoribus implicuerit, & vltra penſa & colos idola coluerit. Illud mihi non omnino abſurdum videtur, Chriſtum Dominum cum lilia ſibi primum laudanda, & nobis ſpectāda propoſuit, de Regibus, Regnoque Galliæ cogitaſſe: quorũ in lilio dignitatẽ adumbrabat: in iiſque tùm virilẽ ſtirpem, tum maſculã virtutem, tum cādidam Fidem, tum admirabilem gloriam repræſentaſſe. Igitur iure optimo lilia in ſtemma Gallicum tranſierunt: nec ego dubitem à ſuperis donata. Nam ſi Iudæ Machabeo gladius, cur non Clodoueo clypeus à Cælo mitteretur? Quare non Ancilia Romani, ſed lilia Franci à ſuperis acceperunt. *Non lapſa ancilia cælo.* Sed *Ceciderunt lilia cælo.* Siue ſparſerint luſtrales Clodouei aquas lilia, & ampullam comitata in fontem deſcenderint, vnde iterum germinarint, ſiue ab Angelis immiſſa & irrigata in ſanctiſſimi Eremitæ manibus floruerint, & Ioye Vallem floridiſſimum pratum reddiderint, plaudente ſuperum ſenatu, & inuitante:

Manibus date lilia plenis.

Non *inani munere.* Sed pleno ac fœto rerum ſpe ac pignore maximarum. Pſalmos Dauid non paucos. *Pro his qui cõmutabuntur* inſcribit, & Auguſtin. obſeruat. Senſus eſt pro filijs Caluariæ apud Auguſtinum aliter *pro liliis.* Tunc enim ea eruperunt, cum Clodoueus Rex Francorum Proceres

Nazianz. in poem. Matth. 6. 3. Reg. c. 11. Machab. 2. Virgil. l. 8. vide Sammarthani. l. 1. c. 12. Virgil. l. 6. Pſal. 44 & alibi. D. Auguſt. ibid.

ſuſcepta ſunt fide Catholica ex Ethnicis in Chriſtianos commutati. Iam Caluariæ, ideſt, teſte Auguſtino Crucifixi Chriſti Filij redditi. Hæc Dauid animo lilia præuidebar, cum Francos in Chriſti Filios baptiſmo cóverſos lilia appellauit. Quam ſtirpem cum ad ſummam gloriam Oſée adoleſcentem vidiſſet, erupit, ac exclamauit: *Germinabit ſicut lilium.* Iſaia nobiliſſimo Vate ſuffragante : *Florebit quaſi lilium.* Quod autem à Monacho ſolirario, extra vrbes degente Valle Ioye, id eſt voluptatis, lilia ſint oblara Clodoueo, duobus ſuauiſſimis Canticorum locis conſonat. Alrer ſit, *Ego Flos campi, & lilium conuallium.* En ſolitudo & vallis. Alter eſto *Dilectus meus mihi, & ego illi: qui paſcitur inter lilia.* Ecce voluptatem, quam Chriſtus Dominus inter Francorum candidos & puros à labe animos capit, inter quos certiſſimè paſcit, & cubat cum ardente diuini amoris ſole meridiarur. Quid? quòd Salomonis Auguſtiſſimum Templum liliis abundabar? Iis vaſa quædam; Iis & Candelabra ornabantur? Argumento maximæ lilia Gallica Eccleſiæ gloriæ fore: quibus & oleum in vaſis Fidei; vt lux Religioſæ doctrinæ in Candelabris ſplendens ſpargeretur: vt in flores ſalutis germinatet. Iam verò Columnis lilia inſiſtere, & eorum capita coronare : duo mihi ſuppeditant documenra. Primùm, quòd qui velit ſcire, quibus columnis innitarur Eccleſia, lilia inſpicit, vt norit Galliarum Reges Eccleſiam, & ſuſtinere, & protegere, & obumbrare; Vbi ſunt lilia, ibi columnas eſſe intelliget. Alterum, tum coronidem Eccleſiæ imponendam, quæ Angelo illi ſimilis, cuius crura mari & terræ innixa columnas referebant, & finem mortalis æui ad futurum, cùm Francica lilia Imperii Coronam vendicabunt. Nam vti Antiquiſsimus ille Aurhor, qui nomine Auguſtini inter eius opera tractatum de Anri-Chriſto habere meruit, vaticinatur tum diſſolutâ mundi compage Eccleſiam in rriumphalem verſum iri, cum Gallorum Rex imperabit. Ab eo enim geſtatam Imperij coronam Hieroſolymis eſſe deponendam, ceu illam Eccleſię offerat, vt coronetur. Sed Authorem audiamus.

Osee 14. | vide Petr. à S. Romual 2 p Chronon. 499. | Cant. 2. | 3. Reg. c. 7. | Apocal. | Author de aduētu Anti-Christi inter opera Auguſtini.

Dicit Apoſtolus Paulus Antichriſtum non anteà in mundum venturum niſi venerit primùm diſceſſio. Hoc eſt niſi diſceſſerint omnia Regna ab Imperio, quæ priùs ſubdita erant. Hoc autem tempus nondum aduenit, quia licèt videamus Romanum Imperium ex maxima parte deſtructum; tamen quandiu Reges Francorum durauerint, qui Romanum Imperium tenere debent, Romana dignitas ex toto non peribit. Quidam verò Doctores noſtri dicunt, quod vnus ex Regibus Francorum Romanum Imperium exintegro tenebit, *qui in nouiſsimo tempore erit, at ipſe erit maximus & omnium Regū vltimus, qui poſtquam Regnum fœliciter gubernauerit, ad vltimum Hieroſolymam veniet, & in monte Oliueti ſceptrum & coronam ſuam deponet. Hic erit finis, & conſummatio Romanorum, Chriſtianorumque, ſtatimque ſecundùm prædictam ſententiàm Apoſtoli Pauli, Antichriſtum dicunt futurum.*

Rhabanus.

Vnde deduxerim, dara à cælo lilia, cum ad ſuperos redeat liliata corona. Sanè nunquam Gallicum ſceptrum periturum, imò ad ſummam gloriam in dies floreſcente calice lilium euehendum, ſymbolum ſpei illi attributum ſignificat. *Spem* enim lilium Allegoricôs repræſentat, Hinc apud Romanos Dea lilium manu prætendens, lemmate addito; *Spes publi-*

Hab. Glotz. in Auguſt. | vide Roſin. | Virgil. l. 6. | Cerda & Pont.

Virgil. l. 6. ca. Idcirco ea Princeps vatum Virgilius Marcello *plenis manibus* obtulit, vt in quo maturitatem non poterat, ſpem commendaret. Quod autem lilia Gallica ad Borboniam cum Regno Regiam ſtirpem deuenerint: non ſine Dei Prouidentia accidiſſe arbitror: cum Borboniæ Clariſſimæ Familiæ proprium, & gentile ſymbolum *Spes* ſit. Adeo vt Ordini illuſtriſſimo à ſe creato hanc quaſi teſſeram & notam dederint: *Spes.* Quo ſanè ſignificatum ſummam liliorum ſpem Borbonios Principes reſpicere: quæ familia ſpe lactata Regiâ Regnum ſpectabat. Quod cum acceperit, & ſpei ſuæ commiſerit, fore, vt perpetuo virens, ad ingentis gloriæ faſtigium adoleſcat. Itaque in aliis Familiis potuerunt lilia hæreditaria marceſcere, in Borbonia æternùm floreſcent, cum *Spei* quæ immortalitatis ſymbolum copulentur. Et vero eſt hodie ſtemma Trililiatum perfectum, cùm Tertius hic ſit Borbonij ſanguinis Rex Ludouicus Adeodatus, qui trilicium iſtud liliorum mirabili nectit felicitate: & quod Dei ſit donum, donata à Cælo lilia maiore & vendicat iure, & retinet dignitate. Scutum ei Regina Mater, Heroici animi, & Auguſti Spiritus plena, inſtar Almæ ad Æneam Veneris; vel Romana lilia præferentis Deæ clariſſimis ornatum victoriis, intexto lauro, palmis ambientibus tradit, inuicto brachio inſertandum, nouiſque victoriarum ad immortalem nominis gloriam monumentis illuſtrandum. Ad eum ſanè ſpectare videtur mirum illud lilium, quod ferunt Coi è Magni Alexandri ſtatua pullulaſſe, quod procaci ambitu foliorum cupidum incedendi, ad liliatum Galliæ ſtemma properabat. Nunc inter victricia Ludouici Decimi quarti lilia à Cunis aſſueta victoriis conquieſcet. Addente ſe roſarum purpurâ, qui Flos cum liliis mirificè conſentit, candori niueo liliorum, ad incrementa fortunæ, ad argumentum felicitatis: nam certè ex quo vidimus Borbonia lilia rubris

Sammarth. l. 1. c. 11.

Virgil. l. 8.

Petr. Romu. An. 499.

Virgil. l. 12. *Mixta roſis.*

Et ſi victricia ante nouerimus, ad ea lauros, & palmas vidimus glomerari. Quod autem Tria ſunt in ſtemma Lilia copulata, id non ſine magno arcani Miſterij ſenſu factum iudico. Alij in tres Galliæ partes Aquitanicæ, Belgicæ, Celticæ imperium Francorum. Alij in tres Regni Ordines, Sacrum, Illuſtrem, ac Plebeium indulgentiam. Alij in tres orbis partes Europam, Africam, Aſiam ſuſceptas expeditiones. Alij trium linguarum præcipuarum notitiam inter Gallos futuram. Quidam melius, quibus prope accedo tria linearum Regiæ ſtirpis Merouingiæ, Carolingiæ, Capetinæ capita ſignificare contendunt. Mihi altiùs & Sacratiùs rem pendenti illud videre ſolet, tria lilia protectionem Sedis Apoſtolicæ, quæ triplici diademate Pontifices inſignit, & quod potiſſimum eſt, confeſſionem trium in vna diuina natura Perſonarum, quæ noſtræ ſumma Fidei, deſignare. Hac Fidei confeſſione Gallia æternum floreſcet, nec vnquam illius, aut Regia dignitas, aut militaris gloria conſeneſcet. Floreum liliorum faſciculum vetuſto Epigrammate à nobili Poëta Gallo coronemus.

Monſieur rey traitè de Fir. Rebus Gallicis.

Si ver æternum eſt, quod perpete flore vireſcit,
Gallia, ver terno flore perenne viret.

Stemmata Vexillum excipiat. Quod non Laurenti Turnus in arce,

Extulit, vt rauco ſtrepuerunt cornua cantu. Virgil l 8.

Sed quod Cæleſti Numen ab Arce

Obtulit, vt ſacris tinctus Ludouicus in vndis.

Etſi enim videam Gallos authores ea de re non paucos dubitare: ego certe non admodum ambigo, (nec tamen omnino aſſentior) Clodoueum cum ſacro eſt Fonte luſtratus, vexillum illud, quod ab auro intexto, & fulgurante, innato quodam additis è Cælo radijs ſplendore, Auriflammeum dictum, à ſuperis dono accepiſſe. Nam cum multa in eo Baptiſmate, mira ac præter naturæ leges acciderint, ea numeremus oporteret, quæ vulgo celebrantur. Cùm quod veteri traditione firmatur: & in publicam fidem tranſijt, haud temerè à diſertis cordatiſque hominibus credatur. Et quidem niſi & huiuſmodi vexillum, & ſacra ſtemmata è cælo miſſa, eique Regi tradita fuerint, non video quæ multa ibi miracula patrari potuerint: cum præſertim videam eſſe idoneos Authores, qui & ſacri olei munus cæleſte in dubium audeant reuocare. Verùm non eſt meum hac de re, quid ſit ſentiendum omnino definire. Tantum aſſumò vexillum ſacratius, quàm reliqua aliarum gentium, ac celebratius videri: nec illud ſancti Martini, vti Rhenano placuit, Pallium eſſe. Quod etſi magni in bellis vſus, non tamen Auriflammeum putandum eſt fuiſſe, ſed ſacrum quiddam, quo Reges ad acuendos animos Beato Martino addictiſſimos vtebantur, quemadmodum & Cruces, & alia Reliquiarum monumenta præferri ſolent. Nec tamen Auriflammeum ego cum alio liliato vexillo confuderim, quod duo eſſe ſciam præcipua Galliæ ſigna, quæ ſub Philippo Auguſto explicata, Auriflammeum ab huiuſmodi liliis diſtincto vexillo diuerſum prorſus eſſe docuerunt. Qui, miſſum à Patriarcha Hieroſolymitano ad Magnum Carolum Sancti Sepulchri vexillum, idque Auriflámeum tradūt, non omnino diſplicent. Illud, quodcūque tandem ſit, *Diui Dionyſii ſignum*, à Ioinuilla & Froiſſardo *ſupremum Regis vexillum* appellatur. Seruari apud D. Dionyſij, & inde ab ipſomet Rege in vſus bellicos extrahi, & primum ab eo venerabili Abbate benedici, & Regi in manus tradi comperrum eſt. Quippe quod fertur Craſſus Ludouicus illud olim à Sugerii Abbatis manu accepiſſe, exportaſſe, iterum reduxiſſe, & ſolemnibus inſtitutis è Religione cæremoniis tradidiſſe. Sunt qui opinétur à Diuo Ludouico cum primam in Syriam expeditionem ſuſcepit, vltra mare traductum ſacris eſſe bellis deſtinatum, nec niſi aduerſus infideles vſui fore debere, ex eo apparet, quod fama eſt, illud quod à Carolo VI. contra Flandros productum, è vexilliferi (is erat Hutinus Daumontius) manibus euanuiſſe. Summa quâ colitur Religio, maius quiddam, quàm pro humano habendum perſuadet. Non niſi vni è Principibus Franciæ viris traditur, nec is niſi animo ritè expiato, & ſacra Euchariſtia refecto, accipit, ne impuris manibus côtrectetur, quod ſuperum pignus eſſe demonſtratur. Quanti ſit: nullo meliùs alio argumento apparet, quàm quòd Illuſtriſſimus Andreani Dominus Arnaudus Dendemehanius Carolo V. Rege Regni Gallici Polemarchus, Mareſcallum vocant, ea

Ex vulgi traditione vide Britt. Philip l. 2. & Fauchet Tillet Ioann. des Vrſins Hiſtor. Caroli VI. Guiart. Sammarth. l. c. 15. Petr. à S. Romualdo. 2 p. Chronol. 501. Vide Valeſium. lib. 6. & Spondan. An. 499.

Beat. Rhenanus Sammarth. Sammarth. lib 1 c 15. Chron. S Dyoniſ. Britt. Sammarth. l. 1. c. 15. Ioinuil. in Hiſtor D. Ludouici. Froiſſard. l. 2. c 114. & 125. Petr. à S. Romualdo. anno 501. 2. part. Chron. Sammart. l. 1, c. 15 Ioinuille in eius vit. Robert. Guaguin. Vide Petr. Romuald. Spondanus. anno 1147. Sammarth. ib. Petr. à S. Romualdo. Sammarth.

voluit dignitate priuari, vt Vexilliferi munere fungeretur.

Meyer. in Hiſtor. Fland.

Qui eius vt Religionem tollant, & obſeruantiam minuant, narrant in eo prælio quod à Philippo Pulchro apud Marſium contra Flandros commiſſum, captum & diſcerptum periiſſe, ſomniarunt; nam non in expeditione ſacrum illud vexillum prælatum, ſed aliud ad ſpeciem Auriflammeis compoſitum, ad milites in pugnam accēdendos, quemadmodum grauis, qui ei interfuit prælio, author teſtatur. Sane vti olim Romani, vt vera & quorum maximus cultus Ancilia celarent, decem alia ſimilia excuderunt, quæ ſpecie augerent religionem, multitudine furrum auerterent: ita & Gallis agendum fuit, alio in ſpeciem Auriflammei vexillo excogitato, vt eius aſpectu milites accenſi fortiùs pugnarent: & ſi quando vinci, & Regium ſignum capi contingeret, nulla omnino veri Auriflammei iactura fieret, atque adeo, multum ſpecie accendendo animos lucrarentur, nihil re, perdendo fictum amitterent.

Vide Baron. Anno 1247. & Spondan. ibid.

Et verò ſiue Auriflammeum à ſuperis ad Clodoueum, ſiue à Patriarcha Hieroſolymitano ad Carolum Magnum dono miſſum, ſiue à Dagoberto Rege inuentū, vndecunque illud datum fuerit, conſtat Regibus Franciæ, tamquam Imperatoribus à Deo electis, & contra hoſtes Eccleſiæ deſtinatis, ad ſacra bella ſuſcipiēda traditum fuiſſe. Hac certè ratione mentem ſuam Deus declarauit, velle ſe, vt ſuis auſpicijs Galli, ac ſuis ſub ſignis militarent, Gallos cum Angelis qui Dei milites cenſeri, ac quodammodo cum bellant inter cælites numerari, ſacram eorum militiam & eſſe, & fore, nec licere profanis, ſe nedum illicitis bellis implicare.

Gregor. Turonenſ. Aymoin. Ado. Regino. Eginhart. Valeſius. Pontanus. Sammarth. Baron Spondan. Iacob Bongarſ. Goilielmus Tyrius. Claudo Robert in Gallia Chriſto. Annal. Frāc. Paul. Æmil Sammarth. l. 1. c. 3. Baron. Spondan. Fazelus. Britus in Monarch. Æmilius. Tyrius.

Agè verò, quam proprium Gallorum Regum fuerit hoſtes Eccleſiæ debellare, breuiter commemoremus. Igitur Ariani cum Alarico impio Duce à Clodoueo primum debellati: & à Martello Saraceni. Iidem à Pipino, & Carolo Magno deleti, à quo & in Italia Longobardi, & in Germania Saxones, & in Hiſpania Mauri profligati. Qui Romanæ Eccleſiæ hoſtes erant, eos omnes Franciæ Reges ſibi aduerſarios proponere, ijs reſiſtere, eorum opes atterere,, vires accidere, copias diſſipare. Vnus Ludouicus Craſſus quinque Pōtifices armis protexit, & in Galliæ gremio tutos collocauit. Mihi Annales Frācicos peruolutāti compertū eſt, Pōtifices quatuordecim à Solio deiectos, à Galliæ Regibus dignitati, ſedique armis, ac opibus reſtitutos. Schiſmata plus minus viginti duo ab ijs & ſopita, & auerſa, & diſſipata. Hæc proximè tetigimus. Illud vendico quod intactum reliqui. Sacro Syriæ bello ad Hieroſolyma aſſerenda, Reges ſe & Regnum Franciæ deuouiſſe. Eo Reges Potentiſſimi quatuor diuerſis temporibus Ludouicus VII. Philippus Auguſtus, Ludouicus IX. Philippus Audax ſuſceptâ expeditione nauigarunt. Eandem adornatunt alij tres Philippus Valeſius, Ioannes, Carolus VI. ac vrgerent, niſi eos fata in Europa contra eos bella, reuocaſſent. Imò & ij Principes, quibus Regius Francorum ſanguis inerat in eorum venis ebulliebat, vt in ſacrum illud bellum erumperet. Ergo Carolus Rex Siciliæ, ſancti Ludouici Tōloſatis Frater, Ludouicus Hungariæ, Philippus Nauarræ Hieroſolymitanam expeditionem ſuſceperunt. Imò, & in celeberrima à Godofredo Bollionio, & inſtituta, & confecta primas nobilitatis tenuit Verman-

ſis Comes iunior Philippi I. frater, cuius exẽplum pleroſque alios Regij ſanguinis Duces excitauit. Imò ipſe Gotifredus Bononienſis Comes titulo ſe Francum profeſſus, gloriam Francico nomini peperit immortalem. Quid? quod Henricus Portugalliæ Comes, & Regum Portugallenſium Author, & Parens, quòd Regium Fancorum per Capetum ſanguinem traheret, debellaris in Luſitania Mauris, quaſi ad bellum Hieroſolymitanum prælusiſſet, eò ſe contulit, ibi que præclara facinora perpetrauit. Iure igitur Pius II. Pontifex Maximus Francicos Chriſtianiſſimos Reges huiuſmodi Elogio honeſtauit. *Fidei hoſtes bello inſectari, eoſque delere, Hieroſolyma tendere, & ſepulchrum Chriſti Seruatoris repetere: Religionem Catholicam puram, incorruptamque profiteri, Romanam Eccleſiam colere, ac tueri proprium eſſe Francorum Regum comperimus.*

Bernard: Brittus. Fr. Anton. Brand. in ſua Monatch. Faria. Macedo.

Pius II. in epiſt. ad Ludouic. XI.

CAPVT QVINTVM.

Vltima Francorum à Maieſtate, à Potentia, à dignitate Regum, ducta excellentia.

SI quis antiquiſſimam Regum Franciæ originem, nobiliſſimum Fontem, clariſſimam ſtirpem, longiſſimam ſeriem, Imperium maximum, opes ſummas, vires incredibiles, illuſtres victorias, egregios triũphos, immortalem famam, ſupremam dignitatem accuratè inſpiciat, is demùm agnoſcet, primas eos inter omnes vniuerſi orbis Principes obtinere. Id nos multis, & magnis argumentis monſtrabimus.

Ac primùm Regiam eorum maieſtatem tam in edito locatam eſſe faſtigio conſtat, vt Imperatorii culminis locum obtineat: atque adeo eodem gradu cenſeatur. Itaque initio Imperarores Reges Franciæ appellati. Eo nomine Dagobertus primum. Deinde Pipinus, Carolus Simplex, Ludouicus IV. & Lotharius inſigniti. Iam verò Hugo Capetus, Philippus Rex ab eo Octauus Auguſti titulo decorati. Robertus Ludouicus Groſſus, & Ludouicus Iunior Imperarores nuncupari: nec aliter dici vellent, niſi ijs, perſuaſum, nihil omnino inter Regis Franciæ, & Imperatoris nomen intereſſe. Quare omiſſa nomenclatura Imperatoriam dignitatem retinuerunt, vti Carolus VI. in celebri conſtitutione declarauit, quâ ſe *Imperatorem in Regno Franciæ* appellat: nec id ſibi Reges temerè arrogarunt: conſtat enim Albertum Imperatorem Auguſtum in Carthainiti cum Philippo Pulchro fæderis *Reges omnes Galliæ Imperatorum* titulo affeciſſe. Et vero ijs cum nomine Imperij ſigna attributa: vt qui Regem Franciæ videat Imperatoris ſpeciem intueatur. Illud proprium ac Germanum Imperatoriæ dignitatis inſigne celebratum, Pomum Aureum manu prælatum, quo vniuerſus orbis deſignatus. Id ſibi iure ſuo Reges Franciæ vendicarunt: quemadmodum exhibitæ Hugonis Capeti, Roberti, & Philippi I. ab antiquariis Gallis effigies, Pomum illud aureum prætendentes demonſtrant. Nec Coronæ diſcrepant, etſi olim diadematum inſtar nectetent tẽpora; nam eas Imperatores antiqui geſtare ſoliti

Caſſano in Catalogo Sreger. Du Tillet in memor. Synod. Rhenr. In Concil. S. Baſil. Aſſert. Gallic c. 11. Sammarth. l. 1 c 4. Tillius in memor. Tom. 2. Priuil. eccleſ. Gallic pag. 208. Sammarth. l. 1. c. 4. Febure. conſid. Hiſtor. Dominicy. a. 11. Vide Aſſert. Gallic. c. 11. Apud eundem.

cum adhuc clauſæ vndique Coronæ minus in vſum receptæ viderentur, & diademata, quæ in laureæ ſpeciem formata celebrarentur. Vnde cùm & huiuſmodi Coronæ fabricari ac geſtari ſolitæ, cæperunt Galli Reges apparete faſtigiatis illis Coronarum apicibus glorioſi. Quin & ij cudendæ ex auro monetæ, & imaginis imprimendæ nummis prerogatiua iam olim à Regni primordijs claruerunt. Quæ ſane Imperatoria ſemper habita eſt, atque adeo & Galliæ Regibus communis. Itaque merito grauiſſimi Authores, Francorum Reges *pari eſſe cum Imperatoribus poteſtate* affirmarunt.

Vide Roſinum. de antiquit. Roman.

Lege Sammarth l. 1. c.

Age verò extollenda nobis altiùs eſt Regia Francorum dignitas, & quodammodo ſupra Imperatorium culmen euchenda. Et quidem dignitas Imperatoria liberæ electioni obnoxia, ab hominum arbitrio dependens, caduca, non firma; vaga, non conſtans; fluxa, non æterno ſucceſſionis vinculo confirmata. Præterea Imperator à Pontifice coronatur: eique Imperium debere cognoſcit, ac eius ſe quodammodo beneficiarium profitetur. Qua propter, cum olim Carolus Magnus Imperator ſalutatus, recipi, ac recognoſci à Gallis optaret: ad eoſque litteras miſiſſet, quibus Regis Franciæ nomen, Imperatoris nomini ſubſcriptum, repulſam pene eſt paſſus, quòd pluris facere Imperatorium titulum, quam Regium videretur. An iuſta indignatio Fräcorum fuerit, percuſſa ad Caſtellum Bonne ſuprà Rhenũ anno 8.1. inter Carolum Simplicem & Henricum quem plures Imperatorem dicunt, & ſibi Imperator videbatur, fœdera reſtantur, in quibus primas Carolo, qui præit, ſecundas Henrico, qui ſubſequitur, tributas inſcripta nomina declarant. Sed iſtud aliqua ratione refutetur. Hoc quod adjicio, quî refelli poſſit non video. Federico II. in Eccleſiam debacchãti, cum abrogatum a Pontifice (is erat Gregorius IX.) Imperium, & alij deferendum eſſet, deſignatus oculis Robertus Arteſiæ Comes Frater Diui Ludouici.

Aub. Mir. notit Sulos ar. Belg.

A quo ne quid eo inuito fieret Rex eſt Ludouicus conſultus. Hic adhibitis in Concilium Senatoribus maluit eorum, quam ſuo re[illegible] cio definire. Quorum ea ſententia fuit. Detrectaret oblatum Imperium, *ſatis eſſe illi, Regem Franciæ Patrem, & Ludouicum Nonum, Regem item Franciæ fratrem habere. Quos illi longè Imperatoribus excellere iudicabant.* Ratum Pontifex reſponſum ſenatus habuit, eique ſuum calculum addidit, egregio, aptoque in rem noſtram elogio. *Credimus*, inquit, *Dominum noſtrum Regem Galliæ, quem linea Regii ſanguinis prouexit ad ſceptra Francorum regenda, excellentiorem eſſe aliquo Imperatore, quem ſola electio prouexit voluntaria. Sufficit Domino Comiti Roberto Fratrem eſſe tanti Regis.* Et quidem exiſtimo Pontificem eâ dignitate Regem Galliæ non inuitaſſe, quod ſciret non tanti eſſe Imperatorem fieri: quanti Regem Frantiæ eſſe. Fratri obtulit, quod infra Regem erat, cui ea fortaſſe dignitas expetenda. Quid quæris? ipſi Imperatores Francorum Regum maieſtatem ſuſpexerunt. Conſtat cum de ineundo inter ſe fœdere Henricus II. Imperator, & Robertus Rex Fräciæ, ex condicto ad Moſam conueniſſent, primùm eo Henricum deſcendiſſe, & Robertum expectaſſe, ipſumque & inuiſiſſe, & hoſpitio ſuſcepiſſe, ab eodemque poſtea fuiſſe Roberto, & inuitatum & conuiuio exceptum. Ita vt primæ Franco Regi delatæ videãtur: nec Author idoneus

Math. Parıſ. Hiſtor. Angl.

Vide Sammarth. & Dominicum c 36.

Miteus in notit. Eccleſ.

Glaber. Vigner anno 1023.

Glaber

Glaber diſſentit. Vnde apparet ſuo iure vſum Magnum illum regem, domi clarum, foris admirandum, Franciſcum, cum vel fremente Carolo V. Imperatoria inſignia vendicauit. Quod ſi is Imperator creari voluit, non ideo fuit, quod crederet maius quiddam Imperium Regno eſſe, ſed quod indigne ferebat, eligi Carolum ſe minorem, & in eo eligendo rationem ſanguinis Auſtriaci haberi, vt non arbitrio electionis, ſed iure ſanguinis crearetur; & quod liberũ maximè fore oporteret imperiũ, ſeruituti vnius familiæ addiceretur. Itaque non tam aut vtilitati, aut dignitati propriæ, quam iuri, ac libertati Reipublicæ cõſulebat. Quare Rex Franciæ Antonaſticôs Rex, & Francia Regnum appellatur. Horſmîſda Põtifice fortaſſè authore qui miſſam ſibi munus à Clodoueo Coronam *Regnum* nuncupauit. Hinc Bonifacius Iuriſconſultus Præfatus ad Clementinas ait, *Appellatione Regis ſimpliciter factâ ſolum Franciæ Regem intelligi propter eminentiam.*

Paulus Iouius.
Guicciard.
Suidas.
In cap. Per venerabilem Extrauag. Qui filii ſint legit.

Sed eſto. Magna ſit Imperatoria præſtantia. Ne eà quidem carent Franciæ Reges: qui iure Orientis Imperatores dici poſſunt, ac debent. Cõpertum quippe Andræam Paleologum Oriẽtalium Imperatorum nepotem, & haud dubiè illius hæredem Imperij, Romæ cũ Carolũ VIII. florentem armis, opibuſque, & ſubacto Neapolitano regno, de ſubiuganda Aſia cogitantem vidiſſet, & mirabilem eius animi magnitudinem veneraretur, Conſtantinopolitani in eum, & ſucceſſores Reges Franciæ Imperij ius tranſtuliſſe. Quod ſane armis aſſerere non dubitaret Carolus, ſi ei vita longior contigiſſet. Et quidem Alexander Pontifex VI. Imperatorem Carolum declarauit; ac eo ille habitu Neapolim ingreſſus ſpeciem triũphantis exhibuit. Nihil itaque ad ſupremæ dignitatis gloriam in Regibus Franciæ deſideratur.

Boniſac. de Vitalinis.
Spondan. ad Ann. 1495.
Vigner. in Chron.
Vide Sammarth. l. 1. c. 4.
Innocent. c. per venerabilem, Extr. qui filii ſint legit.

Nunc quam illi dignitatis opinionem collegerint videamus. Igitur Innocentius Papa diſertè ait. *Regem Franciæ ſuperiorem in tẽporalibus non agnoſcere.* Baldus verò hiſce verbis ſuffragatur. *Rex Franciæ ſolus eſt Monarcha in ſuo Regno, & eſt fundatus in imperio, & iuriſdictione.* Conſentit Parad. *Rex*, inquit, *Franciæ neminem præter Deum ſuperiorem habet.* Antiquiſſimi Rhemenſis Epiſcopi Remigij illud extat præclarum de Clodoueo Rege elogium, *Populorum caput eſtis & Regimen ſuſtinetis.* Concinit Gregorius Turonẽſis ad Rgem Chilpericum. *Si quis de noſtris*, ait, *ô Rex iuſtitiæ tramites tranſcendere voluerit, à te corripi poteſt, ſi vero tu exceſſeris, quis te corripiet? loquimur enim tibi ſed ſi volueris audis, ſi autem nolueris, quis te damnabit, niſi is qui ſe pronuntiauit eſſe iuſtitiã?* Quare Matthæi Pariſienſis recta illa vox eſt. *Rex Francorum Regum cenſetur digniſſimus:* & alio in loco, *Terreſtrium Regum Rex eſt.* Nec minus vox Cãpegij. *Omnium conſenſu receptum eſt Chriſtianiſſimum Regem primum eſſe inter Reges, & primum ei deberi locum.* Oraculo iuris ore Baldus confirmat. *Rex Francorum ſuper omnes Reges eſt.* Baldo clariſſimi alij Iuriſcõſulti ſubſcribũt. *Monarchæ*, inquiunt, *Franci Imperatores sũt, & coronam clauſam & in altũ erectam more Imperatorio geſtare poſſunt, ſolum Deum ſupra ſe agnoſcunt. Intra Regnũ ſuum imperant: ceu intra Alemaniam Imperatores. Primi, nobiliſſimi, præſtantiſſimi omnium Reges ſunt.* Quos cum Principe Baldo, fortiter Bartolo, & alijs opponemus, quorũ tam mens læua fuit, vt dicerent omnes omnino Reges, imò & vniuerſum terrarum orbem ſubiici Imperatori. Quod certè

Bald. c. quæ non ſunt regalia de nat. feud & vſib. feud.
Parad. l. 3. c. 16.
Rhemigius epiſt. ad Clodoueum.
Gregor. Turon. l. 5 c. 19.
Matth. Pariſ. in Hiſt. Aug.
Thom. Campeg. de Author. factor. Concil. c. 16.
Bald. de prohibit. feud. alienat.
Beluga in ſpeculo 14. n. 29.
Ioan Pontan. in l 31. c. de condit.
Codic. de feud. p. 2.

miror viro tam inſigniter docto in mentem venire potuiſſe. Contra Baldus de Rege Franciæ ita magnificè ſentit. *Super omnes Reges Chriſtianorum Rex Francorum obtinet coronam libertatis & gloriæ.* Huc ſpectat breue, ac elegans elogium Aureliani Epiſcopi de Rege Theodeberto. *Vnicus ſceptris, multiplex populis, gente varius, ſolidus Regno, diffuſus Imperio.* Sed nullum Regibus Regnoque Franciæ illuſtrius reddi teſtimonium poterit, quam illud D. Gregorij Magni egregij Pontificis & ſummi Doctoris. Itaque eo huiuſmodi ratiocinationem appoſitè claudamus. De Regno primū ad Brunechildem ſic. *Non immerito contigit vt cunctā gentiū Regna precelleres.* Deinde de Regibus ad Childebertum. *Quantò,* inquit, *cæteros homines Regia dignitas antecedit, tanto cæterarum gentiū Regna, Regni veſtri profectò culmen excellit.* Quare meritò Ladiſlaus Auſtriacus, Rex Bohemiæ Alberti II. Imperatoris filius, cùm ei ſponſa quæreretur, nullam aliam ſibi eligendam putauit, quā Margaritam Caroli VII. filiam: Nam *nulla*, inquit Æneas Syluius, *viſa eſt omniū cōſenſu dignior, quam Galloruū Regis filia Magdalena, cuius forma & indoles, gloria etiam primi inter Chriſtianos ſanguinis conuenire admodū pernumiū videbātur.*

Vide Iuriſconſult. & Azorium lib. de vict. & iure.
Bald. t. C. de Feudis.
Aurelian. Epiſc epiſt. ad Theodebert. Reg.
D Greg. Mag 4. epiſt. 5. & ib. epiſt. 6.
Hiſt Bohem. c. 69.

Et quidem omnes fermè Europæ Reges non dubitant Primas Franciæ Regi concedere. Vno repugnante Rege Hiſpaniæ, qui omnium vnus tribuere debuiſſet: nam alij Reges, etſi Galliarum Regibus, aut certè minores, aut ab ijs oriundi, liberi tamen, & ſui omnino iuris, & arbitrii ſemper fuerunt, ac nulla ratione Gallis obnoxii. Reges vero non pauci Hiſpaniæ, ſe Franciæ Regibus ſubiecerunt, quod Regnum ab ipſis, aut defenſum, aut aſſertum beneficii more accepiſſent. Conſtat Alphōſum Caſtum Regem Hiſpaniæ Caroli Magni, cuius opibus Regnum à Mauris vindicarat, *Proprium*, ideſt, Clientem ſe dixiſſe, vti ex Eginharto notat Spondanus, *Non aliter*, inquit, *ſe per litteras Alphonſus, quàm proprium Caroli appellabat.* Alphonſum verò XI. Philippo VI. Valeſio ſolemni charta obnoxium ſe reddidiſſe, & hommagium, quod aiunt feciſſe, tradit ex Hiſpaniarum Annalibus Caſſanus, & Bodinus idonei certe authores. Atqui vt tergiuerſentur Hiſpani & inficientur: illud certè negare non poſſint, quod luce clarius in Henrico notho meridiana videtur. Eum nimirum ope Caroli V. Franciæ, Regnum Hiſpaniæ accepiſſe, & hoc ei nomine clientelam, & obſequium præſtitiſſe. Cum enim Henricus Traſtamaræ Comes Petro fratri Hiſpaniæ Regi par non eſſet, coactus fuit à Carolo opem implorare, qui ad eū maximas copias clariſſimo Duce Beltrano Claſquino Comite Longauillæ Frāciæ Comeſtabili auxilio miſit, quibus ille inſtructus Regis fratris primum vires attriuit, deinde acie vicit, interfecit, Regnum obtinuit. Igitur accepti memor beneficii Henricus in Carolum, & ſucceſſores Galliarum Reges apprimè gratus, ſingulare magnanimitatis, ſic appellem, exemplo, ſe ac poſteros ſuos, qui deinceps regnarent Franciæ Regibus obnoxios ſacramento obſequii addixit, Regnumque Fidei Gallicæ, perinde ac beneficii feudique nomine acciperet, deuinxit. Qua certè ſponſione teneri Hiſpanos ego non dubitem. Non tamen animus eſt demonſtrare, cum id Caſſanus occuparit. Meum id tantum fuerit, pudore Hiſpanos hoc adhibito exemplo afficere, ac deterrere, ne

Eginhart. in vita Caroli
Spondan. 812.
Caſſan. l. 1. ex hiſtor. Hiſpan. l. 16 n. 8 & l. 15. n. 22.
Bodin. l. 1. Republ. fol. 179.
Froiſſard. Mariana. Garibay.
Caſſan l. 1. Richer. Sammarth l. 1. c. 8. Vide Aſſertorem Gallic.

quod ingenuos non decet, in Patronos ſuos inſurgant, ac eos de ſuperiori quem obtinent, loco deiicere conentur. Suſpiciant nimirum illos, ac ex ſubſelliis in Orcheſta poſitos venerentur, ne velint candidiſſimam grati animi virtutem turpiſſimâ inſolentiâ inquinare.

At, quòd ii ſunt homines Hiſpani, qui & comitare, & gratiâ valent, iuriſque ac recti amantes videri volunt, non temerè credendum eſt eos abiectâ ſic beneficiorũ memoriâ Gallis ſe anteponere voluiſſe. Duobus id argumentis vti cóperio. Alterum eſto. Id temporis Hiſpaniæ regnum an guſtum: imò & partem tantum Hiſpaniæ eſſe: ac proinde muratam cum ſtatu rerum ac legum conditionem; aliterque nunc de Potentiſſimo Monarcha, quàm de iuſto Rege eſſe ſentiendum. Alterùm non decere, vt cum Rex Hiſpaniæ multò ſit & opibus, & viribus, & Imperio Franciæ Rege potentior, ei ſe ſubiici patiatur. Addunt quædam, magnifica ad pompam, ſplendida ad gloriam comparata. Regem Hiſpaniæ Solem habere pro Galero, & cęli ditiones ſuas regionibus terminare; & orbem imperii, orbis vniuerſitate metiri. Herrera. Cabrera. Chifflet. Valdeſius.

Verùm ſpecie quidem ſunt hæc, non re idonea argumenta. Et quidem iis Hiſpani hodie vti non licet, cum auulſâ Portugalliâ multo anguſtius ab iis quam anteà imperetur: nec iam totus Sol in galerum abeat, ſubtractâ clariore Orientis parte; Occidentis in vmbras, & noctem pronâ in petaſum relicta. Deinde non iam, aut vniuerſitate orbis, aut cæli regionibus imperium definitur, cum magnas laciniosi imperii oras Luſitania præciderit, vt non iam Hiſpanica purpura ſolum verrat, ſed curta, exilia crura cum dedecore oſtẽdat, & moneat. *Quam ſit ſibi curta ſupellex.*

Sed iam Galliam cum Hiſpania conferamus. Certè non exiſtimo fore, qui credat hanc illi vel opibus, vel viribus quicquam cedere. Nec Regnorum numero erit, ſi antiqua etiam, vti Gallicus obſeruat Aſſertor, Pariſienſium, Aurelianenſium, Normannorum, & alia Hiſpanis æqualia cómemorentur inferior. Sanè cùm paria fermè terrarum vtriuſque Regni ſint ſpatia, multò tamen frequentius Gallicum habitatur, vt meritò à Cæſare Gallia iam olim, cùm copioſior erat Hiſpania, *Genitrix Populorum* diceretur. Quanti verò illa ad ſummam Imperij momenti fuerit idem Cæſar docuit, qui vti ait Suetonius, *ex omni Prouinciarum copia Gallias potiſſimum elegit, cuius emolumento & oportunitate idonea eſſet materia triumphorum.* Euentus fidem fecit, nam cum ei prorogatum imperium in decennium eſſet, tantum cótraxit virium, vt Pompeio & partibus victis Imperio potiretur. Ecquis ignorat iam olim Gallos Ciceroni à robore commendari? vt ſi virtutis nerui ſanguini multitudinis adiungãtur, Potentiſſimam eſſe Galliam omnino fateamur. Iurè igitur ea ab Vrbano Pontifice VIII. *Heroum genitrix, Inclyta Regibus, Bellicis fœcunda Palmis* appellatur. Fœta ſũt armis eius viſcera, ſi pede pulſes, veriùs quàm Italia apud Pompeium, armati milites prodibunt. Quod Cadmo fabulæ permiſerunt, vt copiarum fœtus è terra ſatis dentibus exciperet, id Galliæ quodammodo à natura inſitum, cuius ferrea viſcera exercitus armatos pariunt: vt ſingulæ domus Equi Trojani eſſe videantur. Nec de opibus nunc commemorem, quæ in Gallia tot ſunt ac tantæ, vt alibi fama, diuitiæ

M. Anton. Domin c. 14. Cæſar lib 1. de bello Gallico. Sueton. in Iulio. Plutarch. in Iulio & Pompeio. Cicero de Aruſp reſp. Poemate de Rege S. Ludouici. Natalis Comes Virgilius.

apud Gallos inueniantur. Quæ ex Indiis in Hiſpaniam importantur, penè omnes in Galliam demum influunt, vt in Hiſpania riui & canales, in Gallia lacus exiſtant. Quin cùm apud Gallos auri argentique fodinæ non ſint, nec peregrinarum metalla gentium in ditione habeant, viui diuitiarum fontes in viſceribus populorum ebulliunt, qui nunquam deficiunt, quod Amore ciuium, non ſeruorũ ſanguine irrigentur.

Falluntur opinione Hiſpani cùm potentiorem Regem ſuum exiſtimant, quòd latiùs imperet Gallo. Aliud ſanè eſt fortiùs, aliud validius imperare. Sin dicant Darij, & Xerxis copias Alexandræis, & Græcis, viribus, quòd numero, ſuperiores. Quantò latiùs illorũ Regũ, vel Romani populi cùm victor & domitor eſſe cœpit orbis, vel Macedonico Imperium: nec tamen idcirco potentius. Imo contra fortaſſe meliùs ſentiendum; qui fuſiùs & longiùs tendat ditionem, eum debiliorem futurum, quòd collectis opus ſit viribus ad hoſtem & arcendum, & ſuperandum. Quemadmodum exercitus fortis & denſus, habilis & ſibi conſtans, etſi inferior numero copiarum, alium numeroſiorem, ſed malè cohærẽtem, diſſipatum, & fluctuantem facilè auertit & fugat: ita Regimen iuſtum, & validum, ſtipatum, hærens, alterum fuſum, diſperſum, vagum diſſipat, ac euertit. Rem hanc ſuo, Lipſius author memoriæ noſtræ grauiſſimus, iudicio definiuit: nam collatâ Romani Imperij, & Hiſpanici inter ſe magnitudine ſic iudicat, latiùs patuiſſe Hiſpanicum cùm ſub Philippo II. Rege Luſitaniam continebat, ſed Romanum multò potentius fuiſſe. Itaque libenter id Galli dabunt, ſuum minùs latè fundi, ſed fortius tamen & validius eſſe Imperium. Deinde illud vendicabunt, ab ſe primùm aſſertam à Longobardorum & Hunnorum manibus Italiam, liberatam à Saracenis Hiſpaniam, ſuis armis conſtitutam Germaniam: totam penè Europam victoriarum ſuarũ paſſibus peragratam. Primos in Africam & in Aſiam citeriorem arma intuliſſe, nouas in Atlantico Oceano inſulas exploraſſe: ac Luſitanos qui à ſanguine Gallico Principes habuerũt admirãdæ nauigationis, ac in nouos orbes expeditionis, authores extitiſſe.

Plutarchus. Curtius.

Iuſtus Lipſ. de magnit. Roman.

Regino. Ado. Æmilius. Annal. Frãc.

Nos 1. parte latè.

Iam verò ad illud accedamus, quod eſt huiuſce dignitatis ac Potentiæ prçiudicium: & quem ſibi locum vtrumque Regnum opinione gentium vendicarit, collatis exemplis videamus. Fateor mihi accuratiſſimè annalium monumenta legenti, & concurſiones in Conuentus, in Concilia, ſiue fortuitas, ſiue meditatas Gallici, & Hiſpanici legati obſeruanti, compertum eſſe, ſæpè Gallis, ne ſemel quidem Hiſpanis primas delatas. Quòd ſi aliquando Gallus non præceſſit, ideo fuiſſe, quia Hiſpanus abeſſe maluit, ne in ſecundis conſiſteret. At hoc ipſum præſtantiæ fuit, ſolum remanſiſſe, & ſuum locum cedente æmulo retinuiſſe. Qua de re quoniam à plerìſque magni nominis authoribus Gallis accuratiſſimè ſcriptum, compendio agam, ne meo munere deeſſe, & ne actum agere videar. Igitur quatuor in Concilijs celeberrimis Conſtantienſi, Baſileenſi, Lateranenſi, Tridentino, digniorem legatus Gallicus Hiſpanico locum obtinuit. De antiquioribus conſtat, imò quòd in iis ita fieri ſolitum, & in his quoque factum fuiſſe comperimus: ſic illa Regis, & Regni Gallici præſtantia antiquiſſimo iure conſuetudinis confirmata.

Lege Th. Godefroy. Hieron. Bign. in Act. Concil Conſtanſ & Baſil. ſeſſ. 22. Æneas Sylu. l. 2. act. Concil. Baſil. Monarch. Luſitana 4 p. Hiſt. Concil. Trident.

Qua ratione præceſſerit, exhibet clariſſimus ac eruditiſſimus vir Theodorus Godefredus, qui cùm alia multa congerat exempla, coëgit me longiori ratiocinatione abſtinere. Iamque id à ſummis Pontificibus iudicatum. Leo Decimus Bullâ ſolemni anno 1517. expeditâ Franciſcum Galliæ Regem, ante Carolum Quintum Regem tum Hiſpaniæ, futurum mox Imperatorem nominauit. Quodque mirandum magis, vel cum potentiſſimi Hiſpaniæ Reges habiti, & Gallorum ob domeſticas calamitates Reges minùs, & opibus, & viribus valere viderentur, dignitate ſemper excelluerunt, nec iis Pontifices quicquam, etſi ab Hiſpanis occaſione vſis rogati, detrahere auſi ſunt. Vti Pio Quarto Pontifice accidiſſe narrant Authores. Ex quibus Cauitellium eligo, quòd hic breuiter, & euentum, & cauſam refert: loco tantum addidero Regum nomina, quæ Hiſpanum omnium ad illud vſque tempus potentiſsimum, Gallum nunquam contrà fortaſſe minus ex ciuilibus turbis validum ſignificent. Itaque Hiſpanus Philippus II. Gallus Carolus Nonus. Nunc Cauirellio dicendi locus.

Onuphr. & Cicarella in vita Pij IV. Henr. Spond. an. 1564.

Cauitel. in Anna. Crem. an. 1564.

Ortâ controuerſiâ inter legatos Regum Hiſpaniæ, & Galliæ, Romæ penes ſummum Pontificem, cùm alter alterum vellet præcedere, in pompis & aliis quibus contingeret ibi adeſſe. Summus Pontifex declarauit, debere præcedere legatum Regis Galliæ, *ſub fundamento, vt creditur, quod prædeceſſores Regis Galliæ ſtatum Romanæ Eccleſiæ, ac Religionis Chriſtianæ valde auxerint, & pro eo conſeruando, & ampliando multa bella obierint, & præclara facinora egerint aduerſus infideles, & alios qui ipſam opprimere voluerint. Et Galliæ Regnum ſit antiquius Regno Hiſpaniæ, & Galli prius Hiſpanis fidem Chriſti receperint*, quamvis Rex Hiſpaniæ plura habeat regna, *& ſit potentior Rege Gallorum.*

Quæ certè ſententia cauſæ Hiſpanorum iugulum petit, cum non qua ſe parte valere putant, potentiæ ad dignitatem ratio habeatur. Sed maius quiddam ad Francorum Regum exiſtimationem ſequenti exemplo ineſſe exiſtimo: quod ne in domeſtica quidem & omnino ſacra actione, cùm permitti aliquid in Regis Hiſpani gratiam poterat, licuit à ſummo Pontifice quicquam contra iuris ſpeciem Gallici obtineri. Rem ego Cicarellæ, qui nitidè ac dilucidè refert, verbis enarrem.

Cicarella in vita Sixti V. Anno 1588.

Anno MDLXXXVIII. *occaſione canonizationis Didaci ab Alcala, orta eſt inter legatum Regis Hiſpaniarum, & legatos Regis Galliæ magna contentio, dicente Hiſpano in hoc actu canonizationis S. Didaci ſibi deberi primum locum, cùm is potiſsimum ad Regnum Hiſpaniæ pertineret: propterea ſibi principales quaſdam operationes in hoc actu incumbere. Reſpondit legatus Franciæ, peractis his quæ facienda Hiſpano erant, aut ſacello exiret, aut locum inferiorem occuparet. Hiſpanus iterùm, vt ſaltem Francus illi hac vice, idque ex gratia primum concederet, petiit. Cui Francus, ſe quidem hunc locum conceſſurum hac lege, ne quid derogaret iuri præcedendi, quod Galli habebant, & quod abſque vllo præiudicio, primo quod habiturus eſſet Pontifex ſacello, legatus Hiſpanicus (qui ne ſe inferiorem Francico oſtendat huc nunquam ſolet accedere) præſens adeſſet, locumque inferiorem ſuo occuparet. Reſpondet Hiſpanus ſe nullo modo id facturum; hoc enim facto fateretur ſe illi cedere. Tandem negotium hoc modo compoſitum eſt. Legatus Hiſpanicus ad ſacellum non*

veniret, ſed Cardinalis Dezas eius munere fungeretur, eaque faceret, quæ feciſſet legatus, Gallicus verò legatus conſuetum locum *retineret.*

Iidem Philippus II. Hiſpaniæ, & Henricus III. Galliæ Reges erant. Itaque nihil Hiſpani ijs quibus plurimum poterant temporibus profecerunt. Poſteà multò minus ab iis profectum, nam Clemens VIII. haud dubiè in publico omnium Ordinum conuentu, Romæ, primum locum Henrico IV. Rege, Franciæ Legato cõceſsit. Et ſanè, ea pręſtantia, cùm ſit Fidei publicæ facta, vniuerſæ Europæ innotuit. Nam Romæ, palam, cum Chriſtiana Prouinciarum capita recenſentur, Gallia ſemper Hiſpaniæ præponitur.

Thuanus An. 1598.

Sammarth. l. 1. c. v.

Quod ſi ſacris in locis, vbi non tam ratio ſecularis poteſtatis ac iuris, quàm Religionis ac pietatis haberi ſolet, primas Gallia vendicat dignitatis, ambigi certè non poteſt, quin vbi ſuus Majeſtati propriuseſt locus Francia altiùs emineat, & in ſummo ſit culmine collocata. Atque vt omittam de Gallicis ſub Carolo VI. Carolo VII. Ludouico IX. Carolo VIII. Ludouico XII. haud dubiâ Francorum victoriâ conuentibus celebratis: Venetiis, vbi ius & prudẽtia viget, motâ ſuper huiuſmodi Gallica prærogatiua lite, cauſa Franciæ adducto ex antiqua conſuetudine momento adiudicata; nec veritus Clariſſimus Venetorum ſenatus Philippi ſupercilium, legatum ſuum in Hiſpaniam minacibus litteris reuocantis. Tuente Senatuſconſultum Menochio, & Hiſpanis pręiudicio ſuo conuincente. *Placuit*, inquit, *Dominio Sereniſsimo, quod olim* R*egibus Hiſpaniæ placuit.* Recte itaque: *Nihil*, verba Iuſtiniani ſunt, *ex antiqua priorique conſuetudine, & quod omnium memoria ſemper obſeruatum fuerat, à ſenatu immutatum eſt. Reuocauit Philippus oratorem ſuum ex Venetia vrbe in Hiſpaniam.* Hæc Venetiis anno 1558. Eadem in Poloniæ Regno lata pro Gallico Rege anno 1573. Sententia: quâ decretum, vt Legato Franciæ primus locus tribueretur. In Veruinenſi conuentu minùs controuerſiæ fuit, quòd toties pro Francia antè iudicatum. Quare in eo primæ Galliarum Legato donatæ. Quid? quòd Angliæ Reges Francorum æmuli, hoc eis tamen prærogatiuæ ius concedunt, docentque Hiſpanos iniuſtè agere dum de dignitate cum Regibus Franciæ contendunt. Itaque præcedere eos ſibi Angli non moleſte ferunt, quos capita Chriſtianorum Regum eſſe fatentur. Nam Anglicano authore teſte, R*ex Franciæ Regum omnium pręſtantiſsimus habetur.* Receptum eſſe illum in ſedendo ordinem Iulio II. Pontifice ſeruatum, Mercurio Gallico referente fatetur Chriſtophorus Beſoldus agens de pręrogatiua ſeſſionis, cuius hęc eſt ab eo tradita ratio.

Iuſtin. Hiſt. Venet. l. 14.

Monarch. de præſumpt. D. Iuſtin. lib. 14. Hiſt. Venet.

Matth. Pariſ in vita. Henr. III. Thom. Campeg de Author. Concil c. 16. Chriſtophor. Beſold. in Syn cl. Doctr. l. 2. c. 10.

Rex Franciæ.
Rex Hiſpaniæ,
Rex Aragoniæ,
Rex Portugalliæ,
Rex Angliæ,
Rex Siciliæ,
Rex Scotiæ,
Rex Hungariæ,
Rex Nauarræ. Vt alia deinceps omittam.

Fremant igitur Hiſpani, indignentur, furant; eo declarant: Galliæ ſibi Reges anteſtare. quo ego præiudicio damnem Philippum Secundum, dum voluit aliâ ratione eminere. Egit enim per Legatos ſuos Romæ de obtinendo à ſummo Pontifice Imperatoris Indiarum titulo, quaſi eo impetrato poſſet Galliæ Regibus antecellere. Verùm & quod vidit ne hac quidem ratione profecturum, deſtitit; nam nec eo obtento anteiret, cum & ſpecioſum nomen nihil ex iure antiquo detraheret, & Galliæ Reges Orientis Imperatores, iam olim renuntiati eſſent. Ita omni occluſâ ad euadendum viâ, neceſſe fuerit ſuperiorem ſibi Franciæ Regem agnoſcere. Qui eâ etiam parte curarum liberatus eſt, cum aſſerto in libertatem Portugalliæ Regno, ad Indiarum Imperium Rex Caſtellæ aſpirare non poſſit; nam ſi vter eo titulo donetur, Luſitanus eum debeat iure vendicare, qui & Hiſpano latiùs, & nobiliùs propter edomiti Orientis gloriam dominatur. Sammarth. l. 1. c. 5.

Atque huic Regum Franciæ prærogatiuæ ipſimet Hiſpani Authores ſuo ingenio pondus addiderunt. Nam cum vidiſſent argumentis ſe ad cauſam Regum ſuorum tuendam deſtitui, neque ſiue in Auſtriaca, ſiue in Hiſpanica domo ſatis ſplendoris eſſe, vt Clariſſimo Franciciæ Familiæ Soli ſe opponerent, illud acutè excogitarunt, quo & luminibus Galliæ officerent, & ſibi lucem ex ipſâ mutuarentur. Quare trahere ad ſe Regium Franciæ ſtirpis ſanguinem voluerunt; eoque Hiſpaniæ Reges eretos iactarunt; nec contenti deflexiſſe, Gallos à Fonte longiùs remouerunt. Quo ego nomine non tam iraſcendum iis, quàm gratulandum puto; nam cum nihil de Francorum dignitate detraxerint, illud ſignificarunt, non poſſe ſe aliter commendari, niſi de laudariſſimâ illa Francorum ſtirpe Reges eſſe ſuos demonſtrarent. Malueruntque Francico mentito ſanguine, quàm Auſtriaco, aut Hiſpano proprio gloriari. Non ego minus eos ingenioſos dixerim, quàm ingenuos, quod dum acutè modum efferendi ſe altiùs excogitarunt, apertè ſunt falſi, non poſſe ſe aliis quàm dignitatis Franciçæ gradibus ad eam, quam maximè optabant, gloriam peruenire. Quam ſummam eſſe tum origo antiquiſsima, tum ſeries Regum longiſsima, tum Religio pura, tum Fides integra, tum geſta domi, tum patrata foris, tum donata à cælo Priuilegia teſtantur. Adeo vt qui ei ſe objciat,, non tam hominibus, quam ſuperis ſeſe opponere videatur.

Itaque ſupra omnium faſtigia ſceptrorum, & apices coronarum Regia Francorum dignitas euehitur. Hîc eam ſuo in culmine collocatam relinquimus, & Propugnaculo Coronidem imponimus. Ex quo nos inſurgentes in Franciam aduerſarios dejecimus, non tam calumnias refutando, quam dignitatem Gallicam & aſſerendo, & extollendo, ea inita diſputandi ratione, vt Inuidos propoſita Francici nominis gloria acerbiùs torqueremus. Dabitur aliàs in campum latiùs explicatâ oratione deſcendere, & præclariſſima Martiæ gentis facinora vberiùs commemorare. Interim breue hoc Franciçæ, & Originis, & Majeſtatis Elogium Ludouico Decimo quarto Regi Adeodato per ſceptra, gladioſque reptanti, ceu bullam offero, & inter Palmarum, Laurorumque

procaces ramos; quibus obumbratur ad gloriam ſuſpendo. Ea ſe interim oblectet ille, dum Heroina Mater ſuſcepto Regni gubernaculo Mineruam prudentiâ, Palladem fortitudine, Iunonem Majeſtate exhibet, illumque domeſticis virtutibus ad Togam, bellicis ad Sagum operibus erudit, donec ex illius gremio victoriis inſtructus in aciem prodeat, & accepto ab eâ Clypeo Maiorum in illo ante ſe Regum cælata exempla intueatur: & Clodouei Religioſam Fortitudinem: Clothari II. Magnanimam Pietatem: Dagoberti Martiam Sapientiā: Pipini excelſam indolem, ſolidam virtutem: Caroli Magni Auguſtos ſpiritus, inuictam felicitatem: Ludouici Pij generoſam Religionem: Hugonis Capeti admirabilem animi Magnitudinem, robur ſingulare: Roberti inſignem Sanctimoniam: Henrici I. bellicum vigorem: Ludouici Magni ardens ingenium, pectus Martiale: Philippi Auguſti in Pace decus, in bello Fulmina: Ludouici Octaui Leoninam generoſitatem: Ludouici IX. diuinam virtutem, infractam conſtantiam, inſuperabilem Pietatem imitetur. Ac propiùs aſpiciens Henricum Magnum Auum, & Ludouicum Iuſtum Patrem, Heroicas eorum, tum domi, tum militiæ virtutes referat: & ex Auo Henrico cum Fortitudine Fortunam, ex Patre Ludouico cum Iuſtitiâ militarem gloriam diſcat: & Omnium imagine gaudeat, rebus geſtis delectetur, exemplis accendatur

Virg. Æne. 8. *Attollens humero famamque, & fata Parentum.*

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM, QVÆ IN PARTE Luſitanica continentur.

A.

ABadaxanos Princeps Tamerlani abnepos fit Chriſtianus. pag. 124

Abimelech & Adonibeſech immanitas, pag. 58

Abſalon à Chuſai Arachite deluſus periit. 26. Regnat ob amorem. 34. Tribus lanceis in corde vulneratus. ibid.

Abrahami Georgii Ieſuitæ & martyris de Luſitania iudicium. 84

Adulatores pernicioſi Reipublicæ. 4

Ægitania vrbs à Sancio Secundo Luſitano Rege inſtauratur. 21

In Africam Luſitanicæ expeditiones. 11. & 12.

Alcacerzequerium à Luſitanis expugnatur. 96

Alcobacæ Cœnobium. 85. & 88. eius amplitudo & magnificentia. ibidem

Alexandri VI. Pontificis ad Emmanuelem Regem Legatio. 175. timet Sulthanum Ægypti. 176. confirmatur à Emmanuele ne timeat ibi. Vniuerſus Orbis, ab eo in duas partes diuiditur. 181 litem inter Luſitanos & Caſtellanos circa nauigationem tollit. ibid.

Aliubarrotæ victoria. 52

Alexius Meneſius Archiepiſcopus Goenſis mirus Luſitanæ fidei Chriſtianæ propagator. 124

Algarbiorum Regnum propria Luſitaniæ expeditio. 9. aſſeritur è poteſtate Maurorum ab Alphonſo III. ibid.

Almeidæ militis egregium facinus. 148

Alphonſus Henricius commendatur. 3. & 11. & 49 bello appetitur ad Alphonſo & Ferdinando Regibus Caſtellanis. 49.

Alphonſus Henricius Rex Luſitaniæ inſtitutus. Illius ad Regnum ius. ibid.

Alphonſi Henricii Regni poſſeſſio, conſeruatio, defenſio. 76. Numquam Caſtellæ obnoxius ibid. quatenus equo non vius. ibid. an obligatus ad Comitia Caſtellanorum. ibid.

Alphonſus Henricius Caſtellanum Regnum inuadit: ad Badoiocium capitur. 76. eius apud Oriquium victoria, ſtemmata, Chriſti Crucifixi viſio 74 & 88. Coronatio. 78. Confirmatur ei Regnum. ib. Rex ab omnibus cognoſcitur. ibid.

Alphonſus Henricius quam diſſimilis à Rege Ieroboamo. 79. & 80 A B. Virgine morte liberatur 88. in eius baptiſmate miraculum. ibid bella contra Mauros. ibid. Monaſteria ab eo fundata. ibid. magnificentia ſacra. ibid. eius de Mauros victoriæ ibid. Ioſue comparatur. & Dauidi confertur. 89

Alphonſus Henricius Regnum ex pietate Romanæ Eccleſiæ deuouet 89. eius in Monaſterio ſanctæ Crucis cum Canonicis obſeruantia. 89. Templorum ædificator: in res diuinas largiſſimus. 118

Alphonſus II. Portugalliæ Rex bello à Caſtellanis appetitus 50. eius auaritia. 131. eiuſdem expeditiones & Victoriæ. 131. & 90.

Alphonſus III. Luſitaniæ Rex Alcazarem expugnat. 90. eius ſacra in Mauros pro Religione bella. 90. eius de Mauris Victoriæ. 91. ſtudium iuuandi expeditionem Hyeroſolimitanam ibid. illius munificentia: 119. Eius in Luſitaniam pulſo Sancio receptio. 208

Alphonſi IV. Luſitaniæ Regis in Caſtellam bella. 50. Victoriæ ibid eius pietas armata. ib. Victor ad Saladum. 92. eius inſignis liberalitas.

Alphonſi V. Magnificentia. 131. religio, ſacræ expeditiones. 95. & 113. dictus Africanus. 95. Africanæ Vrbes ab eo expugnatæ ibidem. à Caliſto Pontifice Hieroſolymitani belli Imperator eligitur 95. Victoriæ de Mauris. Cruciaros nummos cudit ibid Eius ad Taurum pugna. 194. de eius euentu iudicium. 195. illius magna & præclara in Gallorum Regem merita. 202

Alphunſus Sapiens Rex Caſtellæ. 48

Alphonſus Regis Legionenſis in Luſitanos bellum. 50

Alphonſi Caſtellæ Regis, & Ferdinandi legionenſis in Alphonſum Henricium bella. 76

Alphonſus VI. Rex Caſtellæ Regnum ſuum Cluniacenſi Monaſterio deuouet.

Alphonſus Septimus Imperator Caſtellæ. 75

Alphonſi Albuquercii ſummi Imperatoris religio. 120. mira pro fide domi geſta. Et vindex Religionis. ibid. Mahometis ſepulchrum euertere cogitat. 121. eius integritas. 140. & 143. illius admirandi auſus. 145

Alphonſi Albuquercii mira Crucis in cælo viſio 161. eius ad legatum Iſmaelis Perſæ Sophimi plena minarum reſponſio. 176

Alphonſi Mendeſii Patriarchæ Æthiopiæ de Luſitanorum fide teſtimonium. 18. & 19

Alphonſus Sancius nothus frater Alphonſi IV. Fratri ſuo à Caſtella bellum mouet. 50

Aluarus Paez egregius Senator Oliſiponenſis Ioanni I. aſſidet, & fauet. 72

Aluarus Vaz de Almada Martius Heros. 148. Eius mors glorioſa. ibid.

Amadæus Luſitanus, Ioannes antea Syluius author Ordinis Amadæorum. 85

Ambitio Hiſpanorum. ibid Vide Caſtellani.

Amoris ad recte imperandum vis. 19

Amore Imperium ſtatuitur, odio euertitur. 5. & 34. & 35 & 65. & 103

Andreæ Furtadi Mendoſæ ſingularis pietas. 25. Integritas. 145

Anglos in Luſitanos Caſtellani prouocant. 17

Anglorum & Luſitanorum inter ſe amicitia & neceſſitudo 199. connubia. ibid. Eorum mutua auxilia. ibid. beneficia. ibid.

Annibalis apud Zamam victi ſententia. 195

Andradij duo fratres Luſitani belli fulmina. 148
D. Antonii Luſitani laudes. 86
Antonii Coelhij à Caruaglio Legati Extraordinarij in Francia laudes. 203
Antonius Moniſius à Caruaglio Prolegatus in Francia commendatur. 205
Andreæ Amaralii Luſitani Bayhuij de Turcarum claſſe victoria. 177
Annæ Ferdinandiæ in obſidione Dienſi virtus. 160
Antonij Gualuani in Molucis admiranda facinora. 159. 108. Eius eximia integritas. 16. & 145. inſignis Religio. 124. 145.
Antonii Correæ militis mors glorioſa. 108
Antonij Caſtrii virtus admiranda. 154
Antonii Syluerie de Turcis victoriæ. 176
Antonius de Almada egregius in Anglia Luſitaniæ Regis Legatus. 200. commendatur. ibid.
Antonius Souſa de Macedo Prolegatus in Anglia laudatur. 200
Archiepiſcopi Toletani de Taurenſi victoria iudicium. 52. & 160
Armoſiæ Principes excæcati. 64
Arzilla expugnatur à Luſitanis. 95
Aſſyrii an oderint Hebræos. 6. Aſſyrii diuerſi ibid. Eorum cum Hebræis bella 7
Athaliæ tyrannis & cædes. 8. & 57 & 58. & 59.
Atabalipæ crudelis ex Caſtellanorum auaritia cædes. 184
Auaritia Hiſpanorum. 14 & 53. & 188 Vide Cupiditas, & Caſtellani & Indi.
Auri apud Hiſpanos vis. 14
Aurum quod primum à Luſitanis ex Africa & India collectum, Deo dicatum. 137. & 138

B.

BArbaræ Fernandiæ in obſidione Dienſi fortitudo. 160
D. Bartholomæus Petro Regi Luſitaniæ mariturо apparet. 93
Bataglia Templum & monaſterium inſigne. 94
Beatrix à Sylua Luſitana Beati Amadæi ſoror. 83
Ea ſacræ Inquiſitionis Ferdinando Regi Catholico author & Dux. 83
Ordinem Conceptionis inſtaurat. 85
Betrignſis, & Britannus Dux aduerſus Regem Ludouicum XI. conſpirant. 31
Bogotæ Regis apud Indos cædes immaniſſima à Caſtellanis patrata. 187
Bonæ Spei caput quando ſuperatum. 112. Deſcribitur. ibid.
Braſilia quando, & à quo inuenta. 183
Britti Luſitani Ducis virtus. 155

C.

CAllixtus Papa III. Luſitanos ad bellum ſacrum inuitat. 95. & 113.
Campſonis Algauri Romani ex timore Luſitanorum miſſa legatio. 175
Caramuelis ſtupor & mendacium. 83 infelicitas in ſcribendo. 67. irridetur. ibid. Errorum à multis multorum conuincitur. 182. Verberatur à Villareal. 220: Eius opera de Fide ſuſpecta legi vetita. 182. Eiuſdem impoſturæ. 208. Ineptiæ. & errores. 219. ad 227
Caroli V. aſtus & ambitio. 36
Caroli VIII. Franci de Ioanne Secundo Luſitaniæ Rege encomium. 48. in eum omnium pene Europæ Principum conſpiratio. ibid.
Caſtellani cunctando victi. 4. & 67
Caſtellanorum in Luſitanos ſæuitia. 9. & 99.
Caſtellanorum cupiditas & auaritia. ibid. & 52. & 188. & 190
Caſtellanorum impietas & mendacia. 11. & 52. & 64. & 94. eorum fraudes, ex fænore imperium. 15. 52. & 53. & 66. Pax illorum inſidioſa 52. & 71. in Luſitanos odium inimicæ. 49. & 50. & 55. & 70. Ambitio 52. & 53. & 66.
Caſtellani Cenſurarum fulmina in Luſitanos prouocant. 18. & à 205. ad 208.
Caſtellani omnibus inuiſi 52. & 70. Ad Aliubarrotam debellati. 94. & cur. ibid. in Pontifices ſæpè & miniſtros Eccleſiæ crudeles. 60. & 94. in ſuos Reges interdum perfidi. 101. & 184. Eorum praua apud Indos imperandi ratio. 184
Caſtellani quoties à Luſitanis victi? 194
Caſtellani Antipapas interdum ſecuti 82
Caſtellani ignaui & infirmi cum hoſtibus apud Indos bellarunt. 162. Ab Araucanis attriti. ibid cum Luſitanis apud Indos comparantur. ibid Impii & inmanes in Indiis. 188. ad 190
Caſtellani Chriſtianum nomen apud Indos odioſum fecerunt. 188. Idola ad idololatriam Indis vendiderunt. ibid. Eorum in Indiis auaritia & profuſio. 190
Caſtellanorum in propaganda Fide ratio quæ? 168. Quare à Luſitanis diſſimiles. 168
Cum iis comparati inferiores multò exiſtunt. 182. 191. Eorum errores & vitia in diſſeminanda Religione 184. Duces Caſtellani præcipui recenſentur. 183
Caſtellanicæ cupiditatis, & auaritiæ egregia deſcriptio. 190
Caſtellanorum cum Hollandis induciæ pax ve Luſitanis pernicioſæ. 13. & 71
Caſtellanos quæ hæreſes deformarunt? 82
Catalogus virorum fortium Luſitanorum. 155
Catalogus ducum externorum qui pro Caſtella bellarunt. 255
Catalonia liberata. 22
Catharinæ Docilſæ Brigantinæ ius. 26. 27. 28.
Cetolici Aix mirè defenſa. 406
Chiapenſis Epiſcopi de auaritia, & immanitate Caſtellanorum narratio, & iudicium. 184
Chriſti Crucifixi mirum oſtentum. 3. Eius de Luſitano Regno Prouidentia. 29
Chriſti militaris in Luſitania ordo, à quo & quando inſtitutus? 92
Chriſtophori Gamæ mira virtus: Religio, victoriæ, martyrium. 204
Chriſtophori Columbi nauigatio. 111. quando & quomodo inſtituta. 112. Multò Luſitanica poſterior. 181. Columbus à Ioanne Secundo Portugalliæ reiectus. ibid Eius cupiditas. ibid.
Chriſtophori Suarez de Abreo Prolegati apud Germanos Oſnabrucky elogium. 204
Chriſtophori Mouræ ſententia & iudicium. 34. & 102
Chuſay Atachiſii conſilium. 26
Chiffletius Hiſpani cenſus & factus author. 29
Ciſtertienſis ordinis in Luſitania amplitudo conuentus & reditus. 85
Clodouei erga ſedem Romanam obſeruantia & pietas. 89
Clareuallis Monaſterio Alphonſus Henricius Regnum ſuum dicat. 89
Clareuallenſis Conuentus Ferdinandus & Alphonſus

Caſtellæ Regnum deuoocnt. 89
Communitates in Caſtella cur excitatæ. 41
Collegia Societatis I e s v à Ioanne Rege Luſitaniæ 3. fundata 98 alia à Rege Sebaſtiano. 22
Collegii Conimbricenſis Societatis I e s v elogium. 139. & Eborienſis. 117
Comitis Cataloienſis aduerſus Ludouicum XI. conſpiratio. 55
Comitis Siruelæ Legati Hiſpani in Piorem Cedoſeiræ inſidiæ 62. in eandem Ioannis IV. deuotio. 200
Conceptionis immaculatæ Virginis prærogatiua ab Alphonſo III. procurata. 98
Conimbricenſis Arcis mira defenſio. 107
Conimbricenſe ſanctæ Crucis Cœnobium ampliſſimum, magnificentiſſimum. 88. Ex illius redinbus Academia Conimbricenſis & duo Epiſcopatus erecti.
Conſtantini Brigantini Indiarum Proregis mira integritas & Religio. 144
Conſiliarij munus. 4
Conſiliarii praui Reipublicæ pernicies. 4
Conſiliarius malus prauus oculus ibid.
Conſiliarii ſenes eſſe debent. 26. & liberi in dicenda ſententia. ibid.
Conſiliarii ſtellis diſſimiles, & cur 26
Conſiliarii Regis latera ſunt. 61. eorum virtutes & vitia. 64
Conſilii recti vis. 25. & 69
Conſulere ſubditos ſuos Reges debent. 25
Corteſii ad Indos nauigatio. 181. eius cupiditas ibid. diuitiæ. naufragium. ibid & 184
Crucis mira apparitio Alburquercio facta. 161. in eam magna Luſitanorum reuerentia. ibid.
Cruci milites Luſitani in obſidione Dienſi ſanguine litant. 105
In Crucem ſanctiſſimam mirum Eduardi Regis Luſitani ſtudium. 95
Cyrus in Hebræos pronus ac pius. 56

D.

DAuidis Regis vnctio & manſuetudo. 62
Didaci Lopes Sequeriæ Religioſa in Oriente expeditio. 122
Didaci Pereiræ virtus & integritas. 145
Didaci Ribeiri admiranda fortitudo. 150 & 151
Dienſes obſidiones duæ præclaræ, 159. egregia in iis Luſitanorum facinora. 159. & 160.
Dionyſius Luſitaniæ Rex à Caſtellanis appetitur. 50. Bellum iis mouet. 16
Dionyſii Regis pietas & Religio 92. eiuſdem præclara geſta. ibid. 92. inſignis liberalitas. 132. ab eo militaris Chriſti ordo inſtitutus. 92. Ordo D. Iacobi ab eo illuſtratur & vendicatur. ibid Odiuelarum inſignem Monialium Conuentum ædificat. 92
Diſcordiæ mala. 19
Dominicani ordinis primus in Caſtella Prouincialis Luſitanicus. 81
Documenta Scripturæ quomodo ex ea elicienda. 9
Duodecim Luſitanorum cum duodecim Anglis certamen celeberrimum. 199. à Poeta Camonio deſcribitur. ibid.

E.

EBorenſe Collegium Societatis erigitur. 117
Eccleſiæ ad amplificandam fidem in conuertendos Ethnicos ius & poteſtas, 167
Eduardi Regis pietas & Religio. 95. eius in Pontificem Eugenium obſeruantia. ibid. in Crucem reuerentia. ibid. de fratre Ferdinando ſollicitudo. ibid. illius magnificentia. 131. Priuilegium de vngendis & coronandis Regibus Luſitaniæ impetrat. 95
Eduardus Meneſius Comes Viauenſis Magni nominis Imperator. 95. mira eius virtus & fides. 107
Eduardi Meneſii ProRegis Luſitaniæ apud Indos pietas. 122
Eduardi Pacieci Pereiræ generoſitas & integritas. 140 victoriæ, mira fortitudo. ibid. erecta de Zamorino trophæa. 109
Egæ Muniſii admirabile fidei exemplum, 106
Eleonora Regina Luſitaniæ celeberrimi miſericordiæ ſodalitii Author. 87
Emmanuel Rex Luſitaniæ mirabiliter naſcitur. 97. eius pietas & Religio. 16
Erga Euchariſtiam affectum ibid. eius magnificentia & in Religioſos ordines liberalitas. ibid. erga Carolum V. amicitia & largitas. ibid. & 98. Author Indicæ expeditionis. 114. Imperatorem creat Vaſcum de Gama, & in Indiam mittit. 114. Eundem recipit & remunerat. 115. Religionis amplificandæ mirum in eo ſtudium. 114. Petrum Aluarez Capral. 2. expeditionis Indicæ Ducem inſtituit. 115. Chriſtianis præceptis Proreges ac Imperatores Indiarum imbuit. 115. eius incredibiles pro fide Catholica vigiliæ, & impenſæ. 138. fructus animorum eo Rege collecti. ibid.
Emmanuelis Cerdæ præclarum facinus. 163
Emmanuel Faria de Souſa egregius ſcriptor laudatur & monetur. 18
Emmanuel Lopez Luſitanus. Primus in Caſtella Societatis Iesv Prouincialis. 86
Emmanuelis à Cunha Eluenſis Epiſcopi & Archiepiſcopi Oliſiponenſis deſignati aureus libellus laudatur. 287
Encomium Collegii Conimbricenſis. 139
Epiſcopus Lamecenſis legatus Regis Luſitaniæ. 61. Romæ inſidiis à Caſtellanis appetitus. ibid.
Eugenius Pontifex à Luſitanis colitur. 95. donat priuilegium Gallicæ vnctionis in Reges cum coronantur. ibid.
Euchariſtiæ quantus in Luſitania cultus. 84. eius pyxis in noui prætoria à Ioanne Rege Portugalliæ primo Septum defertur. 94
Exempla manſuetudinis Principum ſacræ Scripturæ. 63
Externi & peregrini ab imperio, & magiſtratibus remouendi. 60. & 40. & 41. & 85

F.

FAriarum in Luſitania clariſſima familia. 83. illius in Reges fides. 107
Fati vocabulo quatenus vtendum. 10. eius ſignificatio. 67
Feminæ Luſitanæ Caſtellanis viris fortiores. 57. Earum mira in obſidionibus fortitudo. 160. illarum egregium facinus. 160. Feminæ Principes crudeles recenſentur. 59
Ferdinandi Regis Luſitaniæ in Caſtellam expeditiones. 50. mira eius magnificentia. 130
Ferdinandus Rex Caſtellæ Cluniacenſi Eccleſiæ Regnum conſecrat. 90
Ferdinandus IV. Rex Caſtellæ iuuatur à Rege Dionyſio. 92
Ferdinandus Imperator prodit, & vendit Eduardum

Luſitaniæ Principem. 36
Ferdinandi Catholici ambitio, aſtus, præſidia. 36. eiuſdem de Ioanne Portugaliæ Principe teſtimonium. 194. Victorem eum apud Taurum fuiſſe pronunciat. 145. quo iuris titulo Nauarram occupatit. 211
Ferdinandi Infantis pietas, & in carcere mors glorioſa. 103
Ferdinandi Beiæ militare facinus. 152
Ferdinandi Pacieci inauditum fidei exemplum. 106
Ferdinandi Pentеadi admiranda fortitudo. 153
Ferdinandi Serrani ſumma Virtus. 158
Ferdinandi Baldaiæ eximium fortitudinis exemplum. 148
Ferdinandi Meneſii de Turcarum claſſe victoria. 176
Fides Luſitana laudatur. 105. & 109
Fidei propagandæ ratioquæ. 167
Filii illegitimi quomodo in Hiſpania regnarint. 15
Fortitudinis Luſitanæ mira exempla. 147. per multa de illa præclara teſtimonia &c. 164. & 65
Franciſcus Almeida ſummus Imperator. 121. primus Indiarum Protex. 121. illius in Granatenſi bello virtus ibid. illius religio. ibid eius integritas. 141. & 143. Prælia & victoriæ. 121. Conſtantia in Laurentii Filii morte. ibid. vltio de eadem. ibid. de Mamaluchis Trophœum. 176
Franciſcus Gama Indiæ Prorex. 124. religioſus Fidei propagator. ibid. eius integritas. 145
Franciſci à Faro Comitis Odemiræ egregium facinus. 150
Sancti Patris Franciſci in Luſitanos amor. 192. eius de Portugaliæ Regno inſignis Prophetia. 192 eius Religioſi in Chriſti vinea laborant. 137. mira & pia apud Indos patrant. 169
S. Franciſcus Xauerius, ſol Orientis. 86. eius de Luſitania iudicium eiuſdem de Luſitanorum Religione præclarum teſtimonium. 178
Franciſci Andradi Leytam Legati Plenipotentiarii elogium. 216
Franciſci Melii Extraordinarii in Gallia Legati encomium. 203
Franciſci Souſa Coutinii in Suedia & Hollandia Legati laudes. 198
Frangenda ne ſit fides frangenti fidem? 28
Froylæ Vermuſii virtus & fides. 105

G.

GAlli à Luſitanis quàm amentur. 201. & 203. & 204
Gallis ab Hiſpanis cauendum. 22
Gallorum erga fæderatos fides & amor. 202. & 203. eorum moderata Imperia. 204. Gallorum cum Luſitanis neceſſitudo. 202
Galli ſacra ſemper bella ſuſceperunt. 212
Gamarum familiæ elogium. ibid. illius ſtemma glorioſum. ibid. Heroes eius nominis. 142. & 143. ea maris dominatrix. 164
Garciæ Norogoa Proregis Religionis amplificandæ ſtudium. 152
Garciæ Roderici militare facinus. 151
Gaſparis Caruallii admiranda virtus. 149
Gaſparis Dias eximia fortitudo. 153
Gaſparis Montarroii Herculea virtus à confecto monſtro. 157
Gaſparis Soſæ Ademii in vrbe præclara mors. 151
Goenſium fæminarum Pulcherrimum facinus. 160
Gomeſius ſiue Suecius Primus Prouincialis Dominicanorum Ordinis in Hiſpania.

H.

HEnrici Nothi Caſtellæ Regis in Luſitanos bellum. 50
Hæreſes in Hiſpania quæ? 82
Hebræi à quibus Regibus, & cur ſubacti? 45. & 46. & 47.
Hebræi Aſſiriis puniendi traditi. 47 horum cum Aſſiriis & Syris bella. 7. & 47
Hectoris Silueiræ militis facinus. 149
Henricius Comes Portugaliæ Theraſiam cum Luſitania vxorem ducit. 74. & 89. & 48 multa oppida Caſtellanorum capit 75. eius Religio & pietas. 128. ab auaritia prorſus alienus. ibid.
Henricus Hieroſolymitanam expeditionem ſuſcipit. 87
Henricus Infans Portugalliæ nouæ nauigationis Author 111. eius Religio. 113. mire laudatur. ibid. & 114. illius egregia ſententia. ibid. liberalitas & integritas. 146. & 36. pietas. 169. propagandæ fidei ſtudium. ibid.
Henrici Cardinalis Luſitaniæ Regis mira pietas 99. Societatem colit. 117. Eborenſe Collegium ædificat. ib. & 140
Henricus Meneſius Indiæ moderator. 122. virtute & Religione excellit. 122. eius mira integritas. 140. & 141
Henrici Macedii egregia virtus. 158
Henricus Franciſcanus miræ virtutis vir, & Prædicator. 169
Herreiræ Hiſtorici circa Braſiliam error. 182
Hiſpalica expeditio à Rege Sancio I. ſuſcepta. 92
Hiſpania quibus & quanti morbis laboret. 10
Hiſpaniæ auulſa Luſitania conſultum. 20
Hiſpaniæ ruina. 19. 30. & 44.
Hiſpanorum libido dominandi. & illorum in Luſitanos crudelitas. 6
Hiſtoria quæ documenta præbeat. 6
Hiſtoriæ Sacræ & prophanæ vtilitas. 61
Holandi à Caſtellanis contra Luſitanos prouocantur. 17. & 18
Holandorum cum Luſitanis amicitiæ cauſæ 198. in eos à Luſitanis Regibus beneficia. ibid. laudantur. ibid.
Honores meritis nixi. 158
Hypoſtatica vnio à Caramuele male tractatur. 120 & 122. eius circa illam errores. 24. & 25

I.

Diui IAcobi in Luſitania militaris ordo vindicatus, & illuſtratus. 92
Iacobi Anayæ Coutini mira fortitudo. 150
Ianizerorum pugnantium apud Dium habitus. 177. eorum clades. ibid. & 178
Iehu Tyrannis & fraus. 8. & 60. quomodo à Deo electus in Regem. ibid. ad illius exemplum Rex Philippus compoſitus. 8. eius regnandi ratio. 60
Ieroboami exemplo quatenus vtendum. 11. quomodo regnauerit. 78. & 80
S. Ignatii Societatis Ieſu fundatoris ad Petrum Maſcarenium Legatum Luſitaniæ Regis reſponſum. 117. immanitas Caſtellanorum in Catalonia. 216.
Imperia modica firmiora. 29. & 30
Imperii magnitudo periculoſa. 29
Imperii Hiſpanici ruina. 29. 30. 31

Imperium Romanum ſua mole obrutum cecidit. 29. Incuria in Principe vituperanda. 42. Incarum Principum ſedes à Caſtellanis. 184
Innocentii Papæ IV ſacra expeditio. 243
Inſularum de Aſores & Canarias inueſtigatio. 111
Indi a Caſtellanis immaniter trucidati. 185 ad 90. India à Caſtellanis euerſa. ibid.
Indiarum Reges & Principes multi à Caſtellanis crudeliter occiſi. ibid.
Inquiſitionis tribunal in Luſitania 81. eiuſdem. ibid. obſeruantia, 83. illius Author in Luſitania. 83
Ioannes I. Luſitaniæ Rex perpetuum Caſtellanorum flagellum 10. eius Religio & pietas. 93. ſedis Apoſtolicæ obſeruantia. ibid. Victor ad Aliubarrotam. 94. eius in Africam expeditio. ibid & 112
Ioannis I. & IV. in vindicando Regno differentia. 72
Ioannis I. Regia munificentia. 131
D. Ioannis Euangeliſtæ ordo in Luſitaniam inuectus. 21
Ioannes I. Rex Caſtellæ quo titulo Luſitaniam occupare voluit. 192
Ioannes II. Portugalliæ Rex 95 eius pietas & facinora ibid. Princeps Perfectus appellatur 32. eius in Taurenſi Prælio victoria. 51. illius in propaganda fide ſtudium & pia ratio. 199. eius pro Catholica fide expenſæ. 127. ei à Papa vexillum donatum. 114. Facinora ad Arſilam. 96. illius religio. ibid. in Beatam Virginem cultus. ibid ab ea ſeruatur. ibid. Pietas in Patrem ibid. Iuſtitiæ amor, ibid. expeditiones, 112. religio, 114. collecti à Deo fructus animarum, 137
Ioannis II. in nuptiis Alphonſi filii mira magnificentia. 133 eius ad Taurum pugna & victoria. 194. de ea præclarum Ferdinandi Regis Catholici teſtimonium. ibid. eius in Carolum VIII. amicitia & fides, 102
Ioannes IV. Portugalliæ Rex à Deo promiſſus & datus. 1. & 71
Ioannes IV. Portugalliæ Rex coronatur. 73. illius ad Regnum ius. 16 27. & 18. & 106. illius religio. 81. ab Optimatibus Jein à popolo ad Regnum vocatus. 72. eius pietas. 100. Conceptæ Virginis ſtudioſiſſimus. ibid. Euchariſtiæ amantiſſimus ibid. religionis amplificator. 180. quam eo Rege fides propagata. 181. amor in eum Luſitanorum. 193. odium in eum Caſtellanorum. 209
Ioannes Princeps Luſitanus Agnetis Caſtriæ Filios à Caſtellanis in carcerem coniicitur. 50
Ioannes à Deo Luſitanus ſui Ordinis inſtitutor. 89
Ioannis III. Portugalliæ Regis religio & magnificentia. 98. eius pietas & fidei propagandæ ſtudium. ibid. & 119. Numa Chriſtianus appellatur 98. Societatis IESV Pater & illuſtrator. ibid in ſacram Euchariſtiam affectus. 68 mire ob religionem cõmendatur. 116. mittit in Orientem Beatum Xauerium. ibid. Societatem impenſe amat, & colit. ibid. Inſignis eius largitas & magnificentia 139. quanto impendio rem Chriſtianam promouerit. ibid. & 178. eius ad Ioannem Caſtrium religioſa epiſtola. 178. erga Pontifices officia. 215
Ioannis Lancaſtrii Ducis Angli in Caſtellam expeditio. 199. cum Ioanne I. Luſitaniæ Rege ſocietas. ibid.
Ioannis Maſcaregnæ Dienſis Arcis Imperatoris geſta. 176
Ioannis Emmanuelis præclarum facinus. 149
Ioannis Limæ eximia fortitudo. 152. 153
Ioannis Caſtrii Proregis egregia virtus. 141. mira integritas. 144
Ioannis Coutinii Marialuæ Comitis glorioſa mors. 95
Ioannis Homem præclari militis pulchrum facinus. 161
Ioannis Pireſii Luſitani & paucorum ſociorum mira vſque ad mortem religio. 104
Ioannæ Principis Luſitaniæ Philippi II ſororis pietas. 87. inſigne illius Madriti Xenodochium. ibid.
Iſabellæ Catholicæ de Luſitanis Iudicium. 195
S. Iſabella Portugalliæ Regina Dionyſium coniugem ad pietatem erudit. 92
Iſabellæ Fernandiæ in 2. obſidione Dienſi mira fortitudo. 160
Iſabellæ Veigæ in Dienſi obſidione virtus. 160
Iſmaelis Sophimi ad Alburquercium legatio. 176
Iſmaelis à Regibus Iuda defectio. 78. & 101. Iuda Regnum quando corruerit. 11. & 78. & 72
Iudæi quando à Caſtella in Luſitaniam venerint. 83. quomodo tractarentur in Luſitania, ibid.
Iura & modus Regnandi ex ſacra Scriptura. 61
Iuramentum fidelitatis quatenus obliget. 28
Iuri armis obſtrepitur. 17
Iuris Brigantini ad Sceptrum Luſitanum capita. 26. 27. 28.
Iuſtitiæ ſymbolum exhibetur. 5
Iuſtitiæ diſtributiuæ ratio proponitur. 54

L.

Laurentii Almeidæ ſingulare facinus. 147. eius integritas, 141. eximia fortitudo & mors glorioſa 121. & 122.
Legationes Chriſtianorum Principum ab Oriente Romam ad Pontificem Luſitanorum opera miſſæ, 175. Aliæ Principum Africanorum [illegible]. 178
Leonis Hiſpani rapacitas. 18
Loruaoi Conuentus nobiliſſimus in Luſitania, 84
Leges Regni ſeruandæ. 42
Linguæ patriæ vis, 39. 40
Linguæ & cordis conſenſio. 40
Lodouicus XI. Rex Callidus, non amabilis, 35
Ludouicus XII Rex Galliæ à Ferdinando Catholico deceptus, 36
S. Ludouicus Toloſas Dionyſium Luſitaniæ Regem e manibus Vrſi liberat. 92
Ludouicus Caſtrius Indiæ Prorex, 141. eius magnanimitas, ibid.
Ludouici Almeidæ mira fortitudo, 153
Ludouici Meſquitæ egregium facinus, 158
Lodouici Pereiræ Caſtrii Legati Plenipotentiarij elogium. 217
Lupi Barrigæ mira fortitudo. 147
Luſitanorum ingenium & indoles. 5. & 6. 53. & 55
Luſitani Caſtellanorum iugum excoſſerunt. 10. ſeruitutis impatientes, 15
Luſitani crudeliter habiti à Caſtellanis, 6. 7. & 53. & 55. Iuſti Caſtellanorum hoſtes. 17. Caſtellanis terribiles. ibid. in eodem beneuoli. 103. capiti a dimperandum, 89. apud Hiſpanos imperant. 132
Luſitani Hiſpanorum fortiſſimi. 56. aluntur gloria, emunt pericula. 15. 102. & 151. libertatis amantes, 10. Caſtellanâ ſeruitutâ irritati, 7. & 55
Luſitanorum aſſertio Regno felicitas, 4. eorum religio, 12. & 103. fides & integritas. ibid. Martyres. 13

Luſitanorum in liberando Regno Iuſtitia p 18 & 102
Luſitanorum celebres de Caſtellanis Victoriæ 56 Eorum fortitudo 145 per multas, illorum cum cæteris gentibus comparatio. ib. Homines ferrei appellati 153 & 157 eorum virtutis encomia ib. & 158
Luſitanorum ſtemmata. 28. incorrupta integritas. 110 & per multas.
Luſitanorum in ſacram Euchariſtiam pietas 84 in religioſos ordines obſeruantia ib. in Reges ſuos fides, & reuerentia 10. Varia illius encomia 104 & 108 & 109.
Luſitani rebelles à Caſtellanis vocantur 74 iuſte Caſtellanos Reges deſeruerunt, 81 103
Luſitanorum pietas & religio. 81 & 73 & 100
Luſitanorum in propaganda fide Catholica ardor & ſtudia. 110. & deinde præclara de hoc Authorum teſtimonia 110 & 111 125 & 117 in propaganda fide iuſta ratio & pietas 198. Mira amplificandæ religionis ſtudia 1 0 & 177 illorum apud Indos moderatio, 190. Clariſſimæ de Caſtellanis victoriæ p. 174 recentia de Caſtellanis trophæa. 196 & 197
Legationes in Galiam 203. illorum in Romanam ſedam pietas & reuerentia 212
Luſitani Religionis Catholicæ defenſores. 170 & 171 ad id munus à Chriſto Crucifixo deſtinati 179. electi à Deo ad Religionem amplificandam 180. illorum arma religioſa 212. Trophæa & palmæ recenſentur. 226
Luſitanorum Ducum mira integritas 141 de periculoſo inter ſe loco contentio 151 eorum cum Caſtellanis comparatio 156 & Victoria 102. quibus & quantis cum hoſtibus apud Indos bellariot 15 de Turcis Victores ib. eorum Cathologus 176 recenſiores Duces Luſitani numerantur. 197
Luſitanorum Principum & Infantum, tum virorum, tum Mulierum liberalitas. 133. ab his Monaſteria, & templa ædificata. ibid.
Luſitani Regni priuilegia à Philippis fracta. Luſitaniæ Regnum a Pontificibus Confirmatum. 22
Luſitaniæ Regni ſtatus Sebaſtiano Rege in Africa extincto. 35. & ſub Philippo II. Rege. ibid
Luſitaniæ Regnum Caſtellæ nunquam obnoxium. 75 vſque ad 78
Luſitaniæ Reges religioſiſſimi 100. Fidei Catholicæ propagandæ ſtudioſiſſimi. 126
Luſitaniæ Reges priuilegio vtendi ſacro oleo in ſua coronatione donati. 95. Luſitanici Regni nobilitas & Origo. 74. Luſitanicæ virtutis rara exempla. 57 & 105. Luſitanicæ nauigationis initia 111. Progreſſus, 112. ea multo Antiquior Caſtellanicâ. 111. in Orientem & Africam expeditiones. 16. & 157
Luſitanicæ pietatis opera & monumenta. 87. Encomia. 100 & 103. fortitudinis argumenta 156
Luſitanici Regni ſalus à Caſtellæ Regno ſeparatio. 192. Nunquam Regno Caſtellæ vnitum ib. & 193

M

MArchio de los Vales inſidiatur Romæ Luſitaniæ Legato. 91. Vincitur. 16
Martinus Alphonſus Souſa Sanctum Xauerium in Indiam ſecum vehit. 123: eius pietas & religio. 16 eiuſdem integritas. 141. donatur gladio à Magno Duce Gonzalo Fernandes de Cordoua. 141
Martini de Freytas Coimbricenſis arcis Præfecti illuſtre fidei exem[illegible]. Mahometi Othomani Dictum. 37
Maſcaregnarum familia Societati addicta. 116. eius opera hæc in Luſitaniam aducta. 16
Maurus Monachus Sinaita à Soltano Ægypti ad Papam, & ab eo ad Emmanuelem Regem miſſus legatus. 175. Maximiliani Imperatoris aſtutia. 35 & 36
Martyres Marrochi & Septæ Franciſcani. 86
Matthæus Epiſcopus Oliſiponenſis Alcaſarem expugnat. 90 & 91
Medeæ immanitas. 58
Mediceorum Ducum & Herouum Catologus. 201. in eos amor & beneuolentia Luſitanorum. 16
Metus malus Regni cuſtos. 14
D. Michael de Portugal Epiſcopus Lamecenſis Romæ Legatus, 208
Michael Aiala Vir fortiſſimus. 168
Militum quorumdam Luſitanorum egregia facinora. 149 & 150 vſque ad 154.
Miniſtri Regis ſtellis ſimiles. 26
Miracula à Deo in India ob Luſitanos facta. 161 & 163
Miſericordiæ in Luſitania Sodalitium. 89. quantæ ſit pietatis. 16. eius Aothor. 87. inſtituta, opera. ibid. & 97
Moderatio Luſitanorum in India. 190
Molucarum Inſularum, ſi quod ius habebant Caſtellani Luſitanis venditum. 215
Montigienſia Prælii euentus. 197

N

NAbuchodonoſor, quomodo cum Hebræis ſe geſſerit. 17 & 56
Nationum inter ſe omnium militaris comparatio. 146
Nauigationes Luſitanorum. 157
Nazareæ Virginis miraculum. 96
Nonnii à Cugna adoleſcentis Virtus & pietas. 212. Indiæ moderator fidem amplificat, 82
Nonnii Aluares Pereiræ inſigne facinus. 147
Nonnius Aluares Botelho laudatus. 155
Nonnii Gonzalues de Faria mirandum fidei exemplum, 206

O

OBliuio iniuriarum. 67
Obſidiones Luſitanorum inſignes numerantur. 159 & 160
Occaſio quanti momenti ſit. 4 & 10
Odium Caſtellanorum in Luſitanos. 7 & 10 & 16 & 49
Odium Luſitanorum in Caſtellanos. 16
Odiuellæ inſigne Monaſterium Monialium. 92
Optimates Luſitani Ioanni IV. Regi aſſiſtunt.
Oppida Caſtellanorum à Luſitanis capta recenſentur. 197
Ordines religioſi à Luſitanis inſtituti. 85
Ordo Seraphicus in Luſitania mire cultus & propagatus. 81
Ordo Amadæorum. 85
Ordo fratrum Ioannis à Deo. ibi.
Ordo ſanctiſſimæ Trinitatis. Ibid.
Ordo Canonicorum regularium in Luſitania nobiliſſimus. 85
cænobium ſanctæ Crucis eiuſdem Ordinis magnificentiſſimum. ibi.

Index Rerum.

P

D. PAutaleo Paciecus Eluenſis Epiſcopus deſignatus laudatur. 203
Parmenſium Principum cum Luſitanis neceſſitudo. 101
Patres Franciſcani primi in India, & Prædicatores, & Epiſcopi. 171
Patria quàm ſit amanda. 102
Patriæ conſulendum. 21
Pandoræ Pyxidem Reges Caſtellani in Luſitaniam intulerunt. 7
Pauli Gamæ eximia virtus & præclara mors. 163
Paulus Iouius laudatur taxatur. 177
Pax communis prouocanda, & quænam ea ſit? 71
Petri Luſitaniæ Regis pietas. 93. Felicitas ib. in eius morte miracula ibid.
Petri Luſitaniæ Infantis largitas. 136. Eius apud Romanos Pontifices gratia. 214. Priuilegium vngendi ſacro oleo Luſitaniæ Reges impetrat. 214. Ordinem Iarreteriæ profeſſus. 100
Petri Meneſii Ducum Villaualenſium Authoris mira fortitudo. 113
Petri Alphonſi fratris Alphonſi Henrici Regis integritas & liberalitas. 140
Petrus Aluarez Capralis in Indiam Com Imperio miſſus Braſiliam inuenit. 120. eius religio ib. amplificandæ fidei ſtudium. 169
Petrus Maſcaregnas legatus Romæ Regis Ioannis Tertii. 116. Societatis patres Roma in Luſitaniam ſecum vehit. 15
Petri Viciteda Silua Secretarii Regis Ioannis quarti Elogium.
Peredi Vin plebeii Luſitani mirum factum. 72
Pelaius Correa inuictus Dux Luſitanus. 9
Pelicanus Ioannis Secundi Luſitaniæ Regis ſimbolum. 97
Philippa Lancaſtria Vxor Ioannis Primi Luſitaniæ Regis. 199
Pharus Vrbs Algarbienſis expugnata & capta. 92
Philippi Siloii Eximii Imperatoris laus. 155. Pietatis Regiæ laudes. 31 & 32
Pietaris Luſitanicæ amplificatio. 84
Philippi Secundi ambitio & cupiditas in occupando Luſitaniæ Regno. 33 & 34. nullum eius ad Luſitaniæ Regnum. 26. & dein & 65
Philippi Secundi erga ſodales Miſericordiæ Luſitanos pietas. 87
Philippi Caſtellæ Reges Luſitaniam male adminiſtrant. 51. & relig.
Philippi Secundi & Quarti mali conſiliarii. 2
Philippi Secundi Oliſiponem profectio. 7
Philippo tam ius in Luſitaniam reprobatur. 26 & 27
Pii 2. Pontificis ad Federicum Imperatorem reſponſio. 212
Pipinus Rex Galliæ à Zacharia Pontifice Rex confirmatus. ibid.
Pontifices Romani Luſitanorum opera in ſummis rebus vſi. 216
Pontifices Romani Reges poſſeſſores fouent & retinent. 211
Politici probati quinam ſint. 1
Politicæ prauæ ratio proponitur. ibid.
Populi peccata Deus per tyrannos ponit. 7
Populus amandus & fouendus. 38 & 65
Populus clamans in Tyrannos auditur. 38
Poſſeſſionis ratio habenda in Regibus. 211
Poteſtatis Regiæ extenſio, & limites. 218
Portugalliæ Regnum nunquam hæreſi infectum nec Schiſmate diuiſum. 82. eius religio ob ſacram inquiſitionem. ib 83. & 93. Liberatur à Caſtellæ iugo. 62. in orbis diuiſione ab Alexandro 6. Caſtellæ Regno Prælatus. 182. Nunquam Regno Caſtellæ vniendum Sancti Franciſci prophetia, & veriſſima fuit. 192
Præteianes inquiri cæptus. 121. & 169. & 215
Principes Europæ à Caſtellanis in Luſitanos prouocantur. 18 & 19
Principum Crudelitas. 58
Prior Cedofeitæ Luſitanus Romæ Caſtellanis inſidiis intereeptus. 61. eius à Rege præmium. ibid.
Pro Reges Luſitani rubrum mare aggreſſi recenſentur. 177
Pro Regum Luſitanorum in India egregia propagandæ fidei ſtudia. 123. & 14

R

RApſacis prudentia. 40
Ramiri Regis erga ſedem Apoſtolicam pietas, 89
Reges Patres & Paſtores. 32
Reges conſulere debent ſuos. 25
Reges quam deceat pietas 32
Reges qui Coronas ſuas pontificia ſedi obtulerunt. 89
Reges indulgentiarum & Spirituales Caramoel inuexit. 224. & 225
Regum Luſitanorum Fidei amplificandæ ſtudium commendatur. 118
Regum Luſitanorum in Caſtellanos liberalitas & munificentia. 154 & 155
Religio & pietas. 191. eorum multi Iarreteriæ Ordinis inſignibus conſpicui. 10. illorum cum Gallicia Regibus amicitia & ſocietas. 202
Regum poteſtas à Deo data. 7
Regnorum nulla eſt præſcriptio. 27
Religio non ſolo ſpeni. 52
Religio finis & Scopus Imperiorum. 226
Religio Regia ad Cœlum via. 24
Religionis Luſitanicæ exempla. 104
Religio Luſitanorum antiquiſſima, & integerrima. 82. & 110. per multas.
Religionum in Luſitania obſeruantia, & amplitudo. 84
Regula ad Sacram Scripturam intelligendam. 101
Reliquias in Luſitaniam quas Henricus Portugalliæ Comes inoexerit. 87
Reſtitutio Regni Luſitanici mira. 69 & 70
Roboam quomodo Regno minutus. 62
D. Roderici à Cugna Archiepiſcopi Oliſiponenſis laus. 208
Roderici Froiazii virtus & fides admiranda. 105
Roderici Siluii eximia fortitudo. 150

S

SAcræ ſcripturæ doctrina. 44. qui ad mores applicanda. ibid.
Sancii I. cum Mauris bella & victoriæ. 90. iuuatur à claſſibus externorum militum. ib.
Sancii II. remiſſio, & deſidia. 91. habitus, ib. Prælia & victoria. 91. Eius Pietas ib. liberalitas & Religioſa munificentia. 129 & 208
Sanctæ Crucis Conimbricenſe cœnobium magnificum. 88

Sacræ Euchariſtiæ apud Luſitanis veneratio quanta. p. 8.4
Sebaſtiani Regis Pietas. 98. obſeruantia in Pontificem Romanom. Ib. Eius expeditio in Africam. ib. & 156. Eius Religio. 140
Septa vrbs Punica expugnatur à Luſitanis. 94. & 130. & 131.
Seraphici ordinis in Luſitania decus, & amplitudo. 85. Primus in Indiam & Africam miſſus ad euangelizandum. 137
Simonis Souſa Galuani eximia virtus. 158
Societatis Ieſu Primus Prouincialis Luſitanus. 85. Eius primum Collegium Conimbricenſe. ibid. Societatis Ieſu Laudes 86. Ea quanti habita à Regibus Lùſitaniæ. ibi. & 98
Stephanus Gama Vaſquii Pater ſammus vir. 141. Eius laodes. ib. Electus a Ioanne ſecundo Rege in Indicam expeditionem. ib.
Suedorum inſignis laus. 204. in Luſitanos amor & fides. ibid & 205
Suerius Luſitanus primus Ordinis Dominicanorum Prouincialis in Hiſpania. 85
Sulthani Algauri ad Pontificem Romam Legatio. 176
Syluerię in India ſummi Imperatores. 159

T

TAraſcæ Madritenſis lepida irriſio. 68
Taurenſis prælii euentus. 51. & 194. & 195. de eo Iudicium. 195. Camonii eximii vatis de illa teſtimonium. 16
Tauora fluuius deſcribitur. 164
Tauorarum familiæ arma. ibid.
Tauoræ Principis cum flumine luctantis rethorica ad ſpeciem elegantiæ deſcriptio.
Terracuſæ Comes à Luſitanis fugatus. 48. & 55
Theophili Auguſtiniani habita Romæ in laudem Luſitanorum oratio. 178
Diui Thomæ Apoſtoli de Luſitanis prophetia. 179. miraculo confirmatur. 16
Theraſia Alphonſi Vi Hiſpaniarum Regis filia nubit Henrico Burgundico. 74 Luſitaniæ Regnum dotale accipit. ib. eius cum Vrraca ſorore de Caſtellæ Regno contentio. ibid.
Tingis Africæ Vrbs à Luſitanis capitur. 95
Tolletannus Albenſis Dux electus à Philippo Rege ad expeditionem Portugalliæ: 52. & 61
Trancoſia de Caſtellanis Victoria. 47
Tribunalia regiminis Luſitani proponuntur & laudantur.
Triſtani à Cugna pietas. 121. eius ad Nonnium filium adhortatio. ibid. illius ad Pontificem Romam cum egregio munere inſignis Legatio. 138. Dux à Papa contra Turcas eligitur. 212
Tulliæ in Patrem Crudelitas 8. & 18
Turcarum Claſſes à Luſitanis deuictæ numerantur. 179.
Turcæ nunquam de Luſitanis Victores ibid. à Luſitanis ſemper & Acie & claſſe Victi. 169

V

VAſcus à Gama Luſitanus Iaſon ab Rege Emmanuele in Indiam mittitur. 114. capit ab eo vexillum dicto Sacramento. 114. & 125. Comes & Archithalaſſus Orientis. primum ex India aurum Deo conſecrat 138. eius integritas. 141. Elogium, honores, Tituli. ib. illius in Indiam aduentu mare contremiſcit. ib. & 163 eius in propaganda fide ſtudium. 119. 129 & 169. Maris domitor. 163. eius de ſuperando mari, mira ſententia. ib. miracula ei oblata. 193. & 164
Vaſcus Luis à Gama Marchio Niſæ Legatus extraordinarius Sereniſſimi Regis Ioannis IV. 198 eius prudentia, gratia, & iudicium. ib. In Venetos amor & amoris Cauſæ. 201. eiuſdem Elogium. 203
Vaſquii limæ egregium facinus. 152
Vaſquii Martini Mellii inſignis fortitudo. 148
Venetæ Reipublicæ laus 200. in eam Luſitanorum amor ib & 201. oblata & miſſa Venetis à Luſitania auxilia. 201
Vexillum Crucis pauci Luſitani erigunt apud Dium & reſtituunt. 105
Victoriæ Luſitanorum de Caſtellanis. 43
Victoria Luſitanorum ad Montigium. ibid.
B. Virgo Maria Septenſem expeditionem fouet. 94
Vitia ſpecioſa vitanda. 59
Vigilantia, Regum virtus. 45
Virtutis Luſitanicæ miracula. 104
Vtilitates ex Luſitaniæ Regoo à Caſtellanis perceptæ. 43. & 55.

Z

ZAcharias Papa Regnom Pipino confirmat. 212. poſſeſſionis rationem habet. ib.
Zafinenſis Arcis obſidio. 160. præclara ibi fœminarum facinora. ibid.

INDEX RERVM, QVÆ IN PARTE Gallica continentur.

A

ABrahami Ortelii Carta laudatur. 234
Ægydius Romanus Ciuis Rex Creatus. 258. in ordinem redactus moritur. ibid.
Aetii cum Attila cruentum Catalauenſe prælium. 254
Albis Fluuius. 236. 237. & 238.
Alarici bellum. 263. clades. ibid.
Alemani qui & vbi. 234.
Alphonſi Henrici Portugalliæ Regis pietas. 275
Allodium quid ſit. 256
Ampulla è Superis, cum oleo Cæleſti in Baptiſmo Clodouei delapſa. 262
Amſiuarii qui populi, & vbi ponendi. 237. quibus nominibus dicti. 237
Angli nullum ius in Galliæ Regnum habent. 294
Anna Dux Britanniæ Carolo VIII. nubit.
Arbogaſtis Franci cum Sunone & Marcomino prælium. 246. & 427
S. Arnulphi Regia genealogia. 318
Aſcila Mater Theodomeri ingentis animi fæmina. 246.
Aragonii vltimi Reges Neapolitani à 367. eorum ius ad Regnum Neapolitanum à 360 ad 369
Aſcanicus antiquiſſimus Rex Francorum. 243. Victus à Conſtantino & occiſus 244
Artelia quis principatus, & cuius tandem iuris. 595
Aſtianax Hectoris filius. 230
Aſſertor Gallicus laudatur. 321. & 336. examinatur eius de lege Salica ſententia. 321 & 322
Attuarii populi qui, an aliter dicti. 235
Arnulphus Flandriæ Comes è cognatione Caroli Magni ſeparatim Hugonis Capeti æmulur. ibid.
Ansbertus quis? An Bliuldem vxorem duxerit? 303
Alphonſi ſapientia Teſtamenta. 352. Fauet Cerdis & Gallis. ibid.
Alphonſus Cerda legitimus Hiſpaniæ Regni hæres. 311. excluditur à Patruo Sancio. ibid.
Alphonſus Caſtus Rex Hiſpaniæ. 338. Magnum Carolum in auxilium vocat. ibi. exigit Mauros. 339. Regnum ſuum legat Carolo 338. &c. iterum negat. 339
Auida mater Hugonis Capeti. 309. ea cuius filia. ibi. & 308.
Andegauenſium Ducum ius ad Neapolim, & Mediolanum. 360 & 369.
Antonii Captalis Caſtelbranco eximii Iuris Conſulti laus. 335. & 405
Annæ Auſtriacæ digniſſimæ Galliarum Reginæ laus. 419
Auriflameum Gallicum diſcribitur. 412. 413. An è ſuperis, & quod? 414. Eius dignitas. ibid. In ſacras expeditiones deſtinatum. 414. & 415

B

BAlbus pronam ſeditionibus Galliam moriens reliquit. 268
Baldi clariſſimi Iuris Conſulti de lege Salica iudicium. 324.
Baptiſmus Clodouei miraculis plenus exponitur. 262. de eius tempore ſententiæ & iudicium. ibid.
Baſina vxor Chilperici mater Clodouei. 258
Berengaria natu minor Blancâ iniuſte Regnum Hiſpaniæ occupat. 310
Bernardi Carpii in Gallos iniuriæ. 142
Blancha Ludouici Vxor. 309. An & vxor Capeti. ibid. Auiei Regnum attulerit. ibid.
Beneficia Francorum Regum Principatus qoin. 395
Blanca Regina Regnum Galliæ adminiſtrat. 305. ea moderante optimatum factiones. ibid. Ea natu maior Berengariâ, 3. 01 346. hæres Regni Caſtellæ ib. id euidenter probatur. 345. ad 354
Blanca filia Caroli Nauarræi hæres.
Bliuldis quæ. 305. cuius filia. ibi & 320. omnino recipienda. ibid. & 321
Borboniæ familiæ dignitas. 411. 412. ſymbolum. 412
Bructeri an in Francis numerati. 235. & 237. vbi habitauerint. ibid.
Britaniæ ducatus Gallici iuris. 395. 396. & 397.
Burgundiæ Ducatus an & quo iure Francus ſit. 395

C

CArolus Martellus. 315. eius geſta. ibid. victoriæ. 306
Catalaunici prælii deſcriptio ex Sigonio. 252. & 256.
Caroli ſimplicis cum Roberto contentio. 299
Capetinia ius Regnum ſtanitur. 310
Carolus Dux Lotharingiæ Ludouici V. Patruus. 303. & 310 vltimus de lineâ paterna, Caroli Magni ib. Regni hæreditate excluſus. ibid & quare. ibi.
Carolus Andegauenſis Rex Neapolis inſtituitur. 355
Carolus Rex & Ioannes in Anglia captiuus de Regno Galliæ contendunt. 292
Caroli Septimi, & Henrici VI. Angli ſuper Galliæ Regno controuerſia. 292. 294 & ſuiua.
Carolus Simplex Rex Galliæ. 258 eius per feminas cognati. 298
Caroli Molinæi de Francorum antiquitate ſententia. 240. & ſuiuan.
Caroli multi Reges Neapolitani, 355
Catti qui & vbi. 237
Cattuarii qui fuerint. 235
Catholici titulus recentior Chriſtianiſſimo ab. 405. ad 407. eo & Franciæ Reges donati. ibid.
Cayci qui populi, & quæ loca habuerint. 256. & 237.
Chamaui qui populi & vtrum Franci. 222. 223. & 237
Chantereaulius Febure laudatur, & taxatur. 321. & 322. eius cum Aſſertore Gallico de Salica lege conſentio. 321. de coniugio Ansberti & Bliuldis ſententia. 320. & 321
Chararicus Cameraci Princeps in Clodoueum coniurat. 268
Chararicus & eius Filius in Monaſterium truſi. 69

Chanci an Francorum populi. 233. & 234. Vbi ſedem habuerint. ib. & 237
Cherebertus Rex Sicamber appellatur. 239
Cheruſci qui ſint, ſedem vbi habuerint. 237
Childebertus Sigeberti filius Rex Franciæ. 297
Childebertus Rex Pariſienſis. ibid.
Childebertus Rex Auſtraſiæ Regnat in Gallia. 297
Childericus Rex Francorum. 257. Veneri deditus. ib. eius ad Regnum recipiendum aſtus. 258 fugit ex Gallia, eius prælia, triumphi. ibid. Pariſiis ſolium locat. 258
Chriſtianiſſimi titulus Regum Franciæ proprius. 485. eius antiquitas. ibid & 406
Ciceronis locus de Francis. 241. & 242. an eius ætate noti fuerint Franci. ibi.
Cimbri qui populi. 238
Clodio comatus Rex Francorum Pharamundi filius 251 eius in Gallia Imperium, clades, Victoriæ. 252. Cur Comatus. ibid.
Clodoueus in Baptiſmo Sicamber appellatur. 239
Clodouei primum de vindicanda Chriſti paſſione dictum: locus eius Baptiſmatis. ibid. 266
Clodoueus Rex Francorum inclytus. 259. Romanos è Gallia expellit ibid. Siagrium fugat. ibid. Gallicum amplificat Imperium. ibid. Clotildem Virginem Catholicam vxorem ducit. 290 eius cum Alemanis pugna. 260. illius ad Chriſtum conuerſio. 261 Baptizatur. ibid & 262. miracula in eius Baptiſmo. ib. quo tempore Baptizatus. ibid. & 263
Clodouei de Alarico Victoria 267 Victoriæ appendex Galliæ magna pars. 268. Gallos Armoricos pacat. ibi. eius in Gothos Arianos Bellum. 268. à recentiorum Autorum Calumniis liberatur. ibi. eius mors Pariſiis. 269. illius laudes ibi. religio & pietas. 270 an Conſul & Patricius fuerit. 276 271. & 72. Corona ad eum ab Imperatore Anaſtaſio miſſa 172. quænam fuerit: ab eodem Romam remiſſa & Regnum appellata. ibid. Phœnix Chriſtianorum Regum. 405
Clodoueus Vnus & primus Regum Chriſtianorum primogenitus Eccleſiæ. 276. & 277. eius ſepulchrum, laudatio, & Epithaphium. 277. & 278. & 405
Clotildis Clodouei vxor deſcribitur. 260 Viro Clodoueo cauſa Baptiſmatis. ibi. & 261
Clotildis Vxor Clodouei pia & religioſa. 264. 266. 269
Clotildis Guntrani Regis filia. 197
Columba à Cælo cum Ampulla Chriſmatis ad Clodoueum in eius baptiſmo miſſa. 262
Comati Francorum Reges qui, & cur dicti. 251
Conſtantini Auguſti de Aſcharico & Radagiſo Victoriæ. 234. eius crudelitas. ibid.
Carolus V. Imperator 375. eius ad Ducatum Mediolanenſem ius. 375. de eo cum Rege Franciſco contentio. 375. & 376. & 381. 382. & 383. eius contra Regem Franciſcum oratio. 375. cum eodem conuentio. 376

D

DVcatus Burgundiæ quo iure Gallicus. 395 & 396
Ducatus Alanconius vnde ad Franciæ Regnum deuenerit. 36
Ducatus Aquitanicus. 317. Angliæ primum donatus. ibid.
Ducatus Britanniæ quomodo à Gallis acquiſitus. 316
Ducatus Burgundiæ Gallicus 387
Ducatus Mediolanenſis Franciſci iuris. 316 & præcipue 370. ad 387. Ducatus Mediolanenſis laudis. 370. Eius Duces proponuntur. 371. varie in eum ſucceditur. 371 Ducatus Mediolanenſis Inſtitutio. 377. Imperii feudum. 378

E

ESat ch ſeu Atech antiquiſſimus Rex Francorum 243. quod munus à Maximiano Imperatore acceperit. ibi.
Excellentia Regum Galliæ. 402. ad finem.
Externi Principes Salica lege remoti. 358. & 328.

F

FEminæ in quæ Regna & Imperia ius habuerint. 312 per multas. à Regno Galliæ excluſæ. 312. in Caſtella ſuccedunt. 313. & in Luſitania ibid. & in Aragonia. ib. & in Neapolitano Regno. ibid. & in Nauarra 314. & in Polonia ibid. & in Anglia. ib. & in Dania. ib, & in Suediá. ib. in aliis Principatibus ſuccedunt ib, & 315. numerantur. ibid. Feminæ a Regno Franciæ omnino remouentur. 316
Feminæ quæ Principatus in Franciam induxerunt. 319 An iniuſtè remoueantur à ſceptro. 326. & 327. 318. Oppugnantur. ibid. Defenduntur. ibid. Quatenus à ſceptro arcendæ. 331. Eas quæ Reſpublicæ ab adminiſtratione excluſerint. ibid & 334. cur excluſæ. ibid.
Ferdinandi Catholici iniuſtitia in Neapolitano Regno occupando. 67. eius ambitio & perfidia. 383. & 384. & 392. Nauarram iniuſte occupat. 389 ad 390
Filiarum Salphaad exemplum proponitur & illuſtratur. 31
Franciſca genus armorum 232. An ab ea dicti Franci. ibid
Francia Pontificum afflictorum præſidium. 407
Franciſcus Valeſius Rex I. Claudiam vxorem ducit. 316. Mediolanum iure ſuo occupat. 374. eius pro recipiendo Ducatu geſta. ibid. & 382. & 383. eius cum Carolo Quinto grauis, & acerba ex poſtulatio. 385
Francorum Origo. 229. Vtrum à Troianis? an Sicambris. 231 quo tempore innotuerint. 233
Franci vnde dicti 232. Vbi ſedes habuerint. An à Francione. 241
Francorum antiquiſſimi Reges. 243. & deinceps.
Francorum nobilitas. 233
Francorum auxilia. ib.
Francia quæ Regio & an pars Germaniæ. 234
Franci orientales & occidui ibid.
Franci apud Indos olim cogniti. 242
Francorum Regum ſeries. 302. & 303. tres eorum lineæ celeberrimæ. ibid.
Francici Regni Excellentiæ 402. antiquitas: 403. Religio. 404
Franci Reges ſacri. 408
Franci Reges Chriſtianiſſimi. 406. & 407
Francici Reges Gotthis antiquiores. 403
Francorum Regum genealogia ſacra. ibid.
Francorum Regum Pontificale Elogium. 425
Francorum Regum ſuper omnes alios Reges dignitas 415. ad finem.
Francici Reges Imperatores. ib. 416. Eorum Coronæ ib. Primi omnium Regum Chriſtianorum 417. ad 426. Teſtimonia eorum dignitatis. ibi.

Friſii quinam populi fuerint & vbi habitarint. 235. & 242. Maiores & minores. 239

G

GAleacij Principes proponuntur. 372
Galli cur in Græciam expeditionem ſuceperint. 231.
Gallici Regni partes aſſeruntur, & confirmantur. 393. ad 401
Galliæ Reges gratiam curationis accipiunt. 409. vide Franciæ Reges.
Genealogia Pipiniana expenditur. 318. de ea celebris controuerſia. ibid.
Genealogia Capetina proponitur, illuſtratur. 318
Genebaudus vel Genebaudes Verum fuerit Rex Francorum? 246. & frater Marcomiri & Sunonis? 246. Genebaudus priſcus Francorum Rex 243. & 247
Germaniæ multiplex diuiſio. 234
Germanian Franci fuerint. ibid.
Gothi quo tempore Hiſpaniam occuparint? 403. Francis recentiores. ibi.
Gratianus Mellobaudis. Regis opera vtitur. 245
Gratia curationis Regibus Franciæ donata. 409
Gundebaudi crudelitas. 266

H

HAdrianus Valeſius nitidus ſcriptor laudatur. 245. taxatur. 250. eius ſententia examinatur. ibid. in 321
Hector quos filios habuerit? 230. An eius Filius Francio fuerit? ibid.
Henrici Quarti Borbonii ad Regnum ius 296. Rex inſtitutus & recognitus. ibid. Quanto iure Regnum vendicarit? 351. De eo Turſellini iudicium. ibi.
Henrici VI. Anglicum Carolo VII. Gallo de Regno contentio. 294
Henrici nothi violenta Regni Caſtellæ occupatio. 311 eius in Petrum crudelitas. ibid.
D. Hieronymi de Francis teſtimonium. 233
Hiſpani Reges Gallicis inferiores. 422. 423.
Hiſpaniæ Regnum feminas admittit. 301. & 348. & 349. ius in id Regnum Francorum eſt. ibid. Omnino ad Galliæ Reges pertinere late probatur. 337. Hiſpania à Mauris liberata quos primum Reges habuerit. 327. & 338. à Carolo Magno aſſerta. 338. &c.
Hiſpanorum ambitio. 367. ex Iouio. ibid. perfidia. 384.
Hormiſdæ à Clodoueo munus mittitur corona. 274. hæc ab illo Regnum appellatur. ibid. & 275
Hugo Capetus. 308. Genus ibid. Eius Pater. Mater. An ſobrinus Lotharii Regis. ibid. Rex non iure ſanguinis, ſed electionis. 309. An à Francia Regnum dono acceperit. ibid. Defenſor Eccleſiæ dictus ibid. cum Pipino comparatur. ib. Eius in Regnum ius confirmatur. 321

I

INduſtria Clodouei filis vxor Ferreoli an admittenda? 310
Ioanna Lotharingia puella Gallica Salicæ legis Vindex. 295 eius Victoriæ & trophæa. 294. 295
Ioanna Henrici IV. filia Excellens Domina dicta. 311. à Regno excluditur iniuſte. ibid.
Ioannæ Neapolitanæ Reginæ donationes. 345
Ioannæ Reginæ Neapolitanæ, quot & quæ. 355. & 356
Ioannis Iacobi Chiffletii errores deteguntur impugnantur. 321. 322. 325. & 353
Ioannes Allabretus iuſtus Rex Nauarræ 387. iniuſte Regno ſpoliatur. 390. & 393. eius in Ludouicum. XII. fides. 392
Ioannis Lancaſtrij ad Regnum Caſtellæ ius. 311
Ioannes Primus Portogalliæ Rex Lancaſtrio fauet. 311. reiicit thalamos Hiſpanicos ibid. admittit Anglicos. ibid.
Iſabella Neapolitana Dux Mediolanenſis Virilis animi Mulier. 372. eius ad Patrem Epiſtola iracunda. ibi.
Iſabella filia Regis Catholici à Regno Gallico remouetur. 295. & 296
Iſabella Regina Catholica. 311. iniuſte Regnum Hiſpanicum vſurpat. ib.
Ius Francicum & Hiſpanicum ad Neapolitanum Regnum comparantur. 362

L

LAomedon Hectoris ne filius? 230
Legatorum ſedendi ordo & dignitas. 421
principem Locum Francus obtinet. ibid.
Lex Salica. 279, per multas, eius Ethymon, Authores. 279. 288.
Lex Salica Verum ſcripta? ea ex Pithæo proponitur. 285. Confirmatur Authoritate. 286. ad 288. ab ea feminæ à Regni hereditate excluſæ. 287. & 288. propria Gallorum. 288. teſtimonio Authorum confirmatur. 286. & exemplis munitur. 289. An deficientibus omnino maſculis fæminas vocet. 321. nulla ratione admittit. ibid. & 324 & 325. An ſit iuſta examinatur. 325. ad 335. multis & magnis argumentis confirmatur. ibid. quando celebrari cæpta ibid An ſit & vbi ſcripta. ibid. de ea tota controuerſia in ſtatum componitur. ibid.
Lilia Gallica proponuntur. 410. laudantur. 411. 412. A Cælo data. 410 præſtantia. ibidem ad 413. Significatio. ibid. Spei Symbolum. ibid. Lilia Borbonia. ibid.
Ludouici XIV. Regis laus. 412. Elogium. pa. vlt. ad ipſum oratio. ibi.
Ludouicus Morus Mediolanenſis Dux 372. eius iniuſtitia & tyrannis. ibid. & 373. eius filii. ibid. eius vituperatio. 379
Ludouicus Tranſmarinus. 301
Ludouici Seruini cum Henrico Spondano expoſtulatio. 275
Ludouici XII. cum Neapolitanis Regibus de Regni iure Regnoque contento. 366. eius indubitatum ius. ibid.
Ludouici XII. Regis Galliæ perſpicuum ius ad Ducatum Mediolanenſem. 373 & 379. & 381
Ludouicus XII. à calumnia liberatur. 384
Ludouici XII. cum Iulio II. inimicitiæ & bella. 389. eius in Alphonſum Eſtenſem fides ibid.
Luſitaniæ Reges Francis agnati. 407. ita ex Priuilegio ſacra vnctio communicata. ibid.

M

MAgiſtri aulæ in Gallia quinam fuerint? 305
Maioratuum varia natura. 400. An vniantur, & quomodo. ibid.

Malaricus Rex Francotum aſſeritur. 244
Mareómitus & Suno Francorum Reges. 146. 247. & : 48
Marianæ de iure Francico ad Regoum iudicium. 347. & 348.
Maximiati Auguſti in Genebaudum & Eſach liberalitas.
Maximiliani Imperatoris ius ad Ducatum Mediolanenſem. 3-5. & 381. vendidit ius ducatus. 375
Mediolanenſi principatus 370 eius deſcriptio & laus ibid. eius factiones 371. Principes, ibid. ad 374
Melobaudus Francorum Rex clariſſimus. 245. eius pro Romanis bella. ibid.
Meroneus Francotum Rex clariſſimus Vtrum fuerit filius Clodionis. 252. ad 157. de illius natalibus fabula. 252. quando & vbi Rex ſalutatus ib. contra Attilam pugnauit. ibid primus Galliæ Rex dictus 257. ab eo Reges Galliæ Merouingi appellari. ibid.

N

NAuarræ Regnum. 389. ius ad illud. ibid. Vſurpatur iniuſtè à Ferdinando Catholico. 38. à ;89
Nauarræ Regni legitimi Domini. 387. Alabreti & Borbonii iuſti hæredes. 387. ad 369
Nebiogaſtes Vtrum & qui Rex fuerit. 265
Neapolitani Regni laudes. 354. initia. ibid. Pontificiæ ditionis. 35. Feudum Eccleſiæ. ibid. Reges illius ibid. & in ſequent. quàm in eo variè regnarum. ib. Siciliam adiunctam habuit. 344 poſtea ea auulſa. 356. Neapolitanum Regnum Iuris Gallici eſſe probatur. 354
Nebriſſenſis Gramatici in Hiſtoriis errores. 388. eius abſurda pro Regno Nauarræ argumenta. 377. ad 393

O

ODuuacrius Saxonum Rex Victus à Childerico. 258. eius cum Childerico fœdus. 258
Otho Dux Lotharingiæ vltimus Princeps è ſanguine Caroli Magni maſculino 310. cum eo extincto, & ſtirps Caroli extincta. ibi.

P

PAx Bririniaca. 317. Pax Nouiodunenſis. 368
Petrus Rex Caſtellæ à fratre adulterino Henrico Regno, & vita priuatur. 311. Petri filia Regni hæres. ibid.
Pentingeri Tabula. 234. & 235
Pharamundus Rex Francorum clariſſimus. 249. cuius Filius fuerit. ibid. primus in Galliâ firmam ſedem locauit. 249. eius non meminit Gregorius Turonenſis. ibid. Aothor Salicæ Legis fuit. 250
Philippi Longi cum Ioanne Nepote de Regno contentio. 292
Philippi Valeſii cum Eduardo III. Angliæ Rege de Regno lis.
Philippus Auguſtus Regno conſulit. 301
Philippi II. Hiſpani ambitio. 351. contra legem Salicam conatus. ibid.
Pipini Herſtalii genus. 305. idem Craſſus dictus. ib. eius genealogia. 305
Pipini Regis origo. 306. genealogia. ibid. Quo modo Regnum Galliæ inierit? ibid. Eius facinora. ibid. Materna lineâ Merouingus non paterna, ibid. 307. à Stephano Papa coronatur. ibid. Chilperico ſuccedit non iure ſanguinis: ſed electionis. ibid. annuente Zacharia Pontifice. 207. & 308
Philippi Mariæ Mediolanenſis Ducis Teſtamentum. 374
Præſcribuntur contra feminas ſtatus à viris poſſeſſi. 400
Priamus an fuerit Princeps Francicus. 231
Priamus quiſnam Rex fuerit. 275
Principum quorumdam Hiſpanorum perfidia & immanitas. 384 & 385.
Principatus Galliæ vniti proponuntur & Confirmantur. 394 ad 401

Q

QVæſtio de Genealogia Capeti celeberrima. 318. & 319.
Quæſtio de iure Francorum ad Hiſpaniæ Regnum examinatur. 346
Quæſtio de Neapolitani Regni iure excitatur. 354. Pro Franciæ Regibus reſoluitur. ibid. per multas ibid.
Quæſtio de Ducatu Mediolanenſi. 370
Quæſtio de Regno Nauarræ. 386. ad 393.
Quæſtio de Principatibus Regno Gallico vnitis. an & qua ratione Regno cohæreant. 393. ad 408

R

RAdagiſus Francotum Rex. 243. Victus & occiſus à Conſtantino. 243
Ramiri Aragoniæ Regis religio. 275
Ranacharius Princeps Ambiani conſpirat in Clodoueum. 268
Regum Franciæ Cathologus. 203
Regnum an poſſit alienari? 339. 341. & 342
Remigii ad Clodoueum baptizatum oratio. 259
Reges Neapolitani numerantur. 355
Regum Francorum ad Regnum Neapolitanum ius. 361
Regum Aragonenſium ad idem Regnum tituli. ibidem.
Rhenus fluuius. 233 ad 239
Richimeres quiſnam fuerit. 246
Reges an ſuccedant iure ſanguinis, an hæreditario? 340. & 344
Religio Franciea. 404. antiqua. ibid.
Ringuoda Chilperici filia. Recaredo Hiſpaniarum Principi deſponſata. 297
Robertus ſolium Franciæ occupat. 300
Rogerius vſurpat Neapolitanum Regnum. 355
Rodericus Ximenius quis ſcriptor. 374
Romani Pontifices quæ & quanta à Regibus acceperint. 342. à Gallis præcipue. ibid. & 560. Qui quua Reges Neapolitanos inſtituerint. 351. ad 359. in Galliis perfugium inuenerunt. 407. quos in eam confugerint. ibi.

S.

SAla fluuius qui & vbi ſit. 280. & 281
SAliſtum & Francotum neceſſitudo. 283
Salii qui & vbi. 279 & 280
Salica Lex. 279. & dein eius, ethimologia, origo, Authores. 280
Salicæ Legis Author Pharamundus. 282, quando & à

Index Rerum.

quibus lata fuerit Salica Lex Gallica. 288.286

Salicæ Legis ampla confirmatio, 291. contentiones de Regno plurimas tollit. 292

Salica terra quæ nam ſit. 393. & 397

Salicæ Legis quantavis. 394. ad 400

Sancti Caſtellæ iniuſta in Regnum inuaſio. 311

Saxones qui populi & vbi habitarint. 234

Sfortiæ Principes proponuntur. 372. eorum ius ad ducatum Mediolanenſem. 372. & 379.

Sicambri auxiliares Romanorum. 231. qui nam fuerint: & vbi habitarint. 231. 232. & 239

Sicambri clariſſimi & antiquiſſimi Francorum. 257. 238. eorum ingenium habituſque deſcribitur. 238. 239 traducti in Galliam ab Auguſto. 238

Sicamber Clodoueus appellatur. 259. & Cherebertus. ibi.

Sigebertus Princeps Coloniæ in Clodoueum conitutat. 268

Sigonius a nota liberatur. 248

Spes Borboniæ familiæ teſſera. 412

Spondani egregia de corona Clodouei ſententia 275. eius ad Ludouicum Serninum reſponſio. 275. 276. & 277.

Stiliconis in Marcomirum & Sunonem crudelitas 247 & 248

Stemmatis Gallici excellentia. 401. vnde & an à cælo venerit. ibid.

Sono & Marcomirus fratres Regeſque Francorum. 247. eorum victoriæ & clades. ibid. & 248

Syagrius a Clodoueo victus. 259

Sygambri iidem ac Sicambri. 238

T

TErra Salica definitur explicatur. 391 & 397

Theodomitus Rex Francorum 246. an & quomodo fuerit interfectus. 246

Theodorici Regis ad Clodoueum gratulatoriæ litteræ. 261

Toringi victi à Clodoueo. 259

Troiani Verum Francorum parentes fuerint, & Sicambrorum 230. quinam ex iis incendio ſuperfuerint. ibid.

Tolbiaca Clodouei Victoria. 265

Troilus an habuerit Turcum filium. 230

Troizantes nimium refutantur

Turſellini præclari ſcriptoris iudicium. 351. opponitur Marianæ. ibid.

V

VAlentina Vitta Comes Soror Philippi Mediolanenſis Principis. 373. hæres Mediolanenſis ducatus. ibid. 378. 379

S. Vedaſtus vnus è magiſtris Clodouei, eum ad Fidem præceptis imbuit. 260

Vicecomites Mediolanenſis proponuntur. 37

Victoria Tolbiaca clariſſima. 260. 26

Vnctio Francorum Regum propria. 407. ad 409 Regibus Portugalliæ communicata. ibid.

Vuiomadus Regis Childerici intimus. 238. ei ſingulari aſtu Regnum reſtituit. ibid.

MONITIO CIRCA MENDA.

Plura, quàm putet quiſquam, in opus menda irrepſerunt, pleraque tam turpia, vt eorum pudeat. Id neſcio cui imputandum. Typographus mihi Luſitanicis characteribus, ac fugientibus ſcribenti, egò ei & Latine neſcienti, & nimium properanti Certè nec ego nitidè ſcripſi, nec ille accurate excudit. Correctori ſuccenſeo quòd remiſſius egit, nec ad me de quibus ambigebat, remiſit. Ego non potui, nec debui. Omnia grauiora correxi Lector alia minuta condonarit. Illud moneo me pag. 155. ſcripſiſſe Americum Veſpuſium auſpiciis Regis Emmanuelis Luſitani Americam exploraſſe, quod tradit nobilis Author Gallus. Monſieur Vuytflier. Hiſt. vniuerſ. des indes. 1. p. tit. Braſilia. p. 93. p. 139. caput eſt ſuo loco motum & bis aliàs, tu boni conſule.

Menda in I. Parte Luſitana.

PAg. 26 linea 16 conuiuente. l. conniuente. p. 32. lin. 19. confundaodum. l. confiſtandum p. 31. lin 31. maior armis. E maior & armis p 22. lin. 40 diſruptæ domus. l *dirutas domus*. p. 41. lin. 21. morte addictos. l morti. p 48. lin. 3. vinctam. l. cinctam ibid. lin. 15. Quod l Quid p. 50 lin 35. in eo l. in eos p. 55. lin. 2. pecuniam. l. pecuniæ. p 56. lin. 2. factu l. factu. p 60 lin. 42. Clemens VIII. l VII. p 93 lin 2. Irruerunt l. inuerunt. p. 65 lin. 34. in ferrum · dele in p 66. lin. 42 riſique l. viſique. 99. lin 3. Fortunæ. l. Fortuna. ibid. lin. 20. inſectaores. l. inſectante. p 71. lin 24. immiſit l. immiſiſſe. ibid 22. pugnare l. pugnaret ibid. lin. 34 detonea l. detorqueat. ibid lin. 45. emptura. l. eruptura p. 72. lin. 27. Sane in l. Sane conſtat in ibid. lin. 22. Padecia l. Paceſis ibid lupiis l. Lupis. ibid. lin. 29. Atulam l. Aulam. ibid. lin 56. cæpit l. cepit. ibid lin 39. abſientes l. abſentes. p. 75 lin. penult. Marim l Mauris. p. 80. lin 7. agente l. agenti. p. 90 lin. 27 excucurrit l. excurrit. ibid. lin. 42. Alphonſus Tertius l. Secundus. p. 91. lin. antepenult Costa l. Correa. p. 92. lin 30. redditum l. redditus. p 94 lin. antepenult. fecit l fuit. p 95. lin ante. Arxilla l Arzila p 199. li. 31. intio. l inito p 105. li 3 inulto. l. irrito, ib. li 15. cailuerunt. l. caluerunt. p 103. li. 26 imputarent. l impetrarent p. 104. li. 20. diltinctum. l. diſtrictum. p 107 lin 4. Peruaſit l perſuaſit. p 116 lin. 38 Ferdinandi Martini & Petri. p 118 lin. 17 laſna l Lanſa p. 120 lin 20. volott l. coluit. p. 20. lin vlt. vt trecentis l. vt decreuerit trecentis. p 122. lin. 27. Sacrohiago l. Sarcophago p. 132. lin. 42. Regem l. Regum. p. 142 lin. 2. præbere. l. præberi. p. 144. lin. 42. acturam l. iacturam. p. 158 lin. 6. *ſequit, tibi* l loquit ad iterum tibi p. 159 li. 27. metuendis. l. metuendis vincerentur. p 162. lin 2. dele pænæ p 164 li. 8 temperare l. temperari. p 174 lin 37 alias aliis l aliæ aliis p 166 li 23. fabuloſas l Mentiroſas. 303. *ibid.* li vlt. ciuis. l cuiuis p. 167 li. vlt in eas in l ea pag. 170. in fine deeſt integra lin. tu ſarcito, Datus ei Magiſtratus & vxor. p. 184 lin. 4. ac eos l eas. p. 186. lin. 22. Caſeis. l. caſeis 187. lin. 28. puro. l. puero. p. 195. lin vlt. Coſar. l. Ceſar. p. 197. lin. 9. à ſæpius, dele à p. 201. lin 33. Saciſci. l. paciſci. p. 202. lin. antepenult exercere. l. exercere. p. 202. ab eo verbo Nec modo vſque ad illud. *Atque hic*, de buit Littera Italica Scribi. Idem fieri debuit ab illo. Vt non ad illud. *Hoc eſt fonte*. Nam ea Parænetica oratione eſt depromptum. p 206 l. antepen. ſe ſuſcipiendum dele ſe. p 208. lin. 26. à Cugna adde Archiepiſcopus Oliſiponenſis. p. 218. lin. 17. qui erit. l quin ſint. p. 226. lin. 34 publicæ. l. Punicæ.

Menda Partis Gallicæ.

PAg. 232. lin. 35. Zutpheni. l. Bructeri. p 235. lin. 24 ſeribens l. ſcribentis. p. 235. lin. 34. Euagrius. l. Eunapius. p. 236. lin. vlt. peterren l peterent. p. 240. lin. 22 abſeurdioa. l. abſurdius. ib. lin. penult. loconem. l. locorum. p. 242. lin. 25. Miram ſe. l. Mirari ſe. p 244 lin. 23. eum. lege eam. p. 245 lin. 5. illi. l. ille. p. 252. lin. 22 auctu. l. auctum. p. 208. lin. 39 ſede. l. fœdere. p. 267. l. 4. & grauior adde pro buit, p. 268. lin. 4. leui. l. leuir. pa. 269. lin. 2. & cum dele &. ibi in Caſtro Nantonienſi. l. Lutetiæ Pariſiorum. p. 271. lin. 3. ante finem vter melius. dele. melius. p. 281. Transrhenana. lege Trans Rhenana. ib. necentius. l. recentius. p. 283. lin. 29. vocitatam non. l. vocitatam ſenſiſſe, non. p. 288 lin. 5. amas. l. amat. p. 260. lin. vlt. volere. l. valere. p. 292. lin 21. hi tamen. l. Et ſe tamen. p. 293. lin. 22. Ioaone. l. Ioanna. p. 294. li. 35 Rege Hugonis. l. Aragoniæ. p. 297. lin. 26. 40. l. 150. ib. lin. 33 Clotharij. l. Sigeberti. p. 303. lin. 4. Frater Clotarius l. Chilperi cus. p. 304. lin. 23. maſculo a Carolo. l. maſculo à Merouco & Carolo. p. 303. lin. 19 ignauo l. gnauo. p. 311. lin. 26. ... tris. l. Patres. p. 312. lin. 29. lectorem. l. lectorum. p. 319. lin. 4. deficientes. leg. deficiente. ib. lin. 13. curas ægritudinis. curas, ægritudines. ib. 28. iuris. l. viris. p. 330. lin. 3. ante finem. am. l. iam. p. 332 linea 27. nomiratur. l. nominatur. p. 334. lin. 18. vlera. l. vara. p 337. lin. 23. decediſſe l. decidiſſe. p. 347. lin. 8. tecti l. vtilia. ibid. 26. infecterut. l. inſecterui. p 348. lin. 42. Anglicæ, Hiſpanicæ, l. Anglica, Hiſpanica. p. 352. li. 4. ante fin. latininſius, l. laciniofius, p. 364. lin. 3 an. fin. Martinum, l. Martinus. p 372. lin. 54. ea. lege is. p 387. lin. 20. excitato. l. excitati. p. 395. l. 2. aulſa, l. mebra aulſ ib lin 28. Apanagiam, lege Apanagium. ib. linea 31. à Carolo dele à. p. 396. lin. 55 par, l per. p 402. lin. 23. à Francis dele à Francis. p. 405. linea vlt. Ducerentur, lege dicerentur. p 406. linea 4. Longobardos anno, lege opem, anno. p. 408 linea 19. viſi Gotthorum, lege Viſigotthorum. p 40. linea vltima Clodouena Proceres, addeque. p. 412. linea 16. vt lux lege & lux. p. 419 linea 18. Hiſpani, lege Hiſpanis. p. 420. linea 42. munere, lege muneri.

Auctariolum.

Pag. 496. ità de Britanniæ Ducatu ſum locutus, vt eios Regno Galliç inſerendæ & Annæ hæredis cum Carolo VIII. matrimonij Ludouicum XI. Regem Authorem fecerim, id lector condonet, nam ex ingenio potius Regis, quam ex Hiſtoriæ fide ſcripſeram, conſtat poſt Ludouicum mortuum ita accidiſſe. Sicubi alias idem refrico, eadem ratione purgandum.

Pag. 315 ſic de Lotharingia loquor, vt non ſatis quid inter vtramque veterem & nouam, ſuperiorem ac inferiorem differat, animadoertam. Scio quid interſit, ſed quod probem vtramque femineo iuri obnoxiam, non eius rationem habeo quo differunt, ſed eius in quo omnino conueniunt.